Universidad de Deusto
Biblioteca

Schelhi
In S. Paulin

Universidad de Deusto
Biblioteca

R 12/1-2
7983

BREVISSIMA ET FACILLIMA IN OMNES D. PAVLI EPISTOLAS SCHOLIA, vltra priores editiones, ex antiquissimis Græcorum authoribus, abundè locupletata.

Itidem in septem Canonicas epistolas & D. Ioannis Apocalypsin, breuissima scholia recens edita.

Authore Ioãne Gagnæio Parisino Theologo, Christianissimi Francorum Regis Ecclesiastæ, ac primo Eleemosynario.

BIBLIOTECA DE LA UNIVERSIDAD DE DEUSTO

PARISIIS,
Apud Viuantium Gaultherot, sub insigni D. Martini uia ad D Iacobum.

1547

ILLVSTRISSIMO PRINCIPI ET REVEREN-

DISSIMO DOMINO D. IO ANNI A LOthoringia Sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ T T. Sancti Onofrij Cardinali digniss.

Io. Gagnæius Theologus Salutem in Christo.

QVi dedicari inscribique oportere lucubrationes suas putãt, Princeps illustrissime, magni aliquẽ nominis virum deligere solent, cuius prodeant auspicio in publicum: neque vt mihi quidem videtur, iniuria: quòd bonis literis ac disciplinis non leui præsidio sint vindices illarum principes ac nobiles homines, qui plærunque à mediocriter doctis ingeniis extorquent, quod plærunque, vel summæ eruditionis homines præstare non possint. Id enim nouissimè mihi contigit in horum scholiorum lucubratione: quæ (ita me deus amet) nisi tu exegisses, & ego facturum me tibi recepissem, nunquam arbitror præstari mihi potuisse: adeo indefessi laboris opus est. Quapropter si turbulentam & salebrosam Pauli le-

ctionem

ctionem,aliquanto luculentiorẽ magiſque peruiam redditura hæc ſunt, vni tibi acceptum ferre debent ſacrarum literarum ſtudioſi,diuique Pauli amãtes homines.quippe qui horum comminiſcẽdi mihi author extitiſti, ſimul & edendi. Nam quum ante menſes aliquot Paulum tibi prælegere cœpiſſem,cæterum egregiæ occeptam prælectionem interciperent auocarẽtque innumeri propè ex hac aulicorum turba homines importuni , ſuæque rei potius quàm tuæ dignitatis ſtudioſi:tu verò quo candore morúmque facilitate es, explicare te huiuſmodi turba non poſſes, etiam omnibus ad te ingreſſu ante finitam prælectionem interdicto:vidẽs eiuſmodi me hominibus, atque inter eos non pœnitendæ authoritatis quibuſdam haudquaquàm gratum facere,quod in rem modo ſuam eſt ſpectantibus illis , exiſtimaui aliam mihi ineundam viã, qua ſatisfacere animo tuo poſſem Paulinæ lectionis ſitientiſſimo . Itaque dum identidem occaſiones,qnà tibi,mihique faciam

ciã ſatis quærito , rei vnius in mentẽ venit: ex cõmentariorũ ſcilicet inexhauſtis farraginibus plus tenebrarum quàm lucis accedere authorum explicationi difficilium:cõtrà,nulla re adiuuari magis eorum intellectionem,quàm ſcholiis breuibus & diluci dis:ea qui præſtare in Paulum poſſet,viam facturum intelligendo Paulo facillimam. Verùm ſcripturarum ſanctarum ingenium ac naturã conſideranti mihi multiplicis atque inexhauſtæ interpretationis:omniumque illarũ ex numero, ſalebroſas illas Pauli epiſtolas plerumque lectitanti , tam longis hyperbatis hiulcas,tot anapodotis inabſolutas,tãta ſenſuũ profunditate inacceſſas,& inuias:viſum eſt non hic diuinatore Apollinis Pythone, ſed diuino Pauli ſpiritu opus eſſe. Vnde non poſſum illorum non admirari impudentiam,qui quum non Pauli, id eſt pacis ac quietis , ſed ſchiſmatum ac diſſenſionis ſpiritum habeant, confeſtim nullo interprete, abſque ſanctorum & doctorum hominum commentariis(quæ cauilla

 ri

ri ſolent) vnos ſeſe Pauli mentem tenere impudenter arrogant, quaſi ſublimè ipſi cum Paulo rapti,& inſcrutabilia diuinæ ſapientiæ arcana ſpectatum admiſſi, ſoli Paulinæ lectionis notionem habeant, quam relictis aliorum interpretamẽtis omnium, ſuo ipſi arbitratu explicant,imò nulla opus eſſe explicatione fingunt, quaſi in re multo omnium facillima & clariſſima: quum tamen diuino ille ſpiritu afflatus Petrus ſalebras agnoſcat in Paulo,& locos admodum difficiles ab hæreticis conqueratur deprauatos, dum inquit,Sicut chariſſimus frater noſter Paulus ſecundum datam ſibi ſapientiã ſcripſit vobis,ſicut & in omnibus epiſtolis loquens in eis de his:in quibus ſunt quædam difficilia intellectu,quæ indocti & inſtabiles deprauant,ſicut & cæteras ſcripturas,ad ſuam ipſorum perditionem. Certèquàm ſe entheis illis & pneumaticis familiarem Paulus exhibeat,ipſi viderint: ego prælectis in Academia Pariſienſi quanta maxima fieri potuit diligentia Pauli epiſtolis,poſt euolu

tos

tos Latinorum omnium & Græcorum aliquot cõmentarios,quos latinis hominibus nondũ viſos mihi mutauit N. Boerius Maclouiẽſis epiſcopus, homo doctrina pariter & fide ſpectatiſſimus, non parũ gloriabor, ſi quid lucis Pauli tenebris adieciſſe inueniar, vt multi putant de induſtria affectatis. Nam præterquã quòd ſcripturas ſacras hominibus deus eſſe noluit vſquequaq; perui as,cùm vt inde ꝓphani arcerentur,tũm etiã vt ſubacta improbo labore hominum ingenia,illarum à deo ſuppliciter intellectũ peterent:propria quędam eſt ipſi Paulo & peculiaris obſcuritas: nimirum quòd qui arcana ſe vidiſſe teſtatur homini ineffabilia, ſic inſtituere ſuos volebat, vt ſubobſcurè tractatis locis impios arceret,fideles autem multo labore deíque implorato auxilio,ad earum cognitionẽ adſpirare doceret. Quapropter ſi quid nos in Pauli explicatione fugerit,vt fugiſſe multa neceſſe eſt homines, non diffidimus aliquando quum deus dederit,id nos intellecturos. Quanquã nullũ

non moui lapidem,vt quatenus assequi po tui,spinosa difficiliáque loca interpretatione aliqua,dùm meliorem expecto,explicarem. Quantum autem ea in re promoui,iis iudicandũ relinquo,qui post relectos aliorum integros commẽtarios, ad hæc nostra scholia accedere non dedignabuntur: quæ in enchiridij formã emittenda curauimus, primùm vt voluntati tuæ morem gererem sic optanti:deinde omnium in aula doctorum hominum commoditati studerẽ, qui bus grauem esse scio magnorum librorũ sarcinam. Quòd si dignitati tuæ qualiacunque hæc nostra scholia non displicuisse intellexero, pergã in reliquos noui testamẽti libros,atq; si ita iusseris, in vetus omne instrumentũ adornare similia. Nihil est enim quod impulsore te, patrono ac mecœnate meo,non ausim: dicam amplius, quod etiã non possim. Perge igitur Princeps illustrissime,qua cœpisti humanitate bonas literas adiuuare,& literatos prosequi:ita & nominis tibi immortalitatem paries, & nunquã inter-

intermorituram apud deum & homines inibis gratiam.

Ioanes Gagnæius Christiano Lectori Sal.

Scholia in Diuum Paulum nostra superioribus annis in lucem emissa, rursum tibi Christiane Lector, auctiora multo reddimus & locupletiora: quibus & in Canonicas septem Epistolas,& Diui Ioannis Apocalypsin ὑπομνήματα nostra adiecimus,breuia quidem illa,si paginas spectes,cæterum prolixis aliorum commentariis non minus succulenta: quæ si tibi placere intellexerimus,commodabimus quoq; breui tua gratia in reliquam noui instrumenti supellectilem,hoc est,in Euangelia quatuor,& Apostolorum Acta,nostram operam. Deinde verò Odas edemus in Psalmos Dauidicos nostras. Interim nostro isto labore vtere,fruere,ac nobis bene in Christo precare. Vale.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ARGVMENTVM IN EPISTOLAM AD ROMANOS.

QVi præfantur in epistolam ad Romanos, à Pauli nomine ordiri solent, quibusdam à Sergio Paulo Proconsule conuerso, nomen eum accepisse, aliis binominem, Paulum scilicet & Saulum dictum fuisse asserentibus. Nominis ἔθυμον, tum quòd ex omnibus penè commentariis facilè inuenias, tum etiam quia non multum ad rem faciat, omittimus. Primum illud declarandũ est, quinam hoc loco Romanorum nomine censeantur, quódq; argumentum & occasio Paulo extiterit ad illos nondum uisos scribendi. Igitur Romanos hac epistola non Romæ tantum natos, aut ciuitate donatos intelligere oportet, sed quotquot Romæ habitabant, seu Romanorũ ciues essent, aut municipes, seu Itali aut Græci aduenæ: quos omnes diui Petri prædicatione probabile est fuisse conuersos. Erant enim id ætatis Romæ complures Iudæi, siue quòd multum illò numerum spoliata Hierusalem Pompeius deduxisset, siue quòd Romanorum prouincia esset Iudæa, ipsíque iãdudum in Romanorũ amicitiam recepti Iudæi essent, eorúmque fratres appellati: prout manifestum est ex mutuis Romanorum ad Iudæos literis, lib. Machabæo. 1. cap. 8. Quotquot ergo Romæ credẽtes habitabant seu Iudæi, seu alterius omnino nationis, quos generali uocabulo modò Gentes, modò ἕλληνας & Græcos uocat Apostolus, hac epistola Romanorum nomine cẽsentur. Iudæorum autem natio institutorum suorum patriarúmque legum semper fuit tenacissima, adeò ut recepto euangelio, circunciſione adhuc carnali baptizatis opus esse mordicus asseuerarẽt. Quinimò incircuncisum hominem uelut anathema & impurum execrabantur. Sua uerò statuta, ac ceremonias quum iniquius ferrent Gentibus negligi, Romanas etiam leges aspernabantur, ut docet Iuuenalis Satyra decimaquarta, dicens:

Quidam sortiti metuentem sabbata patrem,
Nil præter nubes, & cæli numen adorant.
Nec distare putant humana carne suillam,
Qua pater abstinuit: mox & præputia ponunt.
Romanas autem soliti contemnere leges,
Iudaicum ediscunt, & seruant ac metuunt ius,
Tradidit arcano quodcunque uolumine Moses.

His apertè uerbis aliquantò post Christi mortem, Iudæorum superbiam & superstitionem Iuuenalis arguit, quæ intoleranda superbia effecit ut imperante Claudio Roma exularent, sicut Actorum 18. cap. legimus. Cæterùm reuocato per Claudij mortem edicto, existimandum est Iudæos qui familiaritatem cum Romanis inierant, esse reuersos: quod de Prisca & Aquila indubiè uerum est, Iudæi ergo (sicut semper natio ceruicosa fuit, aliorúmque despectrix) negabant ad euangelij fidem recipiẽdas esse Gentes, nisi Iudaicis omnino ceremoniis atque institutis adhæresceren. Gentiles autem à Petro (ut credere par est) aut ab alio instituti, asseuerabant antiquatas esse ceremonias ac legem euanidam: pro qua quum tantopere gloriarentur Iudæi, ipsi contrà suam ostentabãt philosophiam: quæ id ætatis per Ciceronis aliorúmque Romanorum hominum uigilias, à Græcis ad Romanos defecerat. Itaque dum suum utraque natio uiuendi institutum mordicus tutatur, grauissimæ non sine fidei & Christianæ religionis incommodo sectæ nascebantur & factiones. Circuncisionem enim quum negligerent Gentes, qui etiam in Christum crediderãt Iudæi, necessariam putabant: illinc & ceremoniis aliquot, externísque ac sine gratia aut fide operibus iustitiam assequi posse credẽtes, quemadmodum Pharisæus ille in euangelio elato stans animo orabat, dicens, Deus gratias ago tibi, quia non sum sicut cæteri hominum, raptores, iniusti, adulteri, uelut etiam hic Publicanus. Ieiuno bis in sabbato, decimas do omnium quæ possideo. Ad huius instar Pharisæi, qui Romæ erant Iudæi, satis putabant factum, si carnalem iactarent circuncisionem, interim animo incircuncisi, si ab externis operibus sabbato feriarentur, & reliquas in speciem ceremonias curiosius obseruarent: quum tamen ira, inuidia, adulterio, rapina, ac similibus non uacaret animus, ipsíque uel Christi fidem negligerẽt, uel illi quamminimum tribuerent. Igitur Paulus apostolus

lus νεοφύτους ac νεοπίστους ad quos scriberet nactus, omni studio contendit, & illorum gloriationem eleuare, & recens credentium animis altius fidem inserere. Vnde posteaquã nihil suã profuisse gẽtibus philosophiam, nihil suas ualuisse ratiocinationes & argutias ostendit, quo minus in abominanda flagitia ob ingratitudinis uitium inciderent: Iudæos quoque iisdem, ac Gẽtes, & fortasse grauioribus criminibus constringi docet, inanémque philosophiã, & irritã legem nihil obstitisse, quin grauiter omnes peccarent, deíque gratia & gloria indigerent. Quòd uerò ex infidelitate ad fidem sunt uocati, non philosophiæ, non carnalibus legis operibus, sed Christi gratiæ tribuendum. Atque hic est totius epistolæ status, & firmamentum, Nihil iam mortuo Christo legem prosore, sed fide Christi gratiam esse ac iustificationem. Neque admodum mirum est, hoc loco tantopere fidem ab apostolo commendari, de charitatis operibus pauca dici. Habenda est enim eorum ad quos scribis ratio. Philosophorum, uel Ethnicorum libri, nihil quàm iustitiæ, fortitudinis, prudentiæ ac temperantiæ commendant actiones: ad huiusmodi qui Romæ habitabant scribebat Paulus. Porrò, teste Augustino Romani quondam citra Christi fidem omni uirtutum genere abundabant. Nihil iam igitur supererat, nisi qui suaptè natura laudabiles ac studiosas sectarẽtur actiones, non suorum meritorũ dignitati, sed dei gratiæ ut tribuerent quicquid agerent boni: & in Christum crederent. Perinde & Iudæi præclaram uitam in lege docti, fidei prædicatione opus habebant, per quam à Mose deficerent ad Christum. Itaque toties hac epistola fidem Paulus inculcat: nec dissimiliter in epistola ad Gal. Neque uerò ob id quòd toties Abrahæ fidem cõmẽdat Apostolus, nullam propterea putes operum ipsius ab illo rationem haberi: neque contrà quum tantopere Abrahæ opera extollit Iacobus, propterea fidem illius negligi: sed uterque pro eorum natura & ingenio ad quos scribebat, quod commodum suis uidebat, commendauit: iste opera, ille fidem. Romanis enim & Galatis recens in unius dei & Christi cultu institutis, & bonarũ in speciem actionum studiosis, quum nondum satis essent in fide confirmati, toties eam

eã illis Paulus inculcat, ut sibi diffidẽtes, uni discant Christo confidere, cuius præcepta fide, pij facti sunt eximpiis. Iacobus contrà credentibus Iudæis, cæterùm cõgruentia fidei opera negligẽtibus, fidémque suã labascere & intermori sinẽtibus, bonorum operum sæpius meminit, sic tamen ut neque iste fidẽ, neque opera ille à iustificatione excludat. Ita Christus Iesus quũ apostolis ac discipulis uerba faceret, fideles se discipulos nactũ esse intelligens, ac fide instructissimos, uno tãtum atque altero loco fidei uerba facit, & idẽ morti proximus, sub cœnæ tẽpus quũ extrema illis uerba faceret, ac salutiferã illam haberet cõcionem: nimirum cùm iam fidei sciret esse plenos, Mãdatum inquit, nouum do uobis, ut diligatis inuicem. In hoc cognoscent omnes q̃ discipuli mei estis, si dilectionem habueritis adinuicem. Et alibi, Hoc est præceptum meũ, ut diligatis adinuicem. Rursum, Hæc mãdo uobis, ut diligatis inuicem. Ecce nusquã nõ dilectionis & charitatis meminit. Quòd si indiuulsa est à fide charitas, ut perperam somniant hæretici: quorsum toties iam credẽtibus dilectionis & charitatis uerba? Quum autem rudes adhuc aut infideles uel Neophytos Christus alloquitur, fidei meminit. Hinc illa, fides tua te saluum fecit. Secundũ fidẽ uestram fiat uobis, & similia multa. Quum uerò fideles alloquitur discipulos, dilectionis magis meminisse solet: quãquam & fidei nonnunquam. Nostra uerò tẽpestate qui nihil minus sunt quàm fideles, illis semper fides & Christus, ac spiritus in ore, de operibus ne uerbum quidem faciunt. Rem indubiè bonam esse intelligimus fidei prædicationem, cæterũ (nisi præter paucos huiusmodi, ipsorũ opinione infideles omnes sumus) nõ usquequaque necessariã, ut interim de studiosis operibus sileatur, aut frigidè admodũ dicatur. Arbitror nullos esse inter nos qui christiani dicimur, qui nõ in Christum credãt, seseque ab illo saluari & iustificari putent, atque in unũ illum collocandã nostram fiduciam, & certò credãt peccatorũ fieri remissionẽ per illũ: uerum qui huic fidei respõdentia faciat opera, perpaucos: adeò mutuis alter in alterũ odiis inhiamus, adeò nostra quærimus, uentri indulgemus ac carni, falso libertatis euangelicæ titulo uoluptuaria sectamur & placentia. Huiusmodi

ergo

ergo insectari uitia & ad cõtraria iis opera adhortari, doceréq; ne ea nobis tribuamus sed uni deo feramus accepta, ueri sũt euãgelistæ partes. Verum ut unde digressa est sese referat oratio, pertinaciam Iudæorum Paulus intelligens, qui nihil non carnalibus legis operibus tribuebant, & iisdem Christianos onerare satagebant, hac tota penè epistola contendit, ut doceat nõ legis operibus, sed dei fide ac gratia iustificatos esse Iudæos, exẽplo Abrahæ, quẽ sine legis operibus fide iustificatum ostendit. Quòd si quis contendit quum aliquoties & in hac epistola & aliis per fidem sine operibus nos iustificari Paulus dicit, nõ modò legis opera excludi, sed & alia quæcunque: nõ admodũ refragabor, si quidem patienter audire sustinet iustificationem in scripturis duobus modis sumi. Primum iustificari, est ex impio fieri iustum, quod fit in momento absque ullis operũ meritis, imò absque ullo nostro præcedente opere. Attende autẽ quod dico præcedente: nã unà cum huiusmodi iustificatione motus necesse est accedat liberi arbitrij in Iesum credẽtis & ueteris uitæ pœnitentis, in eũ quidẽ motũ diuinitus attracti atque pulsati. de hac iustificatione intelligẽdus est Paulus, quoties hominem sine operibus & iustificari asserit & saluari, quã nulla nostra opera mereri nemo neque ueterum neque recentium theologorum negauit, & de hac loquitur ad Romanos apostolus, ostẽdens nulla opera siue naturæ siue legis iustificationẽ impij meruisse, adeóque & Iudæos & Gẽtiles quantũ ad eam rem attinet, pares esse: illósque de lege, istos de naturalibus frustra gloriari. Est ergo iustificatio quædã & salus inchoata, quũ ab infidelitate & peccato ad gratiam resurgit homo, quam nullis suis operibus meretur, sed nõ sine tamen bono opere, ac motu uolũtatis, qui illi gratis à deo infunditur. Est & alia iustificatio, qua iam accepta fide in iustitia proficimus, & iam per fidem gratis iustificati rursum iustificamur, id est, amplius iusti efficimur: de qua Apocalypsis ui gesimosecundo, Qui iustus est iustificetur adhuc, sanctus sanctificetur adhuc, ad hanc iustificationem exigũtur opera: & per hæc secundò modo iustificamur, non ex dignitate operum nostrorum in se, sed ex illis cum fide & dei gratia coniunctis, per quæ ex dei benignitate

benignitate ita nobiscum paciscentis, etiã & salutem mereri dicimur: unde plenæ sunt apostolicæ literæ, bene operãtibus pro mercede salutem reddi ac uitam æternam: quinimò & meriti uocabulum, quod tãtopere auersantur hæretici, præterquã quòd summis uiris græcis & latinis Hieronymo, Augustino, et Ambrosio, quos hic breuitatis gratia tacemus, placuit: etiam in sacris literis inuenimus, nimirum Ecclesiastici decimosexto, quòd ob id annotãdum duxi, sic enim scriptum est eo loco, Misericordia faciet locum unicuique secũdum meritum operum suorum. Ex operibus ergo iuncta fide & gratia salutem meremur, & iustificationem secundo modo acceptam. Quoniã uerò de iustificatione operũ ac fidei plærique summa eruditione ac uigilantia scripserunt, quorum libri passim uæneunt: non est uisum operæprecium multas hic opplere paginas. qui uolet amplam non modò huius argumenti tractationem, sed & cæterorum qui hodie controuertuntur de fide articulorum, cõparet sibi librum Alberti Pighij Campensis de controuersiis in Ratisponensibus comitiis habitis. Quẽ ego librum omnibus legendum relegendúmque arbitror, qui de doctrinis hodie controuersis iuxta ueterum orthodoxorúmque patrum & uniuersæ ecclesiæ traditionem sacrarúmque literarum usum animo suo satisfactum cupiunt. sed ut eò unde digressa est oratio, redeat, Quum legalium operum merito ad fidem sese uocatos & iustificatos Iudæi gloriarẽtur, neque ferrent ad euangelium Gẽtes admitti, nisi eadem lege, eisdémque ceremoniis utentes, quæ starent ipsi cum euangelio putabant: ostendit hac epistola Paulus omnes ex æquo, peccato constrictos esse Iudæos & Græcos: & fide indigere deíque misericordia. Itaque conciliato per Christi fidem utroque populo, obitérque nõnullis de Gentium uocatione & Iudæorum abiectione interpositis, nonnihil de moribus & mutua infirmitatum tolerantia disserit. Demum uariis salutationibus epistolam claudit: quam è Corintho per Phœben ecclesiæ Cenchreensis ministrã missam esse docet Origenes.

Universidad de Deusto
Biblioteca

EPISTOLA DIVI PAVLI APOSTOLI AD ROMANOS.

ARGVMENTVM Cap. I.

¶ *Præposita epigraphe consueta, ac salutatione, illorum fidei cõgratulatur, suã in illos benevolentiam commemorans. Deinde Euangelij virtute declarata, philosophorũ ingratitudinẽ arguit omnis idololatriæ fontẽ & caput, in quam prolapsi per oĩa flagitiorũ genera volutati sunt.*

CAPVT I.

A PAVLVS *seruus* IESV CHRISTI [1] *uocatus* Apostolus, *segregatus in* [2] *Euangelium* Dei (*quod ante promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis*) *de filio suo, qui* [3] *factus est ei ex semine* Dauid *secundum carnem, qui* [4] *prædestinatus est filius* Dei *in uirtute secundum spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorũ* Iesu Christi *domini nostri, per quem accepimus gratiam & apostolatũ,* [5] *ad obediendũ fidei in omnibus gẽ*

1. *Vocatus Apostolus.* Ad apostolici muneris functionem vocatus. est autem Græcè, κλητὸς nomen.

2. *Euangelium dei.* In euangeliũ dei de filio suo: quod enim intercedit, legendum est per parenthesim.

3. *Factus est.* Temporaria natiuitate secundum carnẽ de matre patri factus est homo, ex quo erat ab æterno sine matre genitus deus.

4. *Prædestinatus.* Prædestinatum est fore aliquando, vt homo per humanitatẽ à verbo assumptam dei filius esset in virtute dei operantis, secundum spiritum sanctificationis .i. per spiritum sanctũ virgini inumbrantem. Græcorũ sensus est germanior, qui legunt, ὁρισθέντος, id est, qui definitus ac declaratus est dei filius. *In virtute.* id est, per miraculorum virtutes quas operabatur, dicente ipso, opera quæ ego facio, ipsa testimonium perhibent de me. *Et secundum spiritũ sanctificationis.* i. per spiritum sanctum, quem (quod advnũ deum pertinet) in se credentibus largiebatur. *Ex resurrectione mortuorum Iesu Christi*, id est, ex eo quòd sua virtute suscitat mortuos, aut magis ex eo quòd suapte virtute surrexit à mortuis ipse Iesus Christus dominus noster.

5. *Ad obediendum fidei.* i. vt ab omnibus inter gentes fidei obediatur, scilicet, per quem cum gratia legationẽ accepimus. *Pro nomine eius.* i.

vt vice ipsius Christi(pro quo alibi,legatione se fungi ait) ad fidei obeditionem gentes omnes adduceremus.

6. *In quibus*.i.inter quos ac de quorũ numero & vos estis:vos inquam,vocati Iesu Christi. Dicit autem vocatos Christi, pro vocatos à Christo,vt vulgo,dilectum dei,pro dilectum à deo:quod verò ait,vocatis sanctis, intellige vocatis ad sanctitatem, ac vt sancti essent.In dictione autẽ, *Sanctis*, finit epigraphe,& subaudiendum est, salutem dicit: atq; ita in omni penè reliquarum epistolarũ epigraphe:neq; enim verbũ plurale,sunt, iungi potest cũ pronomine vobis.

7. *Quia fides*,quia pro quòd, dictum est, idque frequens est interpreti.

8. *Spiritu meo* .i.quem mente atque animo colo, non Iudaicis ceremoniis.

9. *Euangelio*,in prædicatione euangelii de filio eius.

10. *Si quomodo*, obsecrans si quo modo tandem fieri potest,vt deo volente prosperũ iter mihi ad vos cõtigat.

11. *Simul consolari*. Græcum verbũ συμπαρακληθῆναι.i. simul consolari . refertur ad illud,desidero vos videre,i. simul consolari in vobis.

12. *Et prohibitus*.i.sed hactenus inhibitus sum,sicut infrà cap.15. propter quod impediebar plurimum venire ad vos,& prohibitus sum vsque adhuc.

13. *In me promptum est*,id est, paratus sum quantum ad me attinet.

tibus, pro nomine eius [6] *in quibus estis & uos uocati* IESV CHRISTI,*omnibus qui sunt Romæ dilectis dei uocatis sanctis, gratia uobis & pax à deo patre & domino nostro Iesu Christo . Primum quidem gratias ago deo meo per Iesum Christum pro omnibus uobis,*[7] *quia fides uestra annũtiatur in uniuerso mũdo.Testis enĩ mihi est deus , cui seruio in*[8] *spiritu meo in* [9] *euãgelio filij eius,q̃ sine intermissione memoriã uestri facio semp in orationibus meis,obsecrans* [10] *si quo modo tandẽ aliquãdo prosperũ iter habeam in uoluntate dei , ueniendi ad uos. Desidero enim uidere uos, ut aliqd impertiar uobis gratiæ spiritualis, ad confirmandos uos,id est,*[11] *simul consolari uobis per eam quæ inuicẽ est,fidẽ uestrã atq; meã . Nolo autẽ uos ignorare fratres, quia sæpe p̃posui uenire ad uos(*[12] *& prohibitus*[9] *sum usq; adhuc)ut aliquẽ fructũ habeã in uobis,sicut et in cæteris gẽtibus. Græcis ac barbaris,sapiẽtibus & insipiẽtibus debitor sũ,itaq;*[13] *in*

14. *Non enim*

14. *Non enim erubesco euangelium*,scilicet prædicare,id est,non theme det euangelij. Non enim res vsque adeo imbecilla est euãgelium, quinimo admirandæ est illud potentiæ,quod in se credentes sanare potest.

15. *Primũ*,non dignitate,sed tẽpore.

me prõptũ est, & uobis qui Romæ estis,euãgelizare.[14] *Nõ enim erubesco euãgeliũ. Virtus enim dei est, in salutẽ oĩ credẽti,Iudæo*[15] *primũ & Græco.*[16] *Iustitia enim dei in eo reuelatur ex fide in fidem, sicut scriptum est,Iustus autem ex fide uiuit. Reuelatur enim ira dei de cælo sup omnem impietatem & iniustitiam hominum eorũ qui ueritatẽ dei*[17] *in iniustitia detinent,quia*[18] *quod notũ est dei,*[19] *manifestum est in illis.deus enim illis manifestauit.* [20] *Inuisibi-*

16. *Iustitia enim dei*.i.iustitia dei qua nos iustificat, quæ est & cõstat ex fide in fidẽ. hoc est,fide promouente ac subinde augescente (qualis est ille Hebraismus Psal. 83. Ibũt de virtute in virtutẽ .i. in augmentũ virtutis)reuelatur in euangelio, quo gratis per Christũ credentes iustificari intelligimus. Vel,iustitia dei reuelatur in euangelio ex fide in fidẽ.i. ex fide veteris testamẽti in fidẽ noui . Quæ enim latebat in veteri testamẽto sub vmbris & figuris Christi fides, planè reuelata est in nouo. Vel, iustitia dei , id est, Christus in euangelio reuelatur ex fide veteris instrumẽti in fidem,& per fidem noui. qui enim in lege adũbratur,manifestatus est in euangelio.Nã qui in lege non intelligebat illud Esa. Ecce virgo concipiet,dum in euangelio legit , Ecce concipies & paries filium:qui non capiebat illud Mich . Egressus eius à diebus æternitatis,dum audit Ioannẽ tonantem ac dicentẽ, In principio erat verbũ:illi reuelatur iustitia dei Christus,qui ænigmaticè tantũ præferebatur in lege. Græci explicãt,iustitia quę est ex fide in fidẽ.i.quæ auspicatur à fide & in fidẽ desinere debet: non enĩ saluabitur qui in finẽ non crediderit,aliter etiã ex fide prætertorũ in fidẽ futurorũ: q̃ non sat sit credere Christũ ,p nobis natũ, passum,resurrexisse , nisi & nos in illo credamus resurrecturos, & æternam vitam consecuturos.

17. *In iniustitia*.veritatẽ dei in iniustitia detinẽt, q agnitã celãt. Vel vt Græci exponũt,qui ad cõditoris iniuriã,dei cultũ ac latriã idolis iniustè tribuũt.

18. *Quod notum est dei*.i.quod naturaliter de deo nosci potest.

19. *Manifestũ est in illis*.i.manifestatũ est illis.

20. *Inuisibilia enim ipsius*, qualia sunt bonitas ,sapientia, & similia.

Per ea quæ facta sunt. i. ex ipsius effectis intellecta conspiciuntur. *à creatura mundi*, Græcè ἀπὸ τῆς κτίσεως. i. à conditione mũdi, scilicet ex quo mundus est cõditus, vel *à creatura mundi*. i. homine qui præcipuus est creaturarũ omnium intellecta conspiciũtur. Quomodo aũt ex visibiliũ cõsideratione inuisibilia dei cognoscantur, vide egregium libellũ 7. Hugonis à sancto Victore in suo Didascalico.

21. *Cogitationibus.* Διαλογισμοῖς. i. ratiocinationibus: dũ dei notionẽ nõ vni deo tribuerunt, sed suis argutiis & syllogismis ad eum se peruenisse gloriati sunt.

22. *Dicentes.* Græcè, φάσκοντες, existimantes.

23. *Volucrum.* sicutanserẽ Romani, apim bouem, & crocodilum serpentem Aegyptij coluerunt.

24. *Tradidit.* i. abire permisit. iuxta illud ps. 80. dimisit eos secundũ desideria cordis eorum, ibunt in adinuẽtionibus suis.

25. *Vt contumeliis.* τὸ vt, euentum rei, non causam hic dicit. i. propter quã dei desertionẽ cõtigit, vt derelicti ab illo corpora sua cõtumeliis afficerent ac dedecorarent.

lia enim ipsius, à creatura mũdi, per ea quæ facta sũt intellecta, cõspiciũtur, sempiterna quoq; eius virtus et diuinitas, ita ut sint inexcusabiles. Quia cùm cognouissẽt deũ, non sicut deũ glorificauerũt, aut gratias egerũt, sed euanuerũt[21] in cogitationib⁹ suis, & obscuratum est insipiẽs cor eorũ, [22] dicẽtes enim se esse sapiẽtes, stulti facti sunt. Et mutauerũt gloriã incorruptibilis dei, in similitudinẽ imaginis corruptibilis hominis, & [23] uolucrũ, & quadrupedũ, & serpentiũ. Propter quod [24] tradidit illos deus in desideria cordis eorũ, in immunditiã, [25] ut cõtumeliis afficiãt corpora sua in semetipsis. qui cõmutauerũt ueritatẽ dei in mendaciũ, & coluerũt & seruierũt creaturæ potius q̃ creatori, qui est benedictus in secula. Amen. Propterea D [26] tradidit illos deus in passiones ignominiæ. Nam fœminæ eorum immutauerunt naturalem usum in eũ usum qui est cõtra naturã. Similiter aũt & masculi, relicto naturali usu fœminæ, exarserunt in desideriis suis in inuicem, masculi in masculos turpitudinem operantes, & mercedem (quam oportuit) erroris sui in semetipsis recipientes. Et sicut

26. *Tradidit.* i. abire permisit substrahẽdo id quod demeriti erant auxilium, tradidit, inquam, illos in *Passiones ignominiæ*, id est, libidines

[27] non probauerunt deum habere in notitia, [28] tradidit illos deus in reprobũ sensum, [29] ut faciãt ea quæ non conueniunt, repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione, auaritia, nequitia, plenos inuidia, homicidio, cõtentione, dolo, malignitate, susurrones, detractores, [30] deo odibiles, contumelioſos, superbos, elatos, inuentores malorũ, parentibus non obedientes, insipientes, [31] incompositos, [32] sine affectione, [33] absq; fœdere, sine misericordia. [34] Qui cùm iustitiã dei cognouissent, non intellexerũt, quoniã qui talia agũt, digni sunt morte, non solũ qui ea faciunt, sed etiam qui consentiũt faciẽtibus.

ARGVMENTVM Cap. II.

¶ *Non temerè de proximo iudicandum. neq; irritandam dei longanimitatem, sed bonis operibus insudandum, quæ sine personarum acceptione præmiaturus est deꝰ. deinde nec gentiles impunes futuros ostendit, quibus vice legis est conscientia: nec Iudæos hypocritas, quibus neque carnalis Abrahæ prosapia, nec externa circuncisio est profutura.*

A Matt. 7. a.

CAPVT II.

PRopter quod inexcusabilis es ô homoomnis qui iudicas. In quo enim iudicas alterum, te ipsum cõdemnas, eadem enim agis[1] quæ iudicas. Scimus enim quoniã iudicium dei est secundum ueritatem, in eos qui talia agunt. Existimas autem hoc ô homines ignominiosas.

27. *Non probauerunt.* i. deum deiq; beneficia noluerũt agnoscere.

28. *Tradidit*, deserendo. sicut indurare dicitur, dum suæ malitiæ, ac libertati prauæ peccatorem derelinquit.

29. *Vt faciãt.* hic quoq; τὸ vt, euentum dicit, id est, ꝓpter quod dereliqui fecerunt quę minimè oportebat.

30. *Deo odibiles*, Græcè θεοστυγεῖς, id est, deo odibiles, vel dei osores.

31. *Incomposito*s, ἀσυνθέτους, id est, moribus inurbanis, vel pactorũ infractores, & conuentis non stantes.

32. *Sine affectione*, Græcè, ἀστόργους. i. humanitatis exptes & charitatis. Est enĩ στοργὴ affectio amicitiæ, & maximè parentum erga filios ac contrà.

33. *Absque fœdere*, Græcè ἀσπόνδους, id est, fœdifragos.

34. *Qui cum*, &c. non intellexerunt, id est, intelligere noluerũt. Græci legunt, Qui quum iustitiam dei cognouissent, nempe quòd qui talia agunt, digni sunt morte, non solum ea faciunt, sed facientibus consentiunt.

1. *Quæ iudicas*, legere potes, vel quæ iudicas, prout est Græcè, ἃ κρίνεις, vel qui iudicas, prout est Græcè, ὁ κρίνων.

2. *Diuitias*, hoc est, exuberantem illam bonitatem, patientiam, longanimitatem.

3. *Iis quidem secundum*. Græci legunt, τοῖς μὲν καθ' ὑπομονὴν ἔργου ἀγαθοῦ δόξαν καὶ τιμὴν καὶ ἀφθαρσίαν: ζητοῦσιν ζωὴν αἰώνιον. Et certè Græca scholia iungunt τὸ ζητοῦσιν, τῷ ζωὴν αἰώνιον, non τῷ ἀφθαρσίαν, dicuntq; hic esse hyperbaton: & hoc modo germanus sensus est, Qui reddet vnicuiq; secundum opera sua: & iis quidem qui in bono opere perseuerauerint, vitam æternam quærentibus, gloriam & honorem, sub, reddet, & immortalitatem. nam id verè significat ἡ ἀφθαρσία. Romanis enim scribebat Apostolus, præter cęteras nationes honoris & gloriæ cupidis, ac nominis immortalitatem immodicè affectantibus: quę omnia illis pollicetur, sed longè alterius generis, ac multo præstantiora: nimirum gloriam ęternam, honorem filiorum dei, & corporis animæq; immortalitatẽ: modò iuxta illud euangelicum, Primum quærite regnum dei & iustitiam eius, deinde omnia adiicientur vobis, ante omnia vitam æternam quæsierint. quòd autẽ non legendũ sit, quærentibus gloriam & honorem, sed gloriam & honorem reddet, explicat locus sequens, vbi viro iniquè agenti, tribulatio & angustia, rectè autem agenti, honor, pax & gloria redditur. In hoc verò loco, his autem qui sunt ex contentione, id est, qui contẽtiosi sunt, ira, indignatio. Photius Græcus supplendum putat τὸ ἀποδοθήσεται, id est, reddetur: annotatque non temere dictum, quòd deus bona illa, gloriam, honorem & immortalitatem reddet: de malis autem & vltionibus non ait, reddet, sed reddentur: quòd bene hominibus facere vni⁹ sit dei propriũ: animaduersiones aũt ex nostris malis oriuntur, nosq; nostra nobis mala vltro accersimus: hoc quoque

mo qui iudicas eos qui talia agunt, & facis ea, quia tu effugies iudiciũ dei? An[2] *diuitias bonitatis eius & patientiæ & lõganimitatis contẽnis? ignoras quoniã benignitas dei ad pœnitentiã te adducit? Secũdum aũt duritiã tuã, & impœnitẽs cor, thesaurizas tibi irã in die iræ et reuelationis iusti iudicij dei, qui reddit unicuiq; secundũ opera eius:*[3] *iis* B Matt. 16. d, *quidẽ secundũ patientiã boni opis, gloriã & honorẽ & incorruptionẽ quærentibus uitã æternã. iis aũt qui sunt ex cõtentione, & qui non acquiescunt ueritati, credunt autẽ iniquitati, ira & indignatio. Tribulatio & angustia in omnẽ animam hominis operantis malũ, Iudæi pri-*

quoque annotatione dignum, quod Oecomenius eo loco secundũ patientiam boni operis ait, ὃ γὰρ μόνον ἡ πίστις ἀρκεῖ, ἀλλὰ καὶ ἔργων χρεία. i. non enim sufficit fides sola, sed opus est operibus.

4. *Iudæo primum*: primum tempore & vocatione, non merito & dignitate. Vobis enim oportebat primũ loqui verbum dei, sed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternę vitæ, ecce conuertimur ad gentes, inquit Paul. acto. 13.

mũ & Græci. gloria aũt & honor et pax, oĩ opanti bonũ,[4] *Iudæo primũ & Græco. nõ enim est*[5] *acceptio personarũ apud deũ.*[6] *Quicunq; enĩ sine lege peccauerunt, sine lege & peribunt. & quicunq; in lege peccauerunt, per legẽ iudicabuntur. Non enim auditores legis iusti sunt apud deum, sed factores legis iustificabũtur. Cùm enim gẽtes quæ legẽ nõ habent, naturaliter ea quæ legis sunt, faciũt, eiusmodi legẽ non habẽtes,*[7] *ipsi sibi sunt lex, qui ostẽdunt opus*

Deut. 10. Iob. 37. Acto. 10. C Matt. 7. d. Iaco. 1. d.

5. *Acceptio personæ*. Græcè προσωποληψία. dicitur aũt, quũ quis non merita personarũ respicit, sed externa tãtum: cuiusmodi sunt generis nobilitas, diuitiæ, robur, ac similia multa, ad quæ mundꝰ attẽdere solet, non itẽ deus. πρόσωπον enim facies externa dicitur, ad quam non respicit deus, sed cor intuetur hominis. Vult ergo Paulus quòd sine electione rectè viuentem honor sequatur & gloria, siue is sit gentilis, siue Iudæus, neque attendere deum ad generis Iudaici ex Abrahamo nobilitatem, quominus & rectè viuẽtes gentiles suis p̃miis muneretur.

6. *Quicunq; sine lege*. Omnes his verbis sub peccatum concludit: & Iudæos qui legem scriptã acceperunt, & gentiles qui legẽ non habuerunt: sed mitius actum iri subindicat cum gentilibus, quia legẽ non habuerunt: sic enim explicant Græca scholia de Iudæo & Grę co loquentia, ac primum de gentili qui sine lege peccarit, aiunt: ἀνόμως ἀπολεῖται, τουτέστι οὐ μετὰ ἀκριβείας νόμου ὁ Ἕλλην τῶν σύμμετρον ἀπωλείαν, ἐνόμως δὲ ἁμαρτόντα λέγει τὸν Ἰουδαῖον, ὃς φησὶ δεῖ τὸ νόμου ὃν παραβέβηκε, κριθήσεται. τουτέστι κατακριθήσεται. δηλοῖ ὃ τῶν τῶν χείρονα ἀπωλείαν. i. sine lege peribit, hoc est, non iuxta legis seueritatem: ex quo perspicuum est, moderatiorem eũ pœnam laturum: Iudæum autem in lege constitutum peccauisse asserit, ideoq; per acceptæ legis transgressionem iudicandum, hoc est, condẽnandũ: ex quo ꝑspicuũ est, grauiores eũ pœnas daturũ.

7. *Ipsi sibi*. Gentibus lege scripta carentibus conscientia est vice legis, quæ legis instar quid faciendũ fugiendúmve indicat. Lex enim

Mosaica indicandi tantũ, non item auferẽdi peccati vim habebat.

8. *Cogitationum.* Græcus est Genitiuus, qui verti poterat in Ablatiuum cogitationibus, accusantibus aut etiam defendẽtibus: sed interpres qui legit συνειδήσεως αὐτῶν, id est, conscientia ipsorum, sequentes genitiuos cum isto iunxit, testimonium reddente conscientia ipsorum, & cõscientia cogitationum accusantium.

9. *Secundum euangelium.* sic ordinanda lectio, iudicabit occulta hominum, id est, internas & absconditas mũdo hominum cogitationes per Iesum Christum (cui omne iudicium dedit pater) *Secundum euangelium meum*, prout prædicare & euangelizare soleo.

10. *Si autem.* quidam Græci codices habent ἰδοὺ, id est ecce, nostер legit, εἰ δὲ, id est, si autem, & tunc sensus est, si, id est, quia tu Iudæus cognominaris, & requiescis in lege, &c. idcirco confidis te ducem esse cæcorum, *& habentem, &c.* id est, iactas te doctorem legis esse, qui solus alios veritatem legisque cognitionem docere possis, atque illis iuxta legem viuendi normam præscribere.

11. *Qui ergo.* quidam indefinitè legunt, quidam interrogatiuè.

12. *Nomen enim.* non est hic citatio loci à Paulo, sed allusio ad illud Esaiæ 52. Iugiter tota die nomen meum blasphematur.

13. *Circumcisio quidem.* Sunt qui propter id quod scriptum est Gal. Si circuncidimini, Christus nihil vobis proderit, hunc locum referũt ad tempus legis scriptæ, quasi Paulus hoc loco refellat Iudæorum

legis scriptũ in cordibus suis, testimonium reddente illis conscientia ipsorũ, & inter se inuicẽ cogitationum accusantiũ, aut etiã defendẽtium, in die cùm iudicabit deus occulta hominũ secundũ euangelium meũ per Iesum Christum. 10 *Si autẽ tu Iudæus cognominaris, & requiescis in lege, & gloriaris in deo, & nosti uoluntatẽ eius, & probas utiliora instructus per legẽ, cõfidis te ipsum esse ducẽ cæcorum, lumẽ eorum qui in tenebris sunt, eruditorẽ insipientiũ, magistrum infantiũ, habentẽ formã sciẽtiæ & ueritatis in lege.* 11 *Qui ergo aliũ doces, teipsum non doces? qui prædicas non furandũ, furaris? qui dicis non mœchandũ, mœcharis? qui abominaris idôla, sacrilegium facis? qui in lege gloriaris, per prævaricationem legis, deum inhonoras?* 12 *Nomẽ enim dei per uos blasphematur inter gentes, sicut scriptum est.* 13 *Circũcisio quidem prodest, si legem obserues, si aũt prævaricator legis sis, circumcisio tua præputium facta est.* 14 *Si igitur præputium iustitias legis custodiat, nónne præputiũ illius in circumcisione reputabitur, & iudicabit id qđ ex natura est præputium, legem cõsummans, te qui per literam & circumcisionem prævaricator legis es?* 15 *Non enim qui in manifesto, Iudæus est, neq; quæ in manifesto in carne, est circumcisio, sed qui in abscõdito, Iudæus est, & circũcisio, cordis in spiritu, non litera. cuius laus non ex hominibus, sed ex deo est.*

D

Esai. 52. b. Exec. 36. c.

fastum qui de accepta circũcisione gloriabantur: quam non statim elidere volẽs, prodest, inquit, suo tempore, sed si legem custodias, alioqui non plus valebat quàm præputium. Quidam interpretantur circumcisionem. i. genus & prosapiã circuncisi Abrahæ, de qua Iudæi tantopere gloriabantur: quam eneruat Paulus dicens, Circuncisio quidem prodest. i. prodest quòd filius Abrahæ sis, si legẽ seruaueris: sin aũt præuaricator legis es, facta est præputiũ. i. nihil tibi, prodest, sed perinde tibi erit circuncisio, ac si gentilis esses. quinimo gentilis si legẽ seruat, præputiũ eius imputabitur ad circuncisionẽ, & ad Abrahæ prosapiam. Censebitur enim inter veros Abrahæ filios. Mihi videtur hic posse esse sensus: *Circumcisio quidem prodest*, nõ carnaliter sed spiritualiter ad legis intellectũ obseruata: p quam nimirum legẽ intelligimus ingressa per Christi fidẽ vera cordis circuncisione, cessare carnalem, quam qui mordicus spirituali neglecta retinet, prævaricator est legis, nec illi plus quàm præputium valet.

14. *Igitur præputium.* i. si gentilis natura incircuncisus legem custodiat, præputium illius imputabitur ad circuncisionem, & tam illi valebit, quàm tibi legem custodienti olim circuncisio. Quinimo ipse naturaliter præputiatus, *Legem consummans*, id est, eam spiritualiter obseruans in Christi fide, & cordis circuncisione, iudicabit te *qui per literam & circumcisionem*, id est, carnalis legis obstinationem prævaricator legis es.

15. *Non enim. &c.* id est, non qui palàm ac manifestò se carne Iudæum esse iactat, *Sed qui in abscondito*, id est, corde ac spiritu per fidem Christum confitetur, is verè Iudæus est, *neque quæ in manifesto in carne, est circumcisio*, id est, non externa carnis, sed spiritalis vitiorum circuncisio, vera circuncisio est, quæ *non litera* constat, id est, carnali intelligentia secundum rationem sectæ pelliculæ, *sed in spiritu*,

ritu, id est, spiritali intelligentia, vt est circũcidendi animi signum, quæ quidem spiritalis circunciſio, etsi laudem non habet apud homines mentium ignaros, non tamen apud deum cordium scrutatorem sua laude caret.

1. *Quid ergo amplius.* Græcè, Τί οὖν τὸ πλεονεκτεῖν τοῦ Ἰουδαίου; id est, si verbum verbo reddas, quid ergo est illud plus Iudæi? Nos vertere possumus[3], Quid præterea habet Iudæus supra gentilem? neque hoc loco τὸ πλεονεκτεῖν excellentiam significat, ob id quod postea Paulus ait: Quid ergo præcellimus eos? nequaquã. Sensus ergo est, Si præputiũ credenti gentili imputandi est ad circuncisionem, qua in re commodatum est gentili pluſquã Iudæo? aut quæ vtilitas circuncisionis?

2. *Multum per omnem modum.* Græci variè legunt, quidam πολὺ, id est, multũ, & tunc referendum est ad τὸ πλεονεκτεῖν: ac tum sensus est, Quid est quod amplius habeat Iudæus quàm gentilis? ad quod respondet, multum per omnem modum. alij Græci, vt Veronensis codex, legunt πολλὰ, id est, multa, & tunc refertur ad τὸ vtilitas. Quæ vtilitas circuncisionis? multa per omnem modum.

3. *Credita sunt*, ἐπιστεύθησαν, id est, dei oracula & responsa illis credita sunt & commissa: Photius autem τὰ λόγια exponit magnifica dei dona & beneficentias: nos, diuinas promissiones Abrahæ & semini eius factas: & domestica dei responsa populo suo redita intelligere possumus. Et hæc est vtilitas circuncisionis, quòd electum suum populum hácque circuncisionis nota designatum, & responsis suis, & promissionibus, infinitisque beneficiis dignatus est deus.

4. *Fidem dei euacuauit.* i. dei promissiones irritas fecit, aut eum mẽdacem constituit. Græci legunt καταργήσει, id est, euacuabit siue irritas faciet & abolebit: noster legit κατήργησε, id est, aboleuit & antiquauit.

ARGVMENTVM *Cap.* 3.

¶ *Dei promissiones peccatis nostris non irritari, neque frustratum iri docet, omnesque peccato esse constrictos, à quibus non lex, sed dei gratia per Christi propitiatoris sanguinem iustificat.*

CAP. III.

A Q Vid ergo amplius Iudæo est? aut quæ utilitas circũcisionis?[2] *Multum per omnem modum.* Primum quidem: quia[3] credita sunt illis eloquia dei. Quid enim, si quidam illorum non crediderunt? Nunquid incredulitas illorum[4] fidẽ dei euacuauit? Absit.

5. *Est autem deus verax.* Græci legunt constanter γινέσθω. i. sit. vnde puto interpretem vertisse esto, sed errore librarij ô sublatum. Photius explicat γινέσθω per, λογιζέσθω, & νοείσθω, id est, censeatur & intelligatur à vobis deus esse verax. i. intelligite & existimate deũ esse veracem, omnem verò hominem mendacem. Idem quoque Photius τὴν πίστιν dei, & Græcè τὴν πίστιν interpretatur τὸ πιστὸν τὸ ἀληθὲς τὸ ἀμετάθετον τῆς ὑποσχέσεως τοῦ θεοῦ. i. certam & immutabilem diuinarum promissionum veritatem.

Ioan. 3. d. Psal. 50. a.

5 *Est autem deus uerax, omnis autẽ homo mendax, sicut scriptum est,* 6 *Vt iustificeris in sermonibus tuis, & uincas cùm iudicaris.* 7 *Si autem iniquitas nostra, iustitiam dei commendat, quid dicemus? Nũquid iniquus est deus, qui infert iram? Secũdum hominem dico. Absit. alioquin quomodo iudicabit deus hũc mũdũ?* 8 *Si enim ueritas dei in meo mendacio abundauit in gloriã ipsius, quid adhuc & ego tanq̃ peccator iudi-*

6. *Vt iustificeris.* Tibi soli peccaui, inquit Dauid, & malũ coram te feci, vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cùm iudicaris. Vbi, τὸ vt, cuẽ tum rei dicit, non causam, id est, ac propterea factum est, vt dum vel mihi peccanti promissa seruas, veracior appareres ac iustior, vinceréſque eorum impietatem, qui te ob mea peccata promissis non staturum mentiebantur. Probat autem Paulus Dauidis exẽplo, nequaquam ob peccatum & incredulitatem populi dei fidem & promissionẽ irritã fieri, sed veracẽ illũ semp remanere, sicut de se testatur Dauid dicens deo, Tibi soli peccaui vt iustificeris.

7. *Si autem.* dupliciter id intelligi potest: Primum, si iniquitas nostra iustitiam dei commendat. i. stabilem reddit atque illustrat, id enim significat Græcum verbum συνίστησι, an ideo iniquus est deus, qui ob peccata infert irã? absit. i. non propterea iniquus est. Non enim nostræ malitiæ, sed suæ clementiæ est, quòd nostra iniquitate in gloriam suam abutitur. alioqui si iniquus esset, quomodo iudicaret mundum, cùm iudicis sit æquum se præbere? Quia autem impium aliquid conclusisse videbatur, correctione vtitur, dicens, *secundum hominem dico.* i. more carnalium & imprudentium loquor. Secundo modo sensus est, Si iniquitas nostra iustitiam dei cõmendat, iniqu[9] est de[9], qui in eã iustitiæ suę cõmendatricẽ vindicat, sed nõ est iniquus, nõ ergo eius iustitiã nostra commendat iniquitas.

8. *Si enim veritas.* Et hoc dupliciter. i. si veritas dei promissa seruãtis in meo

in meo mendacio & peccato abundauit, non debeo tãquam peccator damnari, qui eam promoueo & illustro : imò potius quid non. i. quid ni faciamus mala, vt inde bona eueniant? quam blasphemiam quidam prædicare nos dicunt. Sed ego verè, vt peccator iudicari debeo, nec facienda sunt mala, vt inde bona eueniant: nõ ergo dei veritas in meo mẽdacio abundauit. Secundo modo sensus est, sed ita vt in persona carnalium hominum loquatur Paulus, Si verum est, vt Dauidis verba sonant, quòd veritas dei per nostrum mendacium creuit & illustrior facta est, nõ debemus nos qui dei gloriam

cor, & nõ (sicut blasphemamur, & sicut aiunt quidam nos dicere) faciamus mala, ut eueniãt bona? quorum damnatio iusta est. [9] *Quid ergo? præcellimus eos? Nequaquam.* [10] *Causati enim sumus Iudæos & Græcos, omẽs sub peccato esse, sicut* Gala. 3.d.

nostro mendacio illustramus tanquam peccatores damnari, quin potius facienda sunt nobis mala, vt maiora inde bona eueniant, vtpote diuinæ gloriæ illustratio. Huiusmodi argumentationem faciebant iniqui, & huiusmodi doctrinam prædicare Paulum mẽtiebantur, fortasse quia eum dicentem audierant, Vbi abundauit delictum, superabundauit & gratia, & istud est quod ait Paulus, Cur non faciamus mala, vt bona inde eueniant, *sicut blasphemamur*. i. à nonnullis malè audimus, qui in contumeliam nostrã sic nos prædicare asseuerãt. Horum opinionem nequaquam vltra refellit Paulus tanquam nimis absurdam, contentus in eodem argumento paulò ante dixisse, absit: quod etiam hoc loco supplendum est: vel eiusmodi opinio eluitur ex iis verbis, quorũ dãnatio iusta est, scilicet & eorum qui dicunt ob eã causam facienda esse mala, vt bona eueniant, & eorum qui nos ita prædicare asseuerant.

9. *Quid ergo? præcellimus eos? nequaquam.* Videtur prima fronte is locus pugnare cum initio capitis, Quid ergo amplius est Iudæo, aut quæ vtilitas est circuncisionis? multum per omnem modum: sed si sensus considerabitur, nulla prorsus est pugnantia. Initio capitis agebat Paulus non de excellentia Iudeorum supra gentiles, sed de beneficiis illis à deo collatis, quòd scilicet credita sint illis eloquia. Hic autem de vtriusq; populi meritis agitur: qua in re pares sunt Iudæus & gentilis: neque nos, inquit, Iudæi vllis illos meritis præcellimus.

10. *Causati enim sumus Iudæos & Græcos omnes sub peccato esse.* causati, Græcè προητιασάμεθα, ad verbum, præcausati sumus, siue causam

antea reddidimus, nulla nos in re illis esse meliores aut præstantiores: nimirum quòd omnes peccato sint constricti.

11. *Scimus autem.* Locus præcedens ex psal. 13. in hoc tantum adductus est à Paulo, vt ostenderet omnes tum Iudæos tum Græcos esse sub peccato: & ne de se dici Iudæi negarent, ad illos magis spectare ostendit, quoniam lex iis qui in lege & sub lege sũt loquitur: quo loco docemur legis nomine non Pentateuchum modò, sed & alios veteris instrumenti libros intelligi. iis ergo qui in lege sunt lex loquitur, *Vt omne os obstruatur*, id est, vt repugnãtibus & sine peccato se esse asserentibus os claudatur: nam si de Iudeis qui dei cultores erant, propheta dicit non esse qui bonum faciat, non vsque ad vnum: maiori argumento de idololatris verum erit.

Psal. 13.a

Psal. 5. & 13. & 139. C

Psal. 9.

Esai. 59.

scriptũ est, Quia non est iustus quisquam, non est intelligẽs, aut requirens deũ. Oẽs declinauerunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonũ, nõ est usq; ad unũ. Sepulchrũ patens est guttur eorũ, linguis suis dolose agebãt, uenenũ aspidum sub labiis eorum. Quorũ os maledictione & amaritudine plenũ est, ueloces pedes eorum ad effundendũ sanguinẽ. Cõtritio & infelicitas in uiis eorum, & uiã pacis non cognouerunt, non est timor dei ante oculos eorũ. [11] *Scimus autem quoniã quæcunque lex loquitur, iis qui in lege sunt, loquitur, ut omne os obstruatur, &* [12] *subditus fiat omnis mundus deo, quia ex operibus legis non iustificabitur* [13] *omnis caro corã illo.* [14] *Per legem enim, cognitio peccati.* [15] *Nunc autẽ sine lege iustitia dei manifestata est, testificata à lege & p-*

Gala. 2.d.

12. *Subditus fiat*, id est, agnoscat se obnoxium deo.

13. *Omnis caro*, id est, omnis homo. Nam tum carnis tũ animæ nomine totum hominem scriptura sæpe intelligit: quale est illud, Videbit omnis caro salutare dei, & Gen. 14. Da mihi animas. i. redde mihi homines meos.

14. *Per legem.* Bene per legẽ cognitio peccati, non item remissio: quippe quæ dum peccatũ vlciscitur, indicandi illius vim habet, non remittendi.

15. *Nunc autem, &c.* Iustitia, inquit, dei. i. iustificatio. nam hic Græci τὴν δικαιοσύνην ἀντὶ τοῦ δικαιώσεως, id est, iustitiam pro iustificatione sumunt. Iustitia ergo dei, id est, iustificatio qua nos iustificat, & gratis per Christum peccata remittit, olim testificata à lege & prophetis, id est, quam nobis Moyses & prophetæ per illum futuram

ram promiserunt, cùm sub inuolucris lateret, nunc sine lege, id est, nullo legis auxilio per Christi aduentum in euangelio manifestata est: quæ quidem dei iustitia & iustificatio per fidem Iesu Christi omnibus in eum credentibus adfertur. Similem sententiam dicit Paulus ad Romanos 1. Iustitia enim dei in eo scilicet euangelio reuelatur ex fide in fidem.

16. *Quem proposuit*, id est, in quo deus offensum sibi mũdum reconciliare statuit, si quidem post hæc fiduciam haberet in passione & sanguine ipsius, cuius quidem opus erat effusione, *ad ostensionem & manifestationem iustitiæ suæ*, vt se iustum ostenderet, dum ad eluẽdam veteris Adæ noxam, etiã proprio filio suo non pepercit, & ad remissionem veterum delictorum, quæ diu longanimis sustinuerat vltionem dissimulans, vt in hoc tempore omnibus videlicet in infirmitate constitutis iustitiam suam ostenderet, séque iustum esse in vlciscendo & iustificantem in condonando ei qui in Christum credidit.

17. *Circumcisionem*. Circumcisionem Iudæos, præputiũ gentiles appellat.

18. *Legem statuimus*, id est, cõfirmamus, stabilimus ac pficimus, dum per fidem Christum veniisse docemus, finẽ legis ac perfectionem: quia vt Græci aiunt, dum lex saluos nos volens facere non potest, fide autem superueniente saluamur, nutantem hac in parte legẽ statuit ac confirmat.

phetis. Iustitia autem dei, per fidem Iesu Christi, in omnes & super omnes qui credunt in eum. non enim est distinctio. Omnes enim peccauerunt, & egent gloria dei iustificati gratis per gratiã ipsius, per redemptionẽ, quæ est in Christo Iesu, [16] *quẽ ꝓposuit deus ꝓpitiatorẽ per fidẽ in sanguine ipsius, ad ostensionẽ iustitiæ suæ, propter remissionẽ præcedẽtium delictorum, in sustentatione dei, ad ostensionẽ iustitiæ eius in hoc tẽpore, ut sit ipse iustus, & iustificans eũ qui est ex fide Iesu Christi. Vbi est ergo gloriatio tua? Exclusa est. Per quam legẽ? Factorũ? Non, sed per legem fidei. Arbitramur enĩ iustificari hominẽ per fidẽ sine operibus legis. An Iudæorũ deus tantùm? Nónne & gentium? Imò & gentium. quoniam quidem unus est deus qui iustificat* [17] *circumcisionem ex fide, & præputium per fidem. Legem ergo destruimus per fidem? Absit, sed* [18] *legem statuimus.*

1. *Secundum*

1. *Secundum carnem*, id est, quid dicemus inuenisse Abraham patrem nostrum secundum carnalem circumcisionem, vel patrem secundũ carnem? Erant enim carnales non spiritales filij Abrahæ. Nos aũt qui fidem Abrahæ imitamur, fide ac promissione filij sumus ipsius.

2. *Si enim Abraham.* Ex præcedenti capite vbi dixit, *Arbitramur iustificari hominem per fidem sine operibus legis*, & ex contextu præsentis capitis, vbi ostendit Abrahæ imputatam esse fidem ad iustificationẽ, non in circumcisione sed in præputio. i. antequam circumcisus esset, perspicuum est intelligi hoc loco Abrahã nõ esse iustificatum ex opibus legis. Is enim est Paulo hoc capite scopus, gloriationem Iudæorum de Abrahamo & sua circũcisione tollere, quã do eum ostendit non ex legis obseruatione iustificatũ sed fide: alioqui Iacobus ex operibus iustificatum dicit, sed sequẽtib⁹, ac iã credẽtẽ.

3. *Ex operib⁹*. nimirũ operib⁹ legis, de quibus paulò antè, & ita exponũt Origenes, Augustinus, Primasius & Ambrosius, qui in contextu & explicatione addit legis, & de opibus legis intelligi docet litera sequẽs, dicens, reputatã illi esse fidẽ, factáq; ꝓmissionem non in circumcisione, sed in præputio: & vetera cuiusdã Græci scholia fic habẽt, Consiliũ Apostoli est demõstrare, ꝙ Abraham etiam non ex operibus legis, sed per fidem iustificatus est.

4. *Habet gloriã*. Opera enim legis oĩa penè externa erant, eaq; solũ ad literã obseruabãt Iudei: & ꝓpterea apud homines mẽtis ignaros gloriã habebant, sed non apud deũ. *Quid enim dicit scriptura*, id est, iustificationis mentionẽ faciens, nõ meminit operũ legis, aut circũcisionis, quæ nondũ erat, sed fidei tantũ: alioqui & Christus operũ Abrahæ meminit dicẽs, Si filii Abrahæ estis, opera Abrahæ facite.

5. *Ei autem*. i. si nostra tãtum exigerentur ad iustificationem opera, vt virtutes morales & similia quæ vel ethnici operãtur, non fides à

de-

ARGVMENTVM Cap. 4.

¶ *Non per legem ac circumcisionem, sed per Christi fidem nos iustificari Abrahæ exemplo manifestat, quem ante circumcisionem acceptum & iustificatum fuisse constat, & promissionem accepisse.*

CAP. IIII.

A Vid ergo dicemus inuenisse Abraham patrẽ nostrum[1] secundum carnẽ? [2] *Si enim Abraham*[3] *ex operibus iustificatus est,*[4] *habet gloriã, sed non apud deum. Quid enim dicit scriptura? Credidit Abraham deo, & reputatum est illi ad iustitiam.* [5] *Ei autem qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed*

deo gratuita, deb eretur ex merito merces. Deus autem nulli debitor est. Non ergo ex puris nostris operibus, sed fide Christi iustificamur.

6. *Ei vero, &c.* i. etsi impius nihil antea boni egerit, ex quo in Christum credit, imputatur illi fides ad iustitiam. hoc est, quod toties asserit Augustinus, fidem sine operibus præcedentibus iustificare.

7. *Dicit beatitudinẽ hominis.* i. asserit beatum esse hominẽ cui accepto fert de[9] iustitiã.

8. *Et signum accepit.* quum nõ dicat Paulus circũcisionem accepit, sed signũ circũcisionis, mihi videtur innuere ac velle dicere quòd carnalis illa Abrahæ circuncisio, nõ vera circũcisio fuerit, sed signũ veræ circuncisionis, quæ nõ in sectione pelliculæ, sed vitiorũ amputatione consistit: quæ est vera circũcisio cordis in spiritu non litera. Hãc ergo circuncisionem carnalem accepit Abraham, non tanquam veram, sed signum veræ illius: nec tanquam iustificantẽ, erat enim ante iustificat[9]: quam igitur ob causam accepit? Hic Græca scholia aiunt, Primum, vt esset signum veræ illius circuncisionis ac fidei Abrahæ: Deinde vt Abrahamidas deiq; populum ab aliis nationibus discerneret: Demum vt Iudæis signũ & figura esset purę & castæ cõuersationis, non ꝙ iustitię efficiẽs esset, sed quòd eius quę per fidẽ est iustitiæ signũ & signaculũ esset siue sigillũ, Græcè enim est σφραγὶς, quod significat sigillũ alicui rei ad tẽp[9] occultãdę & in tẽpore manifestãdę appositũ: ita circuncisio sigillũ erat iustitiæ fidei quã habuerat Abrahã in præputio, quæ in lege quidẽ occultabatur, sed in euãgelio reuelãr.

9. *Vt sit pater.* Sensus est, Abrahæ fides imputata est non in circuncisione

secundum debitum. [6] *Ei uerò qui non operatur, credenti autem in eum qui iustificat impium, reputatur fides eius ad iustitiã secundum propositum gratiæ dei. Sicut & Dauid* [7] *dicit beatitudinẽ hominis, cui deus accepto fert iustitiã sine operibus, Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorũ tectæ sunt peccata. Beatus uir cui nõ imputauit dominus peccatũ. Beatitudo ergo hæc in circuncisione tantum manet, an etiã ī præputio? dicimus enim quia reputata est Abrahæ fides ad iustitiam. quomodo ergo reputata est? in circũcisione, an in præputio? Non in circũcisione, sed in præputio.* [8] *Et signũ accepit circuncisionis, signaculum iustitiæ fidei quæ est in præputio,* [9] *ut sit pater omnium credentiũ* Psal. 31.a. B

cisione, sed in præputio, id est, quũ nondũ esset circuncisus: & postea circuncisionem accepit, veræ circuncisionis signum, & signaculum iustitiæ fidei: vt per hoc quod ante circuncisionẽ in præputio iustificatus est, *Sit*, id est, declaretur esse pater omnium gẽtium credentium per præputium, id est, per fidem in præputio habitam, & per hoc ꝙ postea circuncisus est. *Vt sit pater circuncisionis*, id est, declaretur esse pater non Iudeis modò circũcisis, sed quotquot vestigia fidei quã in præputio Abraham habuit, imitarentur.

10. *Non enim*, id est, nequaquam legis merito nondum acceptę, sed per iustitiam fidei, promissum est ei, semen eius, id est, Christum hæredem fore mũdi. iuxta illud, Postula à me, & dabo tibi gẽtes hæreditatẽ tuam. Psal. 2.

11. *Si enim*, id est, si tantũ per legẽ adiretur hæreditas, nihili esset fides Abrahæ, & promissio nulla, quia dictũ est, in semine ipsius benedicendas gentes: tum quia nihil commune gentibus cum lege, tum quia nec Iudæis ipsis lex hæreditatem præstare poterat, quæ iram tantum ac vindictam afferre nouit.

ꝙ præputiũ, ut reputetur et illis ad iustitiã, & sit pater circuncisionis, non iis tantũ qui sunt ex circuncisione, sed iis qui sectantur uestigia fidei quæ est ī præputio patris nostri C *Abrahæ.* [10] *Non enim per legẽ, promissio Abrahæ aut semini eius, ut hæres esset mũdi, sed per iustitiã fidei.* [11] *Si enim qui ex lege, hæredes sunt, exinanita est fides, abolita est promissio.* [12] *Lex enim irã operatur. Vbi enim non est lex, nec præuaricatio.* [13] *Ideo ex fide, ut secundũ gratiam firma sit promissio omni semini. non ei qui ex lege est solũ, sed & ei qui ex fide est Abrahæ, qui pater est omnium nostrum, sicut scriptum est, Quia patrẽ multarum gentium posui te* [14] *ante deum, cui credidisti, qui uiuificat mortuos, & uocat ea quæ non sunt, tãquam ea quæ sunt.* Gen. 17.a.

12. *Lex enim iram operatur*: quando sine vlla miseratione in peccantem adnimaduertebat. quòd si lex non esset, neque præuaricatores essent, in quos animaduerteret.

13. *Ideo ex fide*, subaudi, est hæreditas.

14. *Ante deum cui*, Græcè, κατέναντι οὗ ἐπίστευσε θεοῦ, id est, ad instar dei cui credidit, & refertur ad illud, qui est pater omniũ nostrũ, ad instar dei cui credidit, id est, sicut deus omnium pater est creatione, ita Abraham spiritalis omnium pater est fide: sicut scriptũ est,

Quia patrem multarum gẽtium posui te, & debent per parenthesim hæc nouissima legi, vel qui est pater &c. ante deum cui tu ô gentilis credidisti: atque ita interpres legisse videtur ἐπίστευσας, id est, credidisti.

15. *Qui contra spem*, id est, contra spem naturæ in spem promissionis diuinæ credidit.

16. *Vt fieret pater multarum gentium*, id est, & per hoc meruit effici pater multarum gentium: vel credidit se fore patrem multarum gentium. neque enim Græcè est, τὸ ἵνα, id est, vt, sed εἰς τὸ γενέσθαι αὐτόν.

17. *Et non est infirmatus fide*, id est, nõ fuit infirma & imbecillis in eo fides.

18. *Nec cõsiderauit*, id est, nec rationem habuit aut vllo pacto attendit ad emortuum corpus suum, vuluámque Saræ emortuam: *Emortuam* autem dicit, defectis viribus generandi & concipiendi corpus impos.

19. *Non hæsitauit diffidentia.* Hæsitauit, inquam, sed non diffidens, at de modo quo id fieret ambigens.

20. *Sed confortatus est fide*, id est, robustus effectus est in fide.

15 *qui contra spem in spem credidit,*
16 *ut fieret pater multarum gẽtium, secundum quod dictum est ei, Sic erit semen tuum, sicut stellæ cœli & arena maris.* Gen. 15.b. Gen. 13. & 15.
17 *Et non infirmatus est in fide,*
18 *nec considerauit corpus suum emortuum, cùm iam ferè centum esset annorũ, & emortuam uuluam Saræ. in repromissione etiam dei,*
19 *non hæsitauit diffidẽtia,*
20 *sed cõfortatus est fide, dãs gloriam deo, plenissimè sciens quia quæcunque promisit deus, potens est & facere. Ideo & reputatum est illi ad iustitiam. Non est autem scriptum tantum propter ipsum, Quia reputatum est illi ad iustitiam, sed & propter nos, quibus reputabitur credentibus in eum, qui suscitauit Iesum Christum dominum nostrum à mortuis, qui traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram.*

ARGVMENTVM Cap. 5.

¶ *Iustificatos fide gloriari in afflictionibus, nec omnino quidpiam vereri ob immensam in se dei & Christi charitatem: qui etiam nos inimicos spiritu reconciliauit, & mortem per Adæ peccatum innectam commutauit in vitam: obiter autem de tyrannide peccati attingit, quam dei & Christi gratia extinxit.*

1. *Pacem*

1. *Pacem habeamus.* quidã Græci codices habẽt ἔχομεν. i. habemus: vetus Dionysiani cœnobij habet ἔχωμεν. i. habeamus.

2. *Non solum autem*, subaudi, gloriamur in hac spe gloriæ filiorum dei, sed etiam gloriamur in tribulationibus.

3. *Tribulatio patientiam operatur.* quia ad patientiam nos afflictiones exercent, *patiẽtia autem probationem.* quia probatiores nos efficit, vt fornax aurũ, *probatio verò spem.* quia ex probatione in afflictionibus constantior spes nostra redditur & securior.

4. *Spes autẽ nõ cõfundit.* Græcè οὐ καταισχύνει, id est, non pudefacit. pudore enim afficitur qui quod diu patiẽter-que expectauit, tandem non adsequtur: quod iis accidere solet, q̃ vanã in hominibus spem collocant? At non itẽ qui in deo, quia arrabonem habent huius spei firmissimam, spiritum sanctum, deique charitatem per illũ in suis cordibus diffusam.

5. *Vt quid enim.* Græci codices habent ἔτι γάρ, id est, iã enim, & tunc sensus est, Spes non pudefacit, iam enim etiam *cùm adhuc infirmi*

CAP. V.

A Iustificati ex fide[1] *pacem habeamus ad deũ p dominum nostrum Iesum Christũ, per quem habemus accessũ per fidem in gratiam istam, in qua stamus, & gloriamur in spe gloriæ filiorum dei.* [2] *Nõ solum autem sed* Iaco. 1.a. *& gloriamur in tribulationibus, scientes q̃*[3] *tribulatio patiẽtiã opatur, patientia aũt probationẽ, pbatio uerò spem,*[4] *spes aũt non cõfundit, quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritũ sanctũ, qui datus est nobis.*[5] *Vt quid enim Christ*[9] *cùm adhuc infirmi essemus secundũ tẽpus pro impiis mortuus est?*[6] *Vix enim pro iusto quis moritur. nã pro bono forsitã quis audeat*

essemus, id est, peccatores, pro impiis mortuus est *secundum tempus*, id est, præfinito à patre tempore, vel ad tempus, scilicet triduum, vel in tẽpore & oportunè (Id enim significat τὸ κατὰ καιρόν) cùm scilicet omnia essent in infidelitate conclusa, pro impiis mortuus est. Noster interpres videtur legisse εἰς τί, id est, ad qd cùm adhuc infirmi essemus, Christus secũdum tempus pro impiis mortuus est, nisi vt in spem nos erigeret firmissimam?

6. *Vix enim pro iusto quis moritur.* Græci legunt ἀποθανεῖται. i. morietur, quãq̃ nõ refert ad sensum, vtro modo legas. *Pro iusto*, Græcè ὑπὲρ δικαίου, quod interptari possumus & neutro genere, *p iusto*

 siue iusti-

siue iustitia, & masculino, pro viro iusto: mihi videtur sensus aptior, si intelligamus pro viro iusto, vt opponatur ei quod dixit Christum pro impiis mortuum, cùm interim vix inuenias qui pro iusti & innocentis vita tuenda mori velit. nam pro bono forsitan quis audeat mori. Pro *bono*, Græcè ὑπὲρ τοῦ ἀγαθοῦ, id est, pro magno aliquo bono & magnæ vtilitatis gratia. Nam articulus τὸ indicat magnũ aliquod bonum: sic legimus quosdam etiam ethnicos rei publicæ gratia vltro mortem oppetiisse, quales Quintus Curtius, & Decij & Codrus.

7. *Commendat autem.* Græcè, συνίστησι. i. nobilem atque illustrem reddit, & confirmat charitatem suam, ex eo quòd pro impiis mortuus est.

8. *Non solum autem*, subaudi, gloriamur in tribulationibus, sed etiam in deo.

9. *Propterea sicut.* Origenes hic putat esse eclipsim, vt sit sensus, sicut per vnum hominem peccatum in hunc mũdum intrauit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransiit: ita per vnum hominem iustificatio. alio modo sensus est, sicut per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, ita & per peccatum mors intrauit, atque ita in omnes homines mors pertransiit, eóque modo primum τὸ &, idem valet quod & ita, vt in oratione dominica legimus, Fiat voluntas tua sicut in cœlo & in terra, pro, ita & in terra.

mori.[7] *Cõmendat aũt charitatẽ suã* B *deus in nobis: quoniam cùm adhuc peccatores essemus secundum tẽpus Christus pro nobis mortuus est. Multo igitur magis, nunc iustificati in sanguine ipsius, salui erimus ab ira per ipsum. Si enim cùm inimici essemus, recõciliati sumus deo per mortem filij eius, multo magis recõciliati, salui erimus in uita ipsius.* [8] *Non solum autẽ, sed & gloriamur in deo per dominum nostrum Iesum Christum, per quem nunc reconciliationem accepimus.* [9] *Propterea, sicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransiit,* [10] *ĩ quo oẽs*

10. *In quo omnes peccauerunt.* quidam Græci codices habent ἐφ' ᾧ πάντες ἥμαρτον, vel vt codex Dionysianus habet, ἥμάρτοσαν, id est, in quo, vel quatenus omnes peccauerunt. quanquã longius petita mihi videtur collectio, si in quo legamus, & referam[9] ad Adã, etsi non displicet hæc lectio Latinis, & aliquot Græcis. certè Photius Græcorum interpretum doctissimus interpretatur ἐφ' ᾧ, per quatenus

quatenus, vt sit sensus, & ita in omnes homines mors pertransiit, quatenus omnes peccauerunt. eius Græca verba subscribam: Ἐπὶ τούτο (φησὶ) σωματοθνήσκομεν τῷ ἁδάμ, ἐφ' ᾧ καὶ σωαμαρτάνομεν, καὶ πῶς μὴ ἀρχὴ ὑπέσχεν ἐκεῖνος πάντας ἡμᾶς ὑφ' ἑαυτῷ ἀφορμὴν λαβόντες ὑπεκπολύσαμεν τὸ κακόν, ἀλλὰ καὶ συνπρυκόσαμεν. In hoc (inquit) ipsi Adã cõmorimur, ꝙ ipsi cõpeccamus: & ille quidem initium dedit, nos verò inde sumpta occasione, non modò malũ non fumus auersati, sed adiutores etiam illi fuimus.

C *peccauerunt.*[11] *Vsque ad legẽ enim peccatum erat in mundo. peccatum autem non imputabatur, cùm lex non esset.*[12] *Sed regnauit mors ab Adam usque ad Moisen, etiam in eos qui non peccauerunt in similitudinem præuaricationis Adæ,*

11. *Vsque ad legem.* Græci exponunt vsque ad legem exclusiuè, id est, ante legem ac lege nondum lata, peccatum erat in mundo, sed non imputabatur ad tantam videlicet pœnam. Mihi videtur & vsque, sumendum inclusiuè, sicut & loco paulò pòst sequẽte, vsq; ad Moisẽ. vsq; ad legẽ, ergo inclusiuè, id est, vsq; ad Christũ finẽ legis peccatũ erat in mundo, sed non erat tam graue, nec adeo imputabatur ante legẽ. Et in hac sententia sunt Origenes & Augustinus. Aduerte autem, quòd pro imputabatur Græci legunt ἐλλογᾶτο, id est, imputatur, fortè interpres legit ὐνελογᾶτο. i. imputabatur, neque multum refert ad sensum. Hic autem locus, *peccatum non imputabatur*, de peccato interno intelligitur: quod cùm nemini externè noceret, à multis non imputabaẽ nescientibus illud esse peccatũ. Photius exponit ꝙ non imputabatur, id est, non passim ab omnibus intelligebatur esse peccatum: vel quòd vltio & pœna peccati non passim ab omnibus intelligeretur, donec lex superuenit, quæ & peccatum indicauit, & peccantibus pœnam indixit.

12. *Sed regnauit mors.* quotquot sunt qui hunc locum interpretantur exponunt, *Regnauit*, id est, vim tyrannidémque suam exercuit. Sed τὸ vsque ad Moisem, Photius exponit exclusiuè, quòd ab Adam vsque ad Moisem, ideſt, vsque ad initium legis mors regnauit etiã in eos qui nõ peccauerant. *In similitudinem præuaricationis Adæ*, quia certũ definitumq; dei mandatũ trãsgressus est Adã. Ante Moisem aũt naturalem tantum rationẽ prætergressi sunt. A Moise verò vsque ad Christum quia certa legis mãdata transgressi, in similitudinem præuaricationis Adæ peccauerunt. Mihi germanior sensus videtur, si τὸ vsque, sumamus inclusiuè: vt vsque ad Moisem. i. vsque

ad finem legis, & initium euãgelij mortem regnasse intelligamus. Cæterum per Christum extinctam vim eius, repressamq; tyrannidem, & in hac sententia sunt Græca scholia, quæ sic habent, ὃν ὑμ ἄχρι τ῀ πεντηκοστ῀ς τ῀ χριστ῀ χρόνου μωσέα λέγ| φησὶν ὅτι ἄχρι τ῀ παλαιᾶς διαθήκης ἐτυράννει ὁ θάνατος, νῦν γὰρ ἐν τῇ νέᾳ χάριτι χριστ῀ λέλυται τὸ αἷμα- τι τοῦ θεοῦ ἡμῶν .i. Moisem itaque vocat, tempus vsque ad Christi aduentum, quocirca asserit mortem vsq; ad vetus testamentum regnasse. Nunc autem in nouo per Christi gratiam dei nostri sanguine solutam. Regnauit ergo mors ab Adam vsque ad Moisem etiam in eos qui non peccauerant in similitudinem præuaricationis Adæ, id est, in paruulos, qui nullo actionis peccato tenentur obnoxij, sed Adæ tantum parentis delicto: quod in illis peccatum originis vocamus. Peccatum verò actionis in Adam, *Qui est forma futuri*, scilicet futuri Adæ, hoc est, Christi, qui tempore Adæ futurus erat Adam nouissimus. Est autẽ Adam forma Christi per dissimilitudinẽ, quia sicut Adam est fons mortis, ita Christus fons vitæ: & sicut per proprium Adæ peccatum vel sine vllo proprio demerito obnoxij morti reddimur, ita per Christi gratiam sine vllo nostro merito iustificamur. Per similitudinem quoque, quia sicut Adam est caput & vir Euæ, ita Christus caput & sponsus ecclesiæ. Sicut in Adam omnes generati, sic in Christo omnes regenerati. Sicut Adam de terra virgine & non maledicta, sic Christus natus est de virgine benedicta.

in plures abũdauit. [14] *Et non sicut per unũ, peccatũ: ita & donũ.* [15] *Nã iudicium ex uno, in cõdẽnationem: gratia aũt ex multis delictis, in iustificationem. Si enim unius delicto mors regnauit per unũ: multo magis abundantiã gratiæ & donationis & iustitiæ accipientes, in uita regnabunt per unum Iesum Christũ. Igitur sicut per unius delictũ in omnes homines in* [16] *condẽnationẽ: sic & per unius iustitiam, in omnes homines in iustificationẽ uitæ. Sicut enim per inobedientiã unius hominis, peccatores cõstituti sunt multi, ita & per unius obeditionem, iusti constituentur multi. Lex autem subintrauit,* [17] *ut abũdaret delictũ.*

qui est forma futuri. [13] *Sed non sicut delictum, ita & donum. Si enim unius delicto multi mortui sunt, multo magis gratia dei & donum in gratia unius hominis Iesu Christi*

13. *Sed non sicut delictum.* Cùm dixisset Adam fuisse formam Christi, ne putares omnia similia, addidit, sed non sicut delictum ita & donum. quia, vt inquit Oecumenius, mors quidem sumpto ab Adam initio, vt aduersus omnes præualeret, nostro etiam adiuta est peccato. Christi autẽ gratia sine vllo nostro merito in omnes peruenit. Quod autẽ ait, ϙ *Multo magis gratia dei, & donũ in gratia*, id est, per gratiam vnius hominis Iesu Christi in plures abundauit: no li intelligere, quòd plures iustificentur quàm condemnentur. Neq; enim Græcè est πλείονας .i. plures, sed πολλούς .i. multos. Intellige ergo, quòd gratia dei multo magis abũdauit in plures siue multos, id est, quòd Christi gratia plus valuit in iustificando, quàm peccatum Adæ in occidendo: quia peccatum Adæ vitam tantũ abstulit, Christi gratia præter vitam redditam, pluribus bonis tum corporis tum animæ nos cumulauit.

14. *Et non sicut*, &c. Græci legũt, καὶ ὐχ ὡς δι᾽ ἑνὸς ἁμαρτήσαντος, τὸ δώρημα, id est, & non sicut per vnum peccatorem donũ. qui locus est vnus ex eclipticis Pauli, quem sic Græca scholia explicant: καὶ ὐχ οὕτως, φησὶ, τὸ δώρημα, ὡς ἡ δι᾽ τοῦ ἑνὸς ἁμαρτήσαντος παράβασις καὶ ἁμαρτία .i. non tale donũ est, inquit, quale per vnum peccatorem præuaricatio & peccatum. Noster interpres legit pro ἁμαρτήσαντος .i. peccatorem, ἁμάρτημα .i. peccatũ: & tunc sensus est, non quale peccatũ ab vno peccatore, tale est donum ab vno iustificatore.

15. *Nam iudiciũ ex vno.* τὸ ex vno, referri potest ad delictum quod paulò antè præcessit, vel ad τὸ δι᾽ ἑνὸς ἁμαρτήσαντος, id est, per vnum peccatorem, vt Græci legunt. secundum quam lectionem sensus est, Sicut ex vno Adam iudicium fluxit in condemnationem, ita ex multis delictis gratia in iustificationem. Primo autem modo sensus est, Nam iudicium ex vno sub. delicto fluxit in condemnationem, gratia autem ex multis delictis in iustificationem .i. ex vno tãtum delicto Adę iudiciũ ad condemnationẽ incurrimus, quippe quos damnationis reos vnũ originis peccatũ faciat: ex multis aũt delictis, actionis scilicet atq; originis gratiã ad iustificationẽ præpim⁹: nec illud mõ Adæ delictũ qđ infantes cõtraxim⁹, sed & cętera quę vltro ipsi ꝑpetrauim⁹, Christi gratia cõdonauit. Maioris ergo est virtutis Christi donũ in seruãdo, q̃ Adę delictũ in pdendo.

16. *In condemnationem*, sub. mors peruenit. sic loco paulò pòst sequẽte, *in iustificationem*, sub. gratia & vita peruenit.

17. *Vt abundaret delictum*. i. propterea factum est, vt delictum abũdaret,

daret, neque enim hoc loco, vt Græca scholia dicunt, τὸ ἵνα causam significat, sed rei euentum. & Gennadius, σημαίνει γὰρ ἵνα, τὸ ἀκόλουθον. i. significat enim ἵνα, id est, vt, consequentiam.

1. *Mortui sumus peccato.* Græcè τῇ ἁμαρτίᾳ, quem Datiuum Græcũ per Ablatiuum reddere possumus, vt sit sensus, *Qui peccato mortui sumus*, id est, qui per peccatum mortem incurrimus: si per Datiuum, sensus est, qui ipsi peccato mortui sumus, id est, qui per baptismum peccato tãquam illi mortui renũciauimus, quomodo adhuc in illo viuemus?

2. *An ignoratis fratres, quia qui cũq; baptizati sumus in Christo Iesu.* Græci legũt εἰς χριστὸν, & paulò pòst εἰς θάνατον. i. in Christum & in mortẽ, hoc est, in vim mortis eius, vel in Christi nomine: quẽadmodum in primitiua ecclesia baptizabantur: aut melius, instar Christi, & ad similitudinẽ mortis illius. & sic exponũt Græca scholia, καλῶς οὖν φησὶ εἰς τὸν θάνατον αὐτοῦ ἐβαπτίσθημεν, ὅτον εἰς τὸ ἀποθανεῖν αὐτοῦ θάνατον, τοῖς ἁμαρτίας τοῦ βαπτίσματι ἐνθάπτοντας, id est, bene igitur inquit in mortem ipsius baptizati sumus: videlicet vt simili cũ illo morte moriamur, in baptismo peccata sepelientes. vt scilicet quomodo Christus moriẽs peccatũ occidit in corpore suo, affigẽs illud cruci, ita baptizati peccata nostra crucifigamus in corpore ipsius, & in illo consepeliamus. Nam baptismus etsi non est mors corporalis, peccati tamen spiritualis mors est.

3. *Consepulti enim sumus.* Non modò, inquit, in mortẽ Christi baptizati, sed & per baptismũ consepulti in mortẽ sumus ipsius, ad hoc videlicet,

Vbi autem abundauit delictum, superabundauit & gratia, vt sicut regnauit peccatum in mortem, & ita gratia regnet per iustitiã in uitam æternam, per Iesum Christũ dominum nostrum.

ARGVMENTVM Cap. 6.

¶ Semel per baptismum (qui est imitatio mortis Christi) peccato mortui, debemus nostro vetere homine in illum consepulto, peccati tyrannidem excutere, & in nouitate vitæ ambulantes deo seruire & fructificare.

CAP. VI.

Vid ergo dicemus? Manebim⁹ in peccato, vt gratia abũdet? Absit. Qui enĩ

A

[1] mortui sumus peccato, quo modo adhuc uiuemus in illo? [2] An ignoratis fratres, quia quicunq; baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsi⁹ baptizati sumus? [3] Cõsepulti enĩ sumus cũ illo per baptismũ in mortẽ, Gala. 3.d.

videlicet, vt mortem & sepulturam ipsius in nobis exprimamus, ve terem nostrum hominem perimentes, & cum ipso in baptismo sepelientes, vt quomodo Christus surrexit à mortuis, ita & nos in no uitate vitæ ambulemus. Additurus erat Paulus, sic & nos resurgamus, sed vt Græci aiunt, aliam resurrectionem per melioris vitę cõ uersationem afferens subdidit, ita & nos in nouitate vi tæ ambulem⁹, vt scilicet qui fornicabatur, iam non fornicetur: qui furabatur, iam non furetur, & similia.

Heb. 12.a. 1.Pe. 2.a. Ephe. 4.e. Colo. 3.b.

ut quomodo Christus surrexit à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate uitæ ambulemus. [4] *Si enim cõplãtati facti sumus simi litudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus. hoc scientes, quia* [5] *uetus homo noster simul crucifixus est, vt destruatur corpus peccati, vt ultra non seruiamus peccato.* [6] *Qui enim mortuus est, iustificatus*

B

est à peccato. Si autem mortui sumus cum Christo, credimus quia si-

4. *Si enim complantati*, Græcè est, εἰ γὰρ σύμφυτοι γεγόναμεν τῷ ὁμοιώματι τοῦ θανάτου αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀναστάσεως ἐσόμεθα. i. si coinsiti & complãtati illi fuerimus ad similitudinem mortis eius, ad similitudinem quoq; resurrectionis erimus, hoc est, Si spiritualiter ad imitationem mortis eius peccato morimur, spiritualiter quoque ad imitationem resurrectionis eius, & nunc in nouitatem mentis atq; animi, & olim in nouitatem & gloriam corporis resurgemus. Conueniente autem metaphora vsus est, sumpta à cognatis arboribus quę inuicem inter se inseruntur similitudine: nam vt ramus in arborem insitus moriente quodammodo per hyemem arbore illi commoritur, & illa tempore veris resurgente, vna resurgit: sic qui Christo coinsitus peccato commoritur, ipsi quoq; verè illo vniuersali, cùm nouum cœlũ & noua terra repullulascent, cõresurget ad gloriã. Cyrillus ait τὸ *in similitudinem mortis Christi*, non amplius significare, q̃ in mortẽ Christi, q̃ ob ipsius mortis breuitatẽ, vmbra quasi tantũ & similitudo mortis fuerit. eius verba Græca sunt, ὁμοίωμα θανάτου, ὁ χριστὸς θάνατος, ἀλλὰ τὸ μὴ ἀπομεμνηκέναι αὐτὸν τοῦ θανάτου, μὴ ἀναβιῶναι ζιύμδρομ. i. similitudo mortis, Christi mors est, q̃ diutius teneri morte non potuit, sed tertia die resurrexerit.

5. *Vetus homo.* i. fomes peccati & veteris Adæ reliquiæ, *Corpus autẽ peccati*, vel congeries peccatorum dicitur, vel corpus peccato obnoxium, quod destrui oportere dicit, non substantia sed qualitate.

6. *Qui enim mortuus est* .i. qui mortuus & concrucifixus est Christo

per

per baptiſmum, iuſtificatus eſt à peccato,& ab illo liberatus.

7. *Mortuus eſt peccato.* i. vel propter peccatum noſtrum, vel ad illud deſtruendum *Mortuus eſt ſemel*, non vltrà pro illo moriturus: itaque ſicut non relinquitur denuo pro expiando peccato Chriſti crux & hoſtia, ita neq; denuo baptiſmus ſupereſt, qui Chriſti mortẽ in nobis imitetur, Mortuus quoq; eſt ſemel, id eſt, ſicut ſemel mortuus nunquam ad mortalitatẽ rediit, ſic ſemel peccato mortui nunquam ad illud redire debemus. Chriſtus quoq; dici poteſt mortuus τῇ ἁμαρτίᾳ. i. peccato, Datiuo, quia peccatum in illum mortuũ eſt, non quidẽ ſuum ſed noſtrũ, & ita mortuus peccato ſemel tantum mortuus eſt, quia nequaquã denuo in iterata morte ipſius peccatũ noſtrũ moriẽ. *Quod autem viuit, viuit deo*, id eſt, de[9] in eo viuit. ſicut peccatum in eo moriebatur, ita & nos debemus exiſtimare nos mortuos quidem eſſe peccato. i. peccatũ in nobis mortuũ eſſe. *Deo aũt viuẽtes*, .i. deum in vobis viuere.

8. *Non enim eſtis ſub lege*, quaſi dicat, In lege dominabatur veſtri peccatum. (ſicut paulò antè dixit, Regnaſſe mortem ab Adam vſque ad Moiſem, id eſt, vſque ad legem incluſiuè) non autẽ iã ſub gratia dominabit extincta & refrenata p Chriſtũ ei[9] tyrãnide.

9. *An neſcitis.* Græca ſubobſcura ſunt. ἢ οὐκ οἴδατε ὅτι ᾧ παριστάνετε ἑαυτοὺς δούλους εἰς ὑπακοήν, δοῦλοί ἐστε, ᾧ ὑπακούετε, ἤτοι ἁμαρτίας εἰς θάνατον, ἢ ὑπακοῆς εἰς δικαιοσύνην; id eſt, num ſcitis quòd cui vos obedientes ſeruos exhibetis, eius eſtis ſerui cui & obeditis? ſiue

mul etiam uiuemus cum Chriſto: ſcientes quòd Chriſtus reſurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi ultrà non dominabitur. Quòd enim [7] *mortuus eſt peccato, mortuus eſt ſemel: quòd autem uiuit, uiuit deo. Ita & uos exiſtimate, uos mortuos quidem eſſe peccato, uiuẽtes autem deo in Chriſto Ieſu. Non ergo regnet peccatum inueſtro mortali corpore, ut obediatis concupiſcẽtiis eius. Sed neque exhibeatis mẽbra ueſtra arma iniquitatis peccato, ſed exhibete uos deo, tanquam ex mortuis uiuentes, & membra ueſtra, arma iuſtitiæ deo. Peccatum enim uobis* C *non dominabitur.* [8] *non enim ſub lege eſtis, ſed ſub gratia. Quid ergo? Peccabimus quoniã non ſumus ſub lege, ſed ſub gratia? Abſit.* [9] *An neſcitis, quoniam cui exhibetis uos ſeruos ad obediendum, ſerui eſtis eius cui obeditis, ſiue peccati ad mortem, ſiue obeditionis ad iuſtitiam?*

Ioan. 8 d. 2.Pe. 2.d.

Gratias autẽ deo, quòd fuiſtis ſerui peccati, obediſtis aũt ex corde, in eã formã doctrinæ, [10] *in quam traditi* D *eſtis. Liberati aũt à peccato, ſerui facti eſtis iuſtitiæ.* [11] *Humanũ dico propter infirmitatẽ carnis ueſtræ. ſicut enim exhibuiſtis mẽbra ueſtra ſeruire immũditiæ et iniquitati, ad iniquitatẽ: ita nunc exhibete membra ueſtra ſeruire iuſtitiæ, in ſanctificationẽ. Cùm enim ſerui eſſetis peccati,* [12] *liberi fuiſtis iuſtitiæ. Quem ergo fructum habuiſtis tunc in illis, in quibus nunc erubeſcitis? Nam finis illorum, mors eſt. Nunc uerò liberati à peccato, ſerui autem facti deo, habetis fructum ueſtrum in ſanctificationem, finem uerò uitã æternam. Stipendia enim peccati, mors. gratia autẽ dei, uita æterna in Chriſto Ieſu domino noſtro.*

ARGVMENTVM CAP. 7.

¶ *Parabola viri & vxoris Iudæos à lege liberos docet, quæ licet in ſe bona & ſpiritualis eſſet, occaſione tamẽ ſumpta peccatum auxit. demum vim energiãq; habitãtis in vnoquoq; peccati manifeſtat.*

CAPVT VII.

A ANE ignoratis fratres (ſcientibus enim legem loquor) quia lex in homine dominatur, quanto tempore uiuit? 1.Co. 7.g. Nam quæ ſub uiro eſt mulier, uiuẽte uiro, alligata eſt legi. ſi autẽ mortuus fuerit uir eius, ſoluta eſt à lege ſiue peccati ſerui eſtis ad mortem, ſiue obeditionis ad iuſtitiam.

10. *In quam*, id eſt, in qua eſtis inſtituti.

11. *Humanum*, id eſt, rem exigo facilem qui maiora poſſem, vt ſcilicet tantum iuſtitiæ præſtetis, quantum immunditiæ præſtitiſtis. vel, ꝙ voco vos ſeruos iuſtitiæ, humano more dico, quo eius ille ſeruus dicitur, cui obedit: etſi ſeruire deo, regnare eſt: craſſius ergo hominum more & rudius loquor.

12. *Liberi iuſtitiæ*, id eſt, liberi ab illa nihil ei ſeruiebatis.

1. *An ignoratis*, quia lex in homine dominatur, quanto tempore viuit, ſubaudi, lex ipſa. Hic autem metaphora viri & vxoris probat illos iam non eſſe legi obnoxios, quandiu enim viuit vir, obnoxia eſt legi illius mulier: mortuo autem viro, impune alteri nubit. Ita ãte Chriſtum viuente lege populus Iudæorum, quem veluti vxorẽ legis facit, ad illius præſcriptum obnoxius erat viuere: mortua verò, per Chriſti mortẽ lege, alteri viro, id eſt, Chriſto nubere debet. Ait ergo Paulus, mortuo viro iam nõ eſt illius legi mulier obnoxia, ſed lex quæ vobis erat vice mariti, mortua eſt per Chriſtum: nihil ergo

iam

Universidad de Deusto Biblioteca

ſam illi eſtis obnoxij. At Paulus ne Iudæos offenderet, Non planè, inquit, lex mortua eſt, ſed aliud ſimile, *Vos mortificati & mortui eſtis legi*: quod perinde eſt ac ſi diceret, Lex in vobis mortua eſt, quippe defecta ſuis viribus & omni actione in mortuũ priuata. Mortificati, inquit, eſtis per corpus Chriſti. i. per mortẽ eius. *Vt ſitis*, ſubaudi, ὑμᾶς, *alterius*, ſcilicet Chriſti.

Quod verò dictũ eſt, *Si fuerit cum alio viro*, Græcè eſt, ἐὰν γένηται ἀνδρὶ ἑτέρῳ. i. ſi fuerit alteri viro, eſt autẽ hebraiſmus, pro, ſi nupſerit alteri viro: vt Leuitici 22. Filia ſacerdotis ſi fuerit viro alienigenę, ideſt, ſi nupſerit.

Quod autem ait, *Viuente viro alligata eſt legi*, Græcè eſt, τῷ ζῶντι ἀνδρὶ δέδεται νόμῳ. Cuius duplex poteſt eſſe ſenſus, ſcilicet, viuenti viro alligata eſt lege, id eſt, per legem: aut, viuente viro alligata eſt legi ipſius: pro quo facit quod ſequitur, liberata eſt à lege viri. Ita inquit Paulus, Vobis liberum eſt lege mortua, quæ ius mariti in vos habebat, Chriſto nubere. *Vt fructificetis deo*. quanquam Græca habent καρποφορήσωμεν, id eſt, fructificemus, ſed non multum refert ad ſenſum.

uiri. Igitur uiuente uiro, uocabitur adultera ſi fuerit cũ alio uiro. ſi autem mortuus fuerit uir eius, liberata eſt à lege uiri, ut non ſit adultera, ſi fuerit cum alio uiro. Itaq; fratres mei, et uos mortificati eſtis legi per corpus Chriſti, ut ſitis alterius qui ex mortuis reſurrexit, ut fructificetis deo. Cùm enim[2] *eſſemus in carne,*[3] *paſsiones peccatorum quæ per legem erant, operabantur in membris noſtris, ut fructificarẽt morti. nũc aũt ſoluti ſumus*[4] *à lege mortis*

2. *Eſſemus in carne*, id eſt, legem carnaliter ſeruaremus, non affectu dei: vel cùm carni ſeruiremus, non ſpiritui.

3. *Paſsiones peccatorum*, id eſt, affectus peccandi ex illa primigenia veteris Adæ noxa relicti. *Quæ*, inquit, *per legem erant*, id eſt, per legis inhibitionem irritabantur, & acrius inſurgebant. Ὃ quę autem refertur non ad ὃ peccatorum, ſed ad τὰ paſsiones, quia Græcè eſt, τὰ, quod refertur ad παθήματα, quod verbum ſignificat hoc loco idem quod τὰ πάθη, id eſt, non rectos animi motus ſiue libidinem peccandi, quæ per legem inhibentem creſcit.

4. A *lege mortis*, id eſt, Moiſi lege, quæ cùm viuificare non poſſet, mortem tranſgreſſoribus inferebat. Quidam Græci codices pro mortis legunt ἀποθανόντες, id eſt, mortui: nos ſcilicet legi mortui, (ſicut antè dicit, & vos mortificati eſtis legi) ſoluti ſumus ab illa. Certè Chryſoſtomus legit ἀπὸ τῷ νόμῳ ἀποθανόντος. i. à lege mortua,

tua, ꝙ ſcilicet à lege mortua ſoluti ſumus.

5. *In qua detinebamur*, κατειχόμεθα: κατέχεσθαι autem dicuntur, qui alieno prorſum feruntur arbitrio: vt qui in dei alicuius redacti ſunt poteſtatem, qui illos non ſinit ſuo iure agere, ſed pro ſua illos potestate moderatur agitq; quò lubet: talis lex Moiſi & mortis, quę vinctos illos infinitis ceremoniis tenebat.

[5]in qua detinebamur, ita ut ſeruiamus in nouitate ſpiritus, & non in [6]*uetuſtate literæ. Quid ergo dicemus? Lex peccatum eſt? Abſit.* [7] *Sed peccatum non cognoui, niſi per legem. nã*[8] *concupiſcentiam neſciebã niſi lex diceret, Non cõcupiſces: Occaſione autem accepta, peccatũ per mandatum operatum eſt in me omnem concupiſcentiã. Sine lege enim peccatum mortuum erat.*[9] *Ego autẽ uiuebã ſine lege aliquando. Sed cum uenisſet mandatum, peccatum reuixit. Ego autẽ mortuus ſum, & inuẽtum eſt mihi mandatum, quod erat ad uitã, hoc eſſe ad mortẽ. Nam peccatum, occaſione accepta per mandatum, ſeduxit me, & per illud oc-*

Exo. 20. e Deut. 5. b.

6. *Vetuſtate*. vetuſtas literæ opa hypocritarũ, qcquid ſine ſpũ fit, neq; ob dei grãm.

7. *Sed peccatum non cognoui*. i. vim efficaciamq; peccati nõ nouerã, niſi per legem: ſed quãdo lex ſuperuenit inhibẽs concupiſcentiã, tunc occaſione ſumpta per peccatũ vitiatę naturę inhęrẽs, operatũ eſt in me mandatũ, *Omnem*. i. conſummatã concupiſcentiã, quando ardentius cœpi vetita concupiſcere. *Nam ſine lege mortuum erat*, id eſt, modicæ efficaciæ, nec vim ſuam planè exerebat.

8. *Concupiſcentiam neſciebam*, nã ante legẽ internum cõcupiſcentiæ peccatum, quia alteri nõ noceret, multi ignorabant eſſe peccatum. Hoc enim loco non tam in ſua quàm omnium perſona loquitur Paulus: ſicuti neq; hoc toto capite.

9. *Ego autem viuebam ſine lege aliquando*. In perſona hic omnium loquitur, Græci explicant hoc modo, viuebam ſine lege vtpote neq; moleſtia affectus, neque ſtimulatus, neque occiſioni obnoxius, hoc eſt, nullo legis timore cohibitus, omnia iure meo agebam. Hoc enim videtur ſignificare ὃ viuebam. Nam qui in timore degit, non tam viuus cenſetur quàm ſemimortuus. *Sed cum veniſſet mandatum*, hoc eſt, ſtatim atque mandati notionem habere cœpi, *Peccatum reuixit*, hoc eſt, peccatum quod me latebat, vim ac pœnam ipſius ignorãtem, quódq; antè penè mortuum erat ac nullius propè energię, reuixit quodammodo, quando occaſione inhibitionis irritatum eſt magis

magis ad inuadendum hominem, *Ego autem mortuus sum*, vel vt Græci habent, ἀπέθανον, id est, mortuus fui: id est, me mortuum sensi, intellecto peccati comite supplicio.

10. *Lex quidem sancta, & mandatum sanctum & iustũ*, Græca scholia legem & mandatum pro eodem sumunt, quanquam Theodorus Græcus per legem intelligit Mosaicam, per mandatũ id quod Adæ à domino factũ est. Lex ergo & mandatum sancta, tum quia per spiritũ sanctum lata, tum quia sancta præcipiunt: eadẽ quoq; iusta, quia ex eorum præscripto viuentes præmio sed tẽporali, præuaricatores autẽ afficiebat supplicio.

cidit. Itaq; [10] *lex quidẽ sancta, & mandatum sanctum & iustum & bonum. Quod ergo bonum est, mihi factum est mors? Absit.* [11] *Sed peccatum, ut appareat peccatum: per bonum operatum est mihi mortem, ut fiat supra modum peccãs peccatum per mandatum. Scimus enim quia lex spiritualis est, ego autem carnalis sum,* [12] *uenundatus sub peccato.* [13] *Quod enim operor, non intelligo: non enim quod uolo bonũ, hoc ago:*

1.Ti. 1.b.

11. *Sed peccatum.* Photius & Græca scholia elegãter hũc locũ explicãt: ἀλλὰ ἡ ἁμαρτία ἵνα φανῇ ἁμαρτία, τουτέστι ἵνα ἐκκαλύφθη αὐτῆ ὁ πᾶς τῆς καινότητος ὢν ἰχύς, hoc est, sed peccatũ vt appareat peccatũ. i. vt vniuersæ iniquitatis illius robur ac diuitiæ manifestẽt p *bonum*, id est, occasione sumpta per bonũ mandatum, *operatum est mihi mortem. vt fiat supra modum peccans peccatum*, Græcè, ἵνα γένηται καθ' ὑπερβολὴν ἁμαρτωλὸς ἡ ἁμαρτία διὰ τῆς ἐντολῆς, id est, vt fiat supra modum sceleſtum scelus. nam Græcè est ἁμαρτωλὸς nomen. Græci sic explicant, ἵνα δείχθῃ αὐτῆ ὁ ἅπασα ἰὸς μὴ ἡ πᾶσα κακία, id est, vt totum ipsius venenum & vniuersa manifestetur malitia: & paulò pòst, ἵνα δὲ φανῇ ἁμαρτία, ἵνα ἀποκαλυφθῇ. i. id enim significat & fiat, vt scilicet manifestetur.

12. *Venundatus.* i. sub tyrannide peccati degens factus sum tanquã seruus emptitius peccati. Qui enĩ facit peccatũ, seruus est peccati.

13. *Quod enim operor.* Duos hic facit homines ac duas leges: hominem carnalem ac spiritualem, legem carnis & membrorum, legẽ mentis & dei. Lex carnis quæ & peccatum dicitur, est insitus oblæsæ naturæ peccandi affectus, secundum quem vel inuitis nobis passiones insurgunt, cuius effectus est spiritui resistere, carnem sequi, & placentia. Spiritualis autem hominis effectus, deo se totum committere, ab vno illo pendẽre. Secundum carnalem hominem non intelligit homo quid agat: obducitur enim quibusdam peccati tenebris, vt quid agat ignoret: & quod non vult iuxta spiritualem hominem, id agat iuxta carnalem.

sed quod odi malum, illud facio. Si autem quod nolo, illud facio, consentio legi quoniam bona est. Nunc autem iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. Scio enim quia non habitat in me, hoc est, in carne mea, bonum. Nam uelle adiacet mihi, perficere autem bonũ, non inuenio. Non enim quod uolo bonum, hoc facio: sed quod nolo malum, hoc ago. Si autem quod nolo, illud facio, iã non ego operor illud, sed quod habitat in me, peccatum. [14] *Inuenio igitur legem, uolenti mihi facere bonum, quoniam mihi malum adiacet. Condelector enim legi dei secundum interiorem hominẽ: uideo autem aliam legem in mẽbris meis repugnantem legi mẽtis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ est in mẽbris meis. Infelix ego homo quis me liberabit* [15] *de corpore mortis huius? Gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. Igitur ego ipse mẽte seruio legi dei, carne autem legi peccati.*

D

ARGVMENTVM Cap. 8.

¶ *Solutos nos per Christum à lege mortis ostendit, deinde prudentiam carnis à prudentia spiritus distinguens, ad ferendas cum Christo afflictiones ob spem resurrectionis, quam omnium creaturarum expectatione asseuerat, hortatur. Demum gratiã dei erga prædestinatos enumerat, quibus nihil sit aditore Christo verẽdũ.*

14. *Inuenio.* Inuenio legem mihi bonum facere volenti ad id exhortantem, sed aliãs auxiliari non valentem. *Nam malum*, id est, peccandi affectus, *mihi adiacet*, quem tollere lex non potest, *sed dei gratia*: atque ita de lege Moisi intelligitur. Vel inuenio legem mihi volentĩ bonum facere auxiliatricem, id est, sentio illã quod in se est mihi in bonum auxiliantem, quoniam mihi malũ adiacet: nisi enim cõtrapugnantem sibi carnem sentiret, non perciperet legis auxiliũ. Videtur quoq; posse accipi de lege mẽbrorum: & tunc supplendum ad eclipsim τῷ repugnantem, scilicet: Inuenio legem repugnantem mihi volenti bonum facere, ob malum mihi adiacens, id est, ob procliuitatem in peccatum quę mihi inhæret.

15. *De corpore*, id est, de hoc corpore morti & peccandi affectibus obnoxio.

1. *Lex spiritus vitæ*, id est, lex spiritus viuificantis, sicut lex peccati & mortis, lex peccati occidẽtis, quæ ꝓpriè est lex mẽbrorũ & carnis.

2. *Nam quod*. Nam deus missо in similitudinẽ carnis peccati filio, qui carnẽ quidem peccati non habuit, sed omnia præter delictũ illi similem. *De peccato damnauit peccatum* .i. de Christo qui pro nobis peccatũ .i. expiatrix peccati victima factus est, peccatũ veteris Adæ dãnauit *in carne* .i. per carnem & corpus filij sui, quod impossibile erat legi facere. *In quo*, Græcè, ἐν ᾧ .i. quatenus ipsa scilicet lex *Infirmabatur per carnem* .i. per carnalẽ sui intellectum, siue carnis infirmitatem, aut vt Græci aiũt, διὰ φρόνηματος σαρκὸς .i. per prudentiam carnis. Deus ergo, id quod impossibile erat legi, &, id est, etiam de peccato damnauit peccatum, missо *in similitudinem carnis peccati* filio, Græci quidã habent σαρκὸς ἁμαρτωλῆς .i. carnis peccatricis. Bene autem ait, in similitudinẽ carnis peccatricis, vt verè carnẽ intelligas, non verè peccatricem, sed cætera peccatrici similem, in qua Christi

CAP. VIII.

Nihil ergo nunc damnationis est iis qui sunt in Christo Iesu, qui non secundum carnẽ ambulãt. [1] Lex enim spiritus uitæ in Christo Iesu, liberauit me à lege peccati & mortis. [2] Nã quod impoßibile erat legi, in quo infirmabatur ꝓ carnẽ, deus filiũ suũ mittẽs in similitudinẽ carnis peccati, & de peccato dãnauit peccatũ in carne, ut iustificatio legis implerẽtur in nobis, qui nõ secundũ carnẽ ambulamus, sed secũdũ spiritũ. [3] Qui enĩ secũdũ carnẽ sunt, quæ carnis sunt, sapiunt: qui uerò secundũ spiritũ sunt, quæ sunt spiritus, sẽtiunt. Nam [4] prudẽtia carnis mors est: prudentia aũt spiritus, uita & pax: quoniã sapiẽtia carnis [5] inimica

carne peccatum nostrum condemnauit, *vt iustificatio legis*, quæ nihil ad pfectũ poterat adducere, implereĩ & cõsummareĩ per Christũ in nobis, qui iam carnalia reiicimus, & spiritualia sectamur.

3. *Qui enim secundum*, id est, carnales carnalia sectantur, & amant, spirituales spiritualia.

4. *Prudentia carnis*, id est, sapere ac viuere secundum carnem, sicut postea prudentia spiritus, viuere secundum spiritum.

5. *Inimica est deo*. Græcè est, ἔχθρα εἰς θεόν, quòd si ἔχθρα habet accẽtum in prima, significat inimicitiam, & tunc sensus est, sapientia carnis inimicitia est in deum, quo modo legunt Hieronymus & Augusti-

Augustinus. Interpres autem legisse videtur φρόνημα ἔχθρον .i. sapientia inimica est deo, legi enim dei non est subiecta. *Nec enim potest*. quem locum sic explicat Photius, cuius habes Græca impressa: nos ita vertimus, Ne turberis audiens dicentem Paulum, Nec enim potest. non enim hoc dicit, quòd qui prudentiã carnis habet, deo placere nunquam possit, sed ꝙ quandiu in illa carnali prudentia manebit, deo subesse non valeat. Similiter intellige, *qui in carne sunt, deo placere non possunt*, quandiu scilicet in carne permanent. in carne autem esse hoc loco, est carnaliter viuere.

6. *Mortuum est propter peccatũ*. Græci explicant, corpus mortuum est quantum ad energiam peccati attinet. quia in cuius corpore Christus habitat, peccatum nullius est efficacię. Mihi videtur esse sensus, quòd corpus mortuum est, id est, propter Adæ peccatum morti & afflictionibus obnoxium, sed interim nihili faciẽdæ corporis molestiæ, quia spiritus ob iustificationẽ viuit, iustificatio enim vita est animæ. Quidã legunt ζωὴ .i. vita est, vt intelligam[9] de spiritu fãcto, qui iustificãdo nos viuificat, & corpus morti obnoxium olim viuificabit. sin le-

gis ζωὴ, id est, viuit, de spiritu nostro intelligendum est.

7. *Debitores*, spiritui, non carni: sed quia carnem suam nemo vnquã odio habuit, ne videretur omnem inhibere corporis curam, subdidit, *vt secundum carnem viuamus*, id est, quod alibi dicit, carnis curam ne feceritis in desideriis.

8. *Spiritum seruitutis*. Græca scholia interpretantur spiritũ seruitutis

legem Mosaicam, quæ Iudæos minis ac suppliciis tanquam venalia mancipia coerceret, quo pacto possumus & *Spiritum adoptionis*, ac gratiæ legem euangelicam accipere, per quam credentes adoptantur in filios dei, & sic *ipse spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quòd sumus filij dei*, quia ipsa lex spiritualis gratiæ & euãgelica testatur nos esse filios dei, qua duce & doctrice, *Clamamus abba pater*, id est, apertè, pfitemur & vocamus deũ patrẽ, quod nos in euãgelio filius docuit, hunc orãdi modum præscribens, Pater noster, &c. Ab aũt siue abbi Hebræis & Syris, Græcis πατὴρ, Latinis pater dicit̃. 9. *Nam expectatio.* Græcè ἀποκαραδοκία, id est, anxia & vehemens expectatio, ipsa scilicet creatura vehemẽter anxia: volunt multi ex Græcis hunc locum vsq; ad id quod sequitur, nõ solum autem illa, &c. de creatura quacunque præter rationalem intelligi, essèq; hic prosopopœiam. Vt sit sensus, q̃ creatura rationis expers naturamq̃; habens corruptioni obnoxiam & interituram *seruitutis iterum in timore, sed acce* 2. Ti. 1. b. *pistis spiritũ adoptionis filiorum, in* Gala. 4. a. *quo clamamus, abba, pater. Ipse enĩ spiritus, testimoniũ reddit spiritui nostro, quòd sumus filij dei. Si aũt filij, & hæredes. hæredes quidẽ dei, cohæredes aũt Christi. si tamẽ cõpatimur, ut & cõglorificemur.* Exi- D *stimo enim, quòd nõ sunt condignæ passiones huius tẽporis, ad futuram gloriã quæ reuelabitur ĩ nobis.* 9 *Nã expectatio creaturæ, reuelationẽ filiorum dei expectat.* Vanitati *enim creatura subiecta est non uolẽs, sed ppter eũ qui subiecit eã in spe, quia & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis in libertatẽ gloriæ filiorum dei. Scimus enim quòd omnis creatura ingemiscit, & parturit usq; adhuc. Non solũ aũtẽ illa, sed & nosipsi primitias spiritus habentes, & ipsi intra nos gemimus adoptionẽ filiorum dei expectates,* E *redemptionẽ corporis nostri.* 10 *Spe enim salui facti sumus. Spes autem quæ uidetur, nõ est spes. nam quod uidet quis, quid sperat? Si autẽ quod non uidemus speramus, per patientiam expectamus. Similiter aũt & spiritus adiuuat infirmitatem nostram: nam quid oremus, sicut oportet, nescimus,* 11 *sed ipse spiritus postulat pro nobis, gemitibus inenarrabilibus. Qui aũt scrutatur corda, scit quid desideret spiritus, quia secundum deum postulat pro sanctis. Scimus autẽ quoniam diligentibus deum, omnia cooperantur in bonũ, iis qui secũdũ propositũ uocati sunt*

non

non antè perfectionis gradum sortientur, quàm post iudicium reuelatione filiorum dei facta noui cœli nouáque terra creentur.

10. *Spe enim*, id est, non pertædeat quòd huiusmodi redemptionẽ corporis & consummatam adoptionem tandiu expectes, spe enim salui facti sumus, iam spe illam tenemus, cuius spes & certa expectatio nobis vergit ad salutem. neq; mirum si quod tãdiu speras, nondum re vera aut vides, aut obtines. *Spes enim quæ videtur non est spes*, id est, eorum quæ videntur, spes nõ est, spes, inquã, vera & theologica, de qua intelligit. *Quod enim videt quis, quid sperat?* deum enim in quem tantum vera spes est qui videt, non sperat, quia videndo iã adipiscitur quod sperarat. quandoquidem, vt ait Augustinus, visio tota merces.

11. *Sed ipse spiritus postulat.* Chrysostomus per spiritum intelligit animam hominis, quæ donum & gratiam orationis à spiritu sancto accepit. Oecumenius accipit, p dono orationis à spiritu dei infuso, asseritq; omnia spiritus dona spiritum aliquãdo vocari. secundũ Chrysostomũ, ipse spiritus. i. spiritualis anima postulat gemitibus ineffabilibus: scrutator autem cordium deus *Scit quid desideret spiritus*, id est, spiritualis illa anima quæ non iuxta cupiditates noxias *postulat pro sanctis*, id est, sanctis hominibus vel salutaribus rebus & puris. Mihi certè eo loco, Spiritus adiuuat infirmitatem nostram, non videtur spiritus sumi posse, nisi pro spiritu sancto. *Qui postulat pro nobis.* i. postulare nos docet. quomodo Matth. 10. dicit Christus apostolis, Non estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis: non quòd verè loqua-

tur, sed quòd verè loquendi gratiam largiatur: sic postulat, quando postulandi gratiam & orationis donum tribuit.

12. *Nam quos præsciuit, &*, id est, etiam *prædestinauit conformes fieri*. quodammodo enim cõformes nos filio suo faciet, quando reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis ipsius in resurrectione. *Vt sit ipse primogenitus in multis fratribus*. primogenitus, scilicet mortuorum & resurgentium. vel prædestinauit cõformes fieri, &c. vt sicut Christus primogenitus est dei patris filius, ita & nos eiusdem per illum filij simus: sed ille natura, nos adoptione.

13. *Quid ergo*, id est, quid præterea volumus tantis ab eo beneficiis affecti, nimirum prædestinati, vocati, iustificati, glorificati?

14. *Deus qui iustificat*. Quidã interrogatiue legũt, An deus qui iustificat? quasi dicat, non. Quidam enunciatiue, quis accusabit, &c. quasi dicat, nullus: de⁹ enim est qui iustificat.

15. *Neque instantia*, id est, neque præsentia neque futura bona.

16. *Altitudo, neque profundum*, id est, cœli & inferi.

sancti. [12] *Nam quos præsciuit, & prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui, ut sit ipse primogenit⁹ in multis fratribus. Quos autẽ prædestinauit, hos & uocauit. & quos uocauit, hos & iustificauit. quos autẽ iustificauit, illos & glorificauit.* [13] *Quid ergo dicemus ad hæc? Si deus pro nobis, quis contra nos? Qui etiam proprio filio suo nõ pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illũ, quomodo non etiã cũ illo omnia nobis donauit? Quis accusabit aduersus electos dei?* [14] *De⁹ qui iustificat. Quis est qui condẽnet? Christus Iesus qui mortuus est, imo qui & surrexit, qui & est ad dexterã dei, qui etiam interpellat pro nobis. Quis ergo nos separabit à charitate Christi? Tribulatio? an angustia? an fames? an nuditas? an periculum? an persecutio? an gladius? sicut scriptum est, Quia propter te mortificamur tota die, æstimati sumus sicut oues occisionis. Sed in his omnibus superamus propter eum qui dilexit nos. Certus sum enĩ, quia neq; mors, neq; uita, neq; angeli, neque principatus, neq; uirtutes,* [15] *neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque* [16] *altitudo, neque profundũ, neque creatura alia poterit nos separare à charitate dei, quæ est in Christo Iesu domino nostro.*

Psal. 43.d

1. *Optabam*. Græcè ηὐχόμην, id est, optabam atque orabam, dicitq; Photius sumi pro ηὐχόμην ἄν, id est, optarem. quòd si de abalienatione à Christi gloria Paulus intelligit, hyperbolica est locutio, ad suum in Iudæos affectum designandum. Neque enim qui paulò antè dixit, Scio ℘ nulla creatura poterit me separare à charitate dei quę est in Christo, statim reuera ab eo diuelli optaret, sed hyperbolicus sermo est, qualis ille Moysi, Exod. 32. Aut dimitte eis hanc noxã, aut si non facis, dele me de libro tuo. Videtur aũt mihi sine hyperbole posse legi. Nam anathemata Græcis dicuntur sacri sceleſtiq; homines, qui ad vrbis lustrationẽ diis manibus & inferis mactabantur, si qua lues aut calamitas ingrueret: quam huiusmodi hominum internecione placatis diis sedatum iri putabant: ad cuiusmodi sacrificia alludens Paulus, vsque adeo mihi dolet, inquit, Iudæorum abiectio, ℘ si dei aduersus illos iram vel quouis meo malo placare possim, optarem anathema esse, id est, quod Græci dicunt ἀναθεματίζεσθαι, hoc est, pessundari & exterminari à Christo, modo sic illis prosim. Certè Hieronymus anathema sumit pro corporali occidione.

2. *Cognati*. Græcè συγγενεῖς. i. cõgeneres, siue eiusdẽ gẽnis, aut affines

3. *Adoptio*, id est, quos deus adoptauit in filios, sicut dicitur Exodi 4. Filius meus primogenitus Israel. *Gloria*, scilicet magnificentiæ diuinæ in miraculis & reuelationibus.

4. *Testamentum*. Græcè διαθῆκαι, id est, testamenta. διαθῆκη autẽ

 significat

ARGVMENTVM Cap. 9.

¶ *Suum ergo Iudæos affectũ aperit, ostẽdens nequaquã ob plurium infidelitatem dei promissiones irritas fieri, quippe quæ non solis Israelitis, neq; omni Abrahæ semini, sed iis qui per fidem veri filii Abrahæ sunt, factæ sint: deíde nullis meritis gẽtes Iudæis abiectis vocatas, Iacob & Esau, Ismaelisq; & Isaac exemplo ostẽdit, postmodum de prædestinatione & reprobatione disserens, deo vult omnino nos parere, neque quicquam contradicere.*

CAPVT IX.

A VEritatem dico in Christo Iesu, non mentior, testimonium mihi perhibẽte conscientia mea in spiritu sancto, quoniã tristitia mihi magna est & continuus dolor cordi meo. [1] *Optabam enim ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis qui sunt* [2] *cognati mei secũdum carnem, qui sunt Israelitæ, quorum* [3] *adoptio est filiorum, & gloria, &* [4] *testamentum, & legislatio, & obsequium,*

significat testamentum & hæreditatem, quomodo hic sumi potest. Nam Israel dicebatur hæreditas domini. *Obsequium*, græcè λατρεία, id est, cultus dei & sacrorum ritus. *Promissa*, id est, ad quos factæ sunt promissiones.

5. *Quorum patres*, id est, de quorum gente sancti patres ac patriarchæ fuerunt.

6. *Non quod exciderit*, id est, nõ exprobro genti meæ tot dei beneficia, neq; tãto pere ob eã doleo, quasi exciderit verbũ dei, id est, quasi existimem verbum illius & promissiones irritas esse. Neque enim si non ad omnes de Israel, neq; ad omne semẽ Abrahæ promissio peruenit, fallacẽ deũ esse oportet: solis enim veris Israelitis, & filiis Abrahæ facta est promissio, at nõ omnes qui sunt ex Israel, scilicet secundum carnem, hi sunt Israelitæ: neque qui de semine sunt Abrahæ ab eo secundũ carnẽ descendentes, hi sunt Abrahæ veri filij: sed solis Abrahæ veris filiis veríque Israelitis facta est promissio: nequaquam igitur verbum dei excidit.

& promissa,[5] *quorum patres, ex quibus est Christus secundum carnem, qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen.* [6] *Nõ autem quòd exciderit uerbũ dei. Nõ enim* B *omnes qui ex Israel sunt, ij sunt Israelitæ, neque qui semẽ sunt Abrahæ, omnes filij.* [7] *Sed in Isaac uocabitur tibi semen, id est, non qui filij carnis,* Gen. 21. b. *hi filij dei: sed qui filij sunt promissionis, æstimantur in semine. Promissionis enim uerbum hoc est, Secundum hoc tempus ueniam, & erit* Gala. 4 d. Gen. 18. b. *Sarræ filius.* [8] *Non solum autem illa,* Gen. 25. c. *sed & Rebecca ex uno concubitu*

7. *Sed in Isaac.* Concisus est hic locus, & ita nonnihil subaudiendo ad præcedentia coniungendus: non omnes qui semen sunt Abrahæ, hi filij: sed qui ad instar Isaac illi per fidẽ geniti sunt, sicut scriptum est, in Isaac vocabitur tibi semẽ, id est, Isaac quem effœta iam Sarræ natura non poterat, non tam semen Abrahæ quàm ipsius fides genuit. Itaque qui per imitationẽ fidei Abrahæ Christo ac deo geniti sunt, inter veros cẽsentur Abrahæ filios, & illis facta est promissio. Et illud est quod explicat Paulus. i. nõ qui filij carnis, hi filij dei, sed qui filij sunt promissionis estimantur in semine, id est reputantur, censentur inter semen & veros Abrahæ filios. *Promissionis enim verbum hoc est*, id est, de hac enim promissione sic scriptum est: *secundum tempus*, id est, hoc tempore veniam.

8. *Non solum autem.* Et hic concisa sententia est. Non solum autem

tem illa Sarra filium habuit promissionis, sed & Rebecca habens, subaudi in vtero ex vno cõcubitu Isaac patris nostri, id est, ab Isaac patre nostro impręgnata. Græci legunt pro cõcubitu κοίτην, id est, concubitum. Interpres legit ἐξ ἑνὸς κοίτης, id est ex vno cõcubitu siue cubili, quo verbo verecũdius carnalem actum expressit Paulus, nisi malumus excusare sermonis neglectum Paulo frequẽtem. Vult autem Paulus exemplo Ismaelis & Isaac, Iacob & Esau, ostẽdere præfiguratam Iudæorum, qui maiores natu erãt abiectionem: & gentium qui maiores, assumptionẽ. Et ne causarẽtur Iudei gẽtes idololatras, se dei cultores: & ideo illos abiiciendos, se retinendos: ostẽdit esse præfiguratam gratuitam gẽtium vocationẽ, cum sine vllis nondum natorũ meritis Iacob minor electus, Esau maior est abiectus.

C *habens, Isaac patris nostri. Cum enim nondum nati fuissent, aut aliquid boni egissent aut mali, ut secundum electionem propositum dei maneret, non ex operibus, sed ex uocante dictum est ei,* Gen. 25. c. *Quia maior seruiet minori, sicut scriptũ est,* Mal. 1. a. *Iacob dilexi, Esau autẽ odio habui. Quid ergo dicemus? Nunquid iniquitas apud deum? Absit. Moysi enim dicit,* [9] Exo. 33. d. *Miserebor cuius misereor, & misericordiam præstabo, cuius miserebor. Igitur non* [10] *uolentis, neq;* D *currentis, sed miserentis est dei. Dicit enim* [11] Exo. 6. d. *scriptura Pharaoni, Quia in hoc ipsum* [12] *excitaui te, ut ostendam in te uirtutẽ meam: & ut annuncietur nomen meum in uniuer-*

9. *Miserebor.* Græca paulò secus habent, ἐλεήσω ὃν ἂν ἐλεῶ, καὶ οἰκτειρήσω ὃν ἂν οἰκτείρω, id est, miserebor, cuius misereor, & misericordiam præstabo ei, cuius misereor.

10. *Volentis, neque currentis.* Græca scholia & Photius ita explicant, tum maximè Photius: ὃ τοῦ θέλοντος μόνον, ὃδὲ τρέχοντος μόνον, ἀλλὰ θεοῦ καὶ τοῦ βοηθεῖν ἐλέῳ, καὶ τῆς ἄνωθεν συμμαχίας, id est, non est volentis solum, neque currentis solum, sed misericordia à deo opus est, & misso cœlitus auxilio: aliter quoque Photius exponit, vt ea verba non Pauli sint asserentis, sed alicuius potius dubitantis, atque ita pro sua sententia concludentis. Græca Photij videre potes.

11. *Scriptura dicit Pharaoni*, pro de Pharaone.

12. *Excitaui te, vt ostendam in te Virtutem*, id est, potẽtiam meam. Nam Græcè est δύναμιν. Oecumenius sic interpretatur, in hoc te

regnare permisi, vt demonstretur quàm sim longanimis: potentiam enim interpretatur dei longanimitatem.

13. *Quem vult, indurat.* deserendo & auxilium alioquin non debitum substrahendo, sicut & tradere dicitur in passiones ignominiæ, sic enim Græci explicant ὁ γὰρ σκληρύνει, ἀντὶ τοῦ ἐᾷ αὐτὸν σκληρὸν εἶναι, id est, nam ὁ indurat, positum est pro indurare permittit.

14. *Quid adhuc queritur.* Græcè μέμφεται, id est, quid adhuc homo conqueritur? *tu quis es qui deo respondeas?* Græcè ἀνταποκρινόμενος, id est, qui contra respondeas deo: Græci explicant qui repugnes. Visum est lector quid in hunc locum, postquam multa de prædestinatione philosophatus est Photius, tandem concludat, adferre: tu Græca si voles require: vides, inquit, quomodo dubietatis huius solutio alterius est occasio dubij: idcirco præstat huiusmodi causas non inquirere: aut si inquiras, maiorum dubiorũ causas pro solutione adferre. Est enim ingenui ac nõ ingrati serui, ab ipso opifice & dño rerũ causas nõ exigere, sed de omnib⁹ quę agit gratias illi reddere.

15. *Quòd si deus volens ostendere iram suam & notã facere potentiam suã,* τιμωρίτιν οἰῷ: scilicet vt Græci aiunt, quà in delicta animaduertit, *Sustinuit in multa patientia vasa iræ apta,* Græcè κεκατηρτισμένα, id est, aptata in interitum, vt ostenderet, &c. Ad finẽ huius sententiæ supplendum est, quid ad te? vel tu quis es qui contra respondeas deo? Est enim hic locus vnus ex ecclipticis Pauli: aduerte autẽ quòd deus quidem vasa misericordiæ præparauit in gloriam, at vasa iræ sic aptata longanimis sustinuit: nos enim nobis ipsi perniciem inueximus, deus misericordiam est largitus.

16. *Quos & vocauit,* cùm præcesserit Græcè neutro genere σκεύη, id est, *saterra. Ergo, cui uult misereatur: & [13] quem uult, indurat. Dicis itaque mihi, [14] Quid adhuc queritur? uoluntati enim eius quis resistit?* O *homo, tu quis es qui respõdeas deo?* *Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit, Quid me fecisti sic? An non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud quidem uas in honorem, aliud uerò in contumeliam? [15] Quòd si deus uolens ostendere iram, & notam facere potentiam suam, sustinuit in multa patientia uasa iræ apta in interitum, ut ostenderet diuitias gloriæ suæ in uasa misericordiæ quæ præparauit in gloriam. [16] Quos & uocauit, nos non solum ex Iudæis, sed etiam ex*

Esa. 44.b Hier. 18.a. Sapi. 15.b. E

est, vasa: & masculino sequatur ους, id est, quos, non ad verbum, sed significatum referre oportet: sensus est autem, inter quæ vasa nunc & nos vocauit: vt se Paulus Iudæis vnà & Græcis immisceat.

17. *Et erit,* id est, fiet siue continget, quòd in loco vbi dictum est Israëlitis, non plebs mea vos, ibi vocabuntur, scilicet gentes, filij dei viui. Hunc locum autem sicut & præcedentem *vocabo,* &c. nonnihil suo more immutans Paulus ex prophetia Osee sumpsit: qui etsi de Iudæis illic intelligatur, per similitudinem tamen transtulit ad gentes.

Osee. 2.d. 1.Pe. 2.b. *gentibus, sicut in Osee dicit,* Vocabo *non plebem meam, plebem meam: & non dilectam, dilectam: & non misericordiam consecutam, misericordiam consecutam.* [17] Et *erit: in loco ubi dictũ est eis, Nõ plebs mea uos: ibi uocabuntur filij dei uiui.*

Osee. 1.d. F

Esa. 10.c. *Esaias autem clamat pro Israel, Si fuerit numerus filiorum Israel tanquã arena maris,* [18] *reliquiæ saluæ fient.* [19] *Verbum autẽ consummans, & abbreuiãs in æquitate: quia uerbum breuiatum faciet dominus super terrã.* Et *sicut prædixit* Esaias,

Esa. 1.c. *Nisi dominus sabaoth reliquisset nobis* [20] *semẽ: sicut Sodoma facti essem⁹, & sicut Gomorrha similes fuissemus.* G *Quid ergo dicemus?* [21] *Quòd gentes quæ nõ sectabantur iustitiã, apprehẽderũt iustitiã, iustitiã autẽ quæ ex fide est: Israel uerò sectando*

18. *Reliquiæ saluæ.* Si ex tanto numero reliquias tantũ saluandas propheta prædixit, satis indicat non omni Israël factam esse promissionem: in cuius locum succedũræ essent gentes.

19. *Verbum enim.* Verbum accusandi casus est, cùm Græcè sit λόγον, & sensus est, verbum enim & sermonem consummans est, id est, consummat & abbreuiat dominus: quod de verbo incarnato intelligi potest, qui decurtatus & ad hominis vsque naturam abbreuiatus, atque exinanimitur, quòd abbreuiauit dominus, dum pro cunctis lacinioſæ legis ceremoniis breuissimum dedit dilectionis & fidei præceptum.

20. *Semen.* Vel semen Abrahæ Christum: vel semen verbi dei scilicet euangelium, vel apostolos qui semen Abrahæ sunt, vtpote ex Iudæis orti.

21. *Quòd gentes.* Mirum videatur fortasse quomodo gẽtes quæ non sectabantur iustitiam apprehenderunt eam, Iudæi autem sectando

Legem

Legem iustitiæ, scilicet legalis, non peruenerunt ad eam. Hoc autem factum est, quia finem iustitię legalis Christum non apprehenderunt. quare autem? *Quia non ex fide*, subaudi, sectabantur illam iustitiam. *Sed quasi ex operibus*, id est, quia non in Christo & Messia, qui finis erat legis, confidebant: sed in externis operibus & ceremonijs legis: de ijs enim intelligi, indicat Græca lectio quę habet, ὃτι ἐξ ἔργων νόμου, id est, ex operibus legis, & de huiusmodi, Græca scholia explicant.

22. *Lapidem offensionis*, scilicet Christum, in quem offenderunt & impegerunt Iudæi.

legem iustitiæ, in legem iustitiæ non peruênt. Quare? Quia non ex fide: sed quasi ex operibus. Offenderunt enim in lapidē offensionis, sicut scriptum est, Ecce pono in Sion [22] *lapidem offensionis, & petram scandali: & omnis qui credit in eum: non confundetur.* Esa. 28.d. et 8.c. 1.Pe. 2.b.

ARGVMENTVM Cap. 10.

¶ *Omnes sine discrimine ad salutem vocari, vt nemo quasi non vocatus excusari queat. obiter vero nonnihil de iustitia legis ac fidei disserit.*

CAPVT X.

FRatres, [1] *uoluntas quidem cordis mei & obsecratio ad deum fit pro illis in salutem. Testimonium enim perhibeo illis quòd* [2] *æmulationem quidem dei habent, sed non secundum scientiam. ignorantes enim iustitiam dei, &* [3] *suam quærentes statuere: iustitiæ dei non sunt subiecti.* A

1. *Voluntas*, εὐδοκία, id est, propensus animi affectus. Ostendit autem se non inuidia aut odio, sed commiseratione præcedentia de Iudæis dixisse.

2. *Aemulationem.* Græcè ζῆλον, id est, zelo afficiuntur ac studio erga legem suam, at vero nō quemadmodum oportet ac secundum scientiam, sed sine iudicio.

3. *Suam quærentes statuere.* Græcè στῆσαι, id est stabilire ac confirmare: atque in eam solam confidentes, *iustitiæ Dei*, id est, fidei quæ iustificat, aut Christo, qui dicitur Dei iustitia. *Non sunt subditi*, Græcè οὐχ ὑπετάγησαν, id est, se non subdiderunt: neque illi obedierunt.

4. *Finis*

4. *Finis enim legis*, id est, consummatio ac perfectio: quia lex & prophetæ vsque ad Ioannem. bene autem Christus omni credenti finis est & completio legis ad iustitiam, qui pro omnibus crediturus legem impleuit, vt iā nulli deinceps ad iustificationē lege sit opus.

5. *Iustitiam quæ ex.* Videtur interpres legisse, ὅτι δικαιοσύνην τὴν ἐκ τοῦ νόμου, ὁ ποιήσας ἄνθρωπος ζήσεται ἐν αὐτῇ. alij ΜΩΣΗΣ γὰρ γράφει τὴν δικαιοσύνην τὴν ἐκ τοῦ νόμου, ὅτι ὁ ποιήσας αὐτὰ, ζήσεται ἐν αὐτοῖς,

4 *Finis enim legis, Christus: ad iustitiam omni credenti. Moyses enim*
B *scripsit, quoniā iustitiā quæ ex lege*
Leui. 18.a. *est, Qui fecerit homo, uiuet in ea.*
Exec. 20.b. [6] *Quæ autē ex fide est iustitia, sic di-*
Deu. 30.c. *cit: ne dixeris in corde tuo, Quis ascendet in cælum? id est, Christum deducere. Aut, Quis descendet in abyssum? hoc est, Christum à mortuis reuocare. Sed quid dicit scriptura? Prope est uerbū in ore tuo, &*
Deu. 30.c. *in corde tuo. hoc est, uerbū fidei, quod*

id est, Moyses enim definiuit iustitiā quæ est ex lege, nimirū q̄ qui fecerit ea (quę scilicet lege iubentur) viuet in illis. i. per illa, ad hunc sensum quòd legē faciētibus vita æterna non promittitur, sed tēporalis, ac bona tēporalia. Sumptus est autem locus ex Leuit. 18. vbi dicitur, custodite leges meas atq; iudicia, quæ faciens homo viuet in eis.

6. *Quæ autem ex.* antea ostēdit iustitiam legis ceremoniis & præceptis infinitis cōstare, quæ qui fecerit, viuet: ad quæ labor magnus exigitur. Nunc autem illi iustitiam fidei comparans, ostēdit nō multo opus esse labore ad illā apprehēdendā: quippe quæ proximè nos est. Ad hoc autē assumit verba Moysi ex Deuteron. 30. cap. quibus hortabatur Moyses Iudæos ad legem seruandam: & illa de lege dicta, ad fidē transfert Paulus. Verba autē Moysi sic habent: mādatū hoc quod ego tibi præcipio hodie, nō supra te est, nec procul positū, nec in cælo situ, vt possis dicere: Quis nostrū valet in cælū ascēdere, vt deferat illud ad nos, vt audiamus atq; opere compleamus? neq; trans mare positum, vt causeris & dicas, Quis è nobis poterit transfretare mare, & illud ad nos deferre, vt possimus audire & facere quod præceptum est? Sed iuxta te est verbum valde in ore tuo, & in corde tuo, vt facias illud. Quæ verba ad iustitiā dei transfert Paulus, quasi ipse Christus iustitia fidei qui nos fide iustificat, dicat vnicuiq; nostrū: Ne *dixeris in corde tuo, quis ascēdet in cælum?* id est, noli putare impossibilē esse factu, fidei iustitiā, aut tā difficilē, vt ad eā apprehēdendā tibi sit opus in cęlū ascēdere. *Hoc est Christū deducere*, id est

id est, à cęlo auocare ad eam afferendam, quasi non eam attulerit iustificans nos sanguine suo & ne dixeris, *Quis descendet in abyssum*, vel transfretabit mare (nam abyssus immensa congregatio aquarum est) vt scilicet iustitiam adferat ad nos? id est, omnino noli existimare impossibile esse fidei iustitiam ad nos afferri: quia hoc esset Christum à mortuis reuocare, hoc est, è numero mortuorum eximere, & negare illum aliquando pro iustificandis nobis fuisse mortuum. Neque enim vsqueadeo difficilis est ac tam longe petenda iustificatio. *Quid enim dicit scriptura? prope est verbum in ore tuo, & in corde tuo*, id est, sicut Moyses Iudæis dicit proximam esse illis legem vt complere eam possint: ita, inquit, prope est verbum in ore tuo, verbum scilicet fidei quod prædicamus.

7. *Corde enim creditur*. primum enim quo iustificamur ex impiis, interna fides est: deinde si externè confitendi sese offert occasio, etiam ea quæ corde premitur, ore promenda fides est, ac passim annuncianda: vnde & Christus in euangelio ait, qui confessus fuerit me coram hominibus, confitebor & ego eum corã patre meo. Matthæi 10. & rursum. Lucæ 9. Qui me erubuerit & sermones meos, hunc filius hominis erubescet.

prædicamus. Quia si confitearis in ore tuo dominum Iesum, & in corde tuo credideris, quòd deus illum suscitauit à mortuis: saluus eris. [7] *Corde enim creditur ad iustitiam:* C
ore autem confessio fit ad salutem. Esa.
Dicit enim scriptura, Omnis qui 28.d.
credit in illum, non confundetur.
Non enim est distinctio Iudæi &
Græci. Nam idem dominus omni-
um, diues in omnes qui inuocant il-
lum. Omnis enim quicunque inuo- Ioel.
cauerit nomen domini: saluus erit. 2.g.
Quomodo ergo inuocabunt eum in Acto.
quem non crediderunt? Aut quomo 2.c.
do credent ei, quem non audierunt?
Quomodo autem audient sine prę-
dicante? Quomodo uerò prædicabũt,
nisi mittantur? [8] *sicut scriptum est,* Esa.
Quàm speciosi pedes euangelizan- 52.b.
tium pacem, euangelizantium bo- Nau.
na. Sed non omnes obediunt euange 1.d.
lio. Esaias enim dicit, Domine: quis Esa.
53.a.
Ioan.
12.f

8. *Sicut scriptũ est.* Videtur hic esse eclipsis, & subaudiẽdũ cõiungendo præcedentibus, sed missi sunt & prædicauerunt, sicut scriptum est, *Quàm speciosi pedes, &c.*

9. *Auditui*

9. *Auditui nostro.* i. his quæ abs te audiuimus, & verbis nostris.

10. *Et quidem*, subaudiendum est, audierunt, sicut scriptum est, in omnem terram.

11. *Moyses dicit, ego ad æmulationem.* Ostendit prædictum à Moyse vt etsi Iudei Christũ cognoscerẽt, non tamẽ in eũ crederent, quinimò credentibus gẽtibus inuiderent. Ego, inquit, *ad æmulationem vos adducam.* i. prouocabo ad æmulationem & inuidiam, *in non gentem.* i. aduersus gentiles, qui vix digni sunt appellatione gentis. vn de subdit, *in gentem insipientem: in iram vos mittam.* i. excitabo in vobis iram & indignationem aduersus illos: quæ tamẽ omnia intelligenda sunt non positiuè, sed priuatiuè, deserendo scilicet illos malignæ menti suæ, & scilicet futurum sit vt vocatione gẽtium irritati Iudæi, zelo & inuidia aduersum gẽtes incitentur.

D *credidit*[9] *auditui nostro? Ergo fides,*
ex auditu: auditus autẽ, per uerbũ
Christi. Sed dico, Nũquid non audie-
runt? [10] *Et quidẽ in omnẽ terrã exi-*
P sal 18.a. *uit sonus eorũ: & in fines orbis ter-*
ræ uerba eorũ. Sed dico, Nunquid
Israel nõ cognouit? Primus [11] *Moyses*
Deut. 32.c. *dicit: Ego ad æmulationem uos ad-*
ducã in nõ gẽtẽ: in gentẽ insipientẽ,
in irã uos mittã. Esaias autẽ audet
Esa. 65.a. *& dicit, Inuẽtus sum à nõ quærẽti-*
Esa. 65.a. *bus me: palã apparui iis qui me nõ*
interrogabãt. Ad Israel aũt dicit, To-
ta die expãdi manũ meas ad populũ
non credentẽ & contradicentem.

ARGVMENTVM Cap. 11.

¶ Nequaquã Iudæos oẽs abiectos ex Helia ostendit: quinimo cæterorũ abiectionẽ non sine dei dispensatione in salutem gentium permissam ad tempus, donec completo credẽtiũ gentiliũ numero omnis Israel saluus fiat. Neque tamen interim insolescendum gẽtibus, sed timendũ ne in incredulitate lapsi rursum in oleastrũ redeãt.

CAPVT XI.

I Co ergo, [1] *Nũquid deus re-*
d *pulit populum suum? Ab-*
sit. Nam & ego Israelita
sum, ex semine Abraham, de tribu

vt agnoscẽdi verbo vtamur, p eo quod est, acceptũ habere, sicut in euange-

euangelio de suis ouib⁹ Christ⁹ ait: Ego agnosco meas. Sicut enim Helias dum viros dei Iezabel persequeretur se solum putabat relictum, sed audiuit tamẽ diuinũ responsum, superesse multos qui crederent, & relicta esse septẽ virorũ milia, qui idolum Baal nõ coluissent: sic, inquit, in hoc tẽpore *Reliquiæ secundum electionem gratiæ dei saluæ factæ sunt.* Græca habẽtãtum, λεῖμμα κατ' ἐκλογὴν χάριτος γέγονεν, id est, sic & nunc sunt reliquiæ secundũ electionem, id est, ita & nũc superant multi Iudæi electi per gratiam dei. Ambrosius tamen, Augustinus, & Origenes legũt cum nostro interprete.

Beniamin. Nõ repulit deus plebem suam quã præscuit. An nescitis in Elia quid dicit scriptura: quemadmodum interpellat deũ aduersum Israel? Domine, prophetas tuos occiderunt, & altaria tua suffoderũt: & ego relictus sum solus, & quærunt animam meam. Sed quid dicit illi diuinũ responsum? Reliqui mihi septem millia uirorũ: qui nõ curuauerũt genua ante Baal. Sic ergo & in hoc tempore, reliquiæ secundum electionem gratiæ dei saluæ factæ sunt. 3.Re. 19.b. 3.Re. 19.d.

2. *Si autem gratia, iam non ex operibus.* Græce εἰ δὲ χάριτι, id est, si per gratiam electæ & saluæ factæ sunt Iudæorum reliquiæ, iam non ex operibus. Origenes hoc loco intelligit de operibus legis, dicens: Sciendum est, quia opera quæ Paulus repudiat & frequẽter vituperat, non sunt opera iustitiæ: quæ mandantur in lege, sed ea in quibus gloriantur ij qui secundũ carnem legẽ custodiunt, id est, vel circuncisio carnis, vel sacrificiorũ ritus, vel obseruatio sabbatorũ, & Neomeniarum: hæc & huiusmodi sunt opera ex quibus dicit neminẽ posse saluari, & de quibus hoc loco dicit, quia nõ ex operibus, alioqui gratia non est gratia. Certe ea videtur esse mens Pauli: qui tota epistola nihil aliud agat, nisi vt confidentiam in lege literæ & externis operibus tollat à Iudæis. Quòd si visum est & de aliis operibus intelligi, prout multi antiqui intelligunt: hunc tibi sensum ex Photio afferimus: cuius græca si voles lege, ait autem, Si per dei gratiã eligimur, facile est ad Christũ accedere, & in illum credere: neque enim operibus indigemus vt in illũ credatur, & ad illũ accurratur: sed sola sufficit voluntas & electio: per gratiã enim suam, nõ ex operibus nos assumit: ꝙ si gratia sua nos vocat & assumit, nequaquã eam in rem opus habem⁹ operibus: hæc Photius. Ex quibus perspicua est mens Pauli, ꝙ videlicet ad illã dei vocationẽ, vtq; in Christum credatur, nullis opus est operibus præter vnam voluntatẽ: sic latro euangelicus nullis operibus fidẽ præcedentibus est assumptus. Hoc est quod aliis verbis Augustinus, Prosper, Primasius, & cæteri antiqui toties asserunt, nos sola dei gratia sine operibus fidẽ præcedentibus iustificari: de quo vide peramplius argumentum nostrum in epistolã ad Romanos.

est gratia. *Quid ergo?* ³ *Quod quærebat Israel, hoc nõ est consecutus: electio autem consecuta est, cæteri uero excæcati sunt: sicut scriptum est:* ⁴ *Dedit illis deus spiritum compunctionis: oculos, ut non uideant: & aures, ut non audiant usque in hodiernum diem. Et Dauid dicit, Fiat mẽsa eorũ coràm ipsis in laqueũ, & in captionem & in scandalum & in retributionem illis. Obscurentur oculi eorum ne uideant, & dorsum eorum semper incurua. Dico ergo, Numquid sic offenderunt,* ⁵ *ut caderent? Absit.* ⁶ *Sed illorum delicto,*

B
Esa. 6.c. Matt. 13.b. Ioan. 12.f. Actо. 28.f. Psal. 68.c.

3. *Quod quærebat Israel non est consecutus, electio autem consecuta est*: hoc est, non totus Israel salutem & gratiam consecutus est, sed *electio*, hoc est, ij qui ex Iudæis electi fuerant.

4. *Dedit illis deus spiritum compunctionis*: hoc Græci sic explicant, τὸ ἔδωκεν, μὴ ἐνεργείαν, ἀλλὰ συγχώρησιν νοεῖ, id est τὸ dedit, non actionem effectionemq; dei significat, sed permissionẽ. Vbi autem habemus, *Spiritum compunctionis*, pro compunctionis, Hebræi legunt tardema, id est, soporis, pro quo Septuaginta verterũt κατάνυξιν, id est, cõpunctionẽ quos secutus est Paulus vt ferè solet. Theodotio ecstasim vertit, id est, mentis excessum. Aquila καταφορὰν, id est, grauem somnum.

5. *Vt caderent*, id est, vt præcipites ruerent nulla cum spe resurgendi. Aliquãdo enim casus pro totali lapsu sumitur, vt Amos. 5. Quomodo cecidit lucifer qui mane oriebatur?

6. *Sed illorum delicto*, id est, delictum Iudæorum occasio fuit salutis gentilibus, quando illis euangeliũ reiicientibus assumpti sunt gentiles, *Vt illos æmulentur*, Græce, εἰς τὸ παραζηλῶσαι αὐτούς, Noster interpres retulit, τὸ αὐτοὺς, masculinum ad ἔθνεσιν, neutrũ: quod aliquoties etiam facit Paulus: & tunc sensus est, vt illos æmulentur, scilicet Iudæi gentiles: cũ conuersionem gentiũ videntes, & ab sese ad illos translatas promissiones, zelo quodam æmulationis ac bonæ inuidiæ ad fidem cõuertantur. Mihi quoq; videtur τὸ αὐτοὺς referri

ferri posse ad Iudæos,& ε παραζηλῶσαι,sumi,p prouocare & extimulare,referriq; ad gentes:vt sit sensus, vt gentes, illos Iudæos prouocent & extimulent ad se suamq; fidem imitandum.

7. *Quòd si delictum.*i.quòd si ex diminutione & abiectione Iudæorum ob sua scelera,tantũ diuitiarum mundo,& tantum gentilibus commodũ adlatũ est: quãtò magis *Plenitudo eorum* diuitiẽ sunt mũdi & gentiũ,quãtò vberiorẽ fructũ mũdus & gẽtes pcipiẽt, quãdo vniuersus Israel credet?hoc est enĩ quod plenitudinem vocat.

salus gentibus: ut illos æmulentur.[7] *Quòd si delictum illorum diuitiæ sunt mundi,& diminutio eorum diuitiæ gentium: quanto magis plenitudo eorum?* [8] *Vobis enim dico gentibus,* [8] *Quandiu quidem ego sum gentium apostolus, ministerium meum honorificabo,si quo modo ad æmulandum prouocẽ carnem meam, & saluos faciam aliquos ex illis.*[9] *Si enim amissio eorum, reconciliatio est mũdi: quæ assumptio,*

8. *Quandiu quidẽ.*Græcè ἐφ' ὅσον.i.vel quandiu,vel quatenus ego sum gentiũ apostolus,ministeriũ meũ *honorificabo,* Græci habẽt, δοξάζω .i. honorifico vel glorifico. interpres legit in futuro δοξάσω.i.honorificabo vel illustrabo *Ministeriũ meũ.*i.munꝰ ꝓdicãdi euãgelij inter gẽtes: vt carnẽ meã prouocẽ *Ad æmulandum.* Græce est,εἴ πως παραζηλώσω.i.si quo modo carnẽ meã,Iudæos scilicet,p uocare possim ad æmulandũ vos. Græci explicãt ministeriũ meũ honorifico.i.gẽtes mihi creditas laudo & cõmendo ex fide pcepta:vt eorũ laudibus aliquot ex Iudæis ad credendum excitatos & prouocatos saluos faciam.potes videre Græca Veronæ impressa:potest quoque esse sensus, ministerium meum honorificabo .i. creditum mihi munus honorificè peragam & tractabo.

9. *Si enim amissio eorum.*Græce ἀποβολή.i.abiectio eorũ & reiectio, id est,si eorum abiectio per occasionẽ reconciliatio fuit mũdi, *quæ est assumptio nisi vita ex mortuis?* hoc est,si Iudæorum iactura reconciliationis fructum mundo attulit, Quæ.i. qualis & quanta futura est illorum assumptio,*nisi vita ex mortuis,*id est,res summè bona: sic enim interpretatur Photius, ζωὴ γὰρ ἐκ νεκρῶν τότε ἔσται: τοῦτέστι ἄπειρα ἀγαθά,id est, tunc erit vita ex mortuis,hoc est,infinita bona. & paulopòst, Quidnã erit,inquit,illorũ assumptio nisi diuitiæ multæ,nisi perfectum cõsummatumq;, gaudiũ quale futurũ est in communi illa vita & resurrectione?Oecumenius interꝑtatur,*nisi vita ex mortuis.*i.nisi ꝙ eos per peccatum mortuos deus assumens viuificabit?

bit? alij ad gentiles referunt hunc locum,vt sit sensus, quantum fructus allatura est ipsis gentibus Iudæorum assumptio, quibus tantũ profuit abiectio,nisi quòd illis futurum est perinde,ac si quis mortuum ad vitam suscitet? nimirum res summè bona.

10. *Quòd si delibatio.*Græcè ἀπαρχή.quod significat primitias fructuum & decimas deo offerri solitas: delibationem autem hoc loco siue ἀπαρχὴν.i.primitias vocat Apostolus sanctos patres & patriarchas, probans illorum exemplo non esse Iudæos, modò velint, prorsus abiectos,idque metaphora sumpta à frugibus. Si enim primitiæ ac decimæ siue delibatio,id est, fruges deo delibatæ ac consecratæ, sanctæ sunt,*est & massa sancta,*id est reliquum corpus sanctum. Cùm enim eiusdem sit naturæ corpus integrũ cum suis partibus,si partes inde desumptæ sanctæ sunt,nihil vetat,& totũ corpus sanctũ esse,modò ne aliũde inquet.Sic & nihil vetat reliquos Iudæos ab illis ortos sanctos esse.

C *nisi uita ex mortuis.*[10] *Quòd si delibatio sancta est: & massa. & si radix sancta:et rami.*[11] *Quòd si aliqui ex ramis fracti sunt, tu aũt cùm oleaster esses,insertus es in illis,& socius radicis et pinguedinis oliuæ factus es,noli gloriari aduersus ramos. Quòd si gloriaris:nõ tu radicẽ portas,sed radix te. Dicis ergo:Fracti sunt rami,ut ego inserar. Bene. Propter incredulitatẽ fracti sunt:tu aũt fide stas.noli altũ sapere: sed ti-*

11. *Quòd si aliqui,&c.*Analogia oleæ & oliuæ gentiũ fastũ retundit Paulus,germanã oleã siue oliuã faciens Iudæos sicut Hieremias ait:Oliuã vberẽ,pulchrã,fructiferã:sponsam, vocauit dominus nomen tuũ.oleastrũ aũt gentilẽ populũ,qui nihil dulcoris ex germana oliua habebat,priusq; insitus esset in radicẽ oliuæ bonæ.i.fidem patrũ ac patriarcharũ. Ipsos ergo gentiles vetat gloriari ex eo ꝙ in bonã oleã insiti sunt.i.in locum Iudæorũ assumpti,neq; supra se efferri,sed in timore cõsistere. quoniã futurum sit,vt si in fide non permãserint,à bona olea resecẽtur:Iudæi aũt qui inde resecti sunt, fidẽ apprehendentes inserãtur.quia si is qui natura erat ramus oleastri,præter naturã suã in germanã oliuã insit? est,quãto magis Iudæi,qui natura sua de vera olea participãt,rursus in eã inserẽt?Igit, *Noli gloriari aduersus ramos.*i.noli insolescere aduersus Iudæos, qui exciderũt à vera olea.i.fide patrũ,cui tu es insitus.ꝙ si gloriaris te assumptum à deo,*non tu radicem portas,sed radix te.*i.non tu fide tua stas,ꝙ nullã habebas,sed fide patrũ,quę te portat ac facit subsistere.

12. *Si enim deus naturalibus ramis non pepercit.* aut hic per eclipsim deest δὲ vide, scilicet vide ne fortè nec tibi parcat, aut Græcè γάρ, id est, enim, abundat, quomodo sæpe Græcis παρέλκει, & tunc sensus est: noli altum sapere, Græcè μὴ ὑψηλοφρόνει, id est, ne insolescas, néve elato sis animo, sed time, si deus naturalibus ramis .i. Iudæis non pepercit, ne fortè, vel ne quando (vt est Græcè μή πως) nec tibi parcat.

13. *Ii qui secundum naturam.* Græcè, τοῖς κατὰ φύσιν. i. naturales scilicet rami inserẽtur suæ oliuæ?

14. *Donec plenitudo.* i. non in omnem Israel, sed in partẽ tantum cæcitas contigit, & induratio: neq; ea in perpetuum, sed quousq; *plenitudo gentium intrauerit.* i. gentiles omnes crediderint, & omnis Israel saluus fiat, sitq; vnum ouile & vnus pastor.

15. *Et hoc illis à me testamentum.* hoc loco pro testamẽto Septuaginta verterunt διαθήκη, quod nõ modò significat testamentũ, sed fœdus & pactum, quæ magis hoc loco quadrant. Nam Hebræi habent berit, id est, fœdus meum: & hoc modo sensus est, & hoc ego cum illis paciscor.

16. *Secundum euangelium.* hic locus vn⁹ est ex anapodotis Pauli, neq; enim est verbum quo referatur ꝑ inimici, nisi subintelligamus sunt. vult autem hoc loco Paulus, ꝙ licet quantum attinet ad neglectum Iudæis euangeliũ, inimici facti sunt deo propter gentiles, vt scilicet illis neglectis gentiles assumerẽtur, tamẽ *propter patres.* i. ratione promissionis factæ patribus, charissimi sunt deo Iudei, quib⁹ & ꝓmissa seruabit: qa

me. 12 *Si enim deus naturalibus ramis non pepercit: ne fortè nec tibi parcat. Vide ergo bonitatẽ & seueritatem dei. in eos quidem qui ceciderunt, seueritatem: in te autem bonitatem dei, si permanseris in bonitate, alioquĩ & tu excidèris. Sed et illi, si non permanserint in incredulitate, inserẽtur. potẽs est enim deus iterum inserere illos. Nam si & tu ex naturali excisus es oleastro, et cõtra naturam insertus es in bonam oliuam, quanto magis ij* 13 *qui secundum naturam, inserẽtur suæ oliuæ? Nolo enim uos ignorare fratres mysterium hoc, ut non sitis uobisipsis sapientes, quia cæcitas ex parte contigit in Israel,* 14 *donec plenitudo gentium intraret: et sic omnis Israel saluus fieret, sicut scriptum est,* Veniet D *ex Sion qui eripiat & auertat impietatem à Iacob.* 15 *Et hoc illis à me testamentũ, cùm abstulero peccata eorũ.* 16 *Secundum euãgelium qui-*

sine pœnitẽtia, Græcè ἀμεταμέλητα. i. ad verbũ impœnitibilia *sunt dona dei & uocatio.* i. huiusmodi, ꝙ nõ est sup his sententiã mutatur⁹ de⁹.

17. *Sicut enim aliquando.* Libet hoc loco elegantem Photij explicationem vertere, cuius Græca ex codice Veronensi require: sic autem ait, Exhortatur iis verbis ad fidem Iudæos, simúlque spem illis ꝓponit egregiam, omnẽq; erubescendi tollit occasionem. Ne erubescas, inquit, propterea quòd incredulus fueris, accedere: neque desperes, si quidem tardius accedas: quia vel serò accedẽs misericordiam cõsequêris. Nam & gentes aliquando ad fidem vocatæ primum incredulæ perstiterũt, nunc verò crediderunt tandem. neque ob priorem infidelitatem pudefactę, neque ob serum ad salutem accessum præpeditæ quo minus accederẽt. Nec tu similiter habes Iudæe quòd erubescas aut diffidas quidquam: tantum prompto animo ad fidem accede, & misericordiam obtinebis. Quòd verò ait, misericordiam consecuti estis propter illorum infidelitatẽ, & paulò pòst, non crediderunt in vestram misericordiam, non est intelligendum, quòd Iudæorũ infidelitas causa fuerit misericordiæ gẽtibus factæ: neq; rursum ꝙ gẽtibus facta misericordia, Iudęis causa infidelitatis extiterit: sed vt ostẽdat deũ nunq; à suis opibus cessare, at misericordiã vbertim omnibus præstare, nam & olim incredulæ fuerũt gẽtes, & nunc infideles Iudæi: neque tamen interim benefacere & misericordẽ se cessat exhibere deus. hæc Photius: iis aũt verbis tũ Iudæorũ cõsolandorũ gratia vtit Paul⁹, tũ etiã ob gẽtes, ne insolẽtius se gerãt, ꝙ abiectis Iudeis ipsi crediderũt: misericordię scilicet dei esse ꝙ crediderint: futurũ aũt aliq̃n, vt increduli nũc Iudęi misericordiã consequatur, & credãt: qui, vt inqt Paulus, *nunc nõ crediderũt in vestrã misericordiã,* Græci habẽt, οὗτοι νῦν ἠπειθήσαν τῷ ὑμετέρῳ ἐλέει, quod verti potest, increduli fuerũt ob vestrã misericordiã: vt respõdeat ei qđ præcesit, vos misericordiã cõsecuti estis, ꝓpter illorũ incredulitatẽ, ita nũc & Iudęi increduli fuerũt, ꝓpter vestrã misericordiã: nõ ꝙ misericordia gẽtib⁹ facta causa extiterit Iudęorũ incredulitatis, sicut neq; infidelitas Iudęorũ misericordię gẽtib⁹ præ-

stitæ,

stitę, nisi ex occasione, & semp habere voluit deus à quibus coleretur, & in quos beneficia sua conferret. Sicut enim aliquãdo vocatis ad fidem gentibus, sed illis vocationis suæ negligentibus assumpti sunt in populum dei Hebræi, & misericordiam consecuti: rursus in incredulitatem prolapsis Iudæis, per illius infidelitatis occasionẽ ex sola tamẽ bonitate dei, misericordiam gẽtes consecutæ sunt: ita, inquit Paulus, & nunc increduli fuerunt Iudæi propter *vestrã misericordiam*. i. vobis misericordiam consecutis ipsi permanserũt increduli, non credentes misericordiam vos potuisse cõsequi: neq; tamẽ propterea desperata salus illorum est, siquidem dispensante deo, per illorum tamen malitiã, increduli ipsi permanserunt vobis misericordiam consecutis, *vt & ipsi misericordiam consequantur*. vt scilicet tandem planè vobis credentibus & ingressa gentium plenitudine, cùm apertè vos misericordiam consecutos esse intelligent, & ipsi tandem consequentur.

18. *Conclusit*. permisiuè, scilicet sinendo eos in incredulitatem abire.

19. *Inuestigabiles*. i. inscrutabiles siue impuestigabiles, est enim Græcè ἀνεξιχνίαστοι. i. ininuestigabiles, atque ita puto vertisse interpretẽ, sed librariorum errore prius in, sublatũ.

1. *Rationabile obsequiũ*. Græcè λατρείαν λογικὴν. i. nõ carnale sacrificium, quemadmodũ olim Iudæi victimas carnales offerebant, sed rationabile ac spirituale nouæ in Christo vitæ sacrificium. Photius enim τὴν λογικὴν interpretatur πνευματικὴν.

18 *Conclusit enim deus omnia in incredulitate, ut omnium misereatur.*
O altitudo diuitiarum sapiẽtiæ & scientiæ dei: quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius, & 19 inuestigabiles uiæ eius? Quis enim cognouit sensum domini? Aut quis consiliarius eius fuit? Aut quis prior dedit illi: & retribuetur ei? Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia: ipsi gloria in secula seculorum. Amen. Sapi. 9.c. Esai. 40.d 1.Co. 2.d.

ARGVMENTVM Cap. 12.

¶ Totum hoc caput paræneses occupant & exhortationes, ad modestiam autẽ maximè & animi mansuetudinem inuitat, vetans de diuersis gratiis, quæ corpori mystico concessæ sunt, quempiam efferri.

CAP. XII.

A *Bsecro itaq; uos fratres per misericordiã dei, ut exhibeatis corpora uestra hostiã uiuentẽ, sanctã, deo placentẽ, 1 rationabile obsequiũ uestrũ.* Phi. 4.d. *Et nolite cõformari huic seculo: sed*

2. *Dico enim*, id est, adhortor aut iubeo, vtroque enim modo interpretatur Photius τὸ λέγω, nõ plus sapere q̃ oportet, sed sapere ad sobrietatẽ. Græcè, μὴ ὑπερφρονεῖν παρὸ δεῖ φρονεῖν, ἀλλὰ φρονεῖν εἰς τὸ σωφρονεῖν. i. non altius de se existimare q̃ par est, sed existimare cum modestia. vetat enim hoc loco Paulus, ne quis infletur supra alium de donis à deo perceptis, sed si quam à deo gratiam perceperit, in ea modestè se gerat. & *vnicuique sicut deus diuisit mensurã fidei*. Græci non habent &, ac sic commodior erit cõnexio. præcipio omnibus sapere ad sobrietatem, *sicut vnicuique*, &c. vel præcipio sapere ad sobrietatem, & id quidẽ sicut vnicuique deus diuisit mensuram fidei. quo loco Græci & Photius sumunt fidem pro donis gratuitis ac visibilibus, quæ in primitiua ecclesia spiritus sanctus largiebatur fidelibus.

Ephe. 5.d. 1.the. 4.a. *reformamini in nouitate sensus uestri, ut ꝓbetis quæ sit uolũtas dei bona & beneplacens, & ꝓfecta.* 2 *Dico enim per gratiã quæ data est mihi, omnibus qui sunt inter uos, Non plus sapere quàm oportet sapere, sed sapere ad sobrietatẽ, & unicuique sicut deus diuisit mensuram fidei.* 3 *Sicut enim in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habẽt: ita multi unum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra: habentes donationes, secũdum gratiam quæ data est nobis, differentes: siue prophetiam secundum rationem fidei, siue ministerium in ministrando, siue qui docet*

1. Co. 12.b. Ephe. 4.b.

3. *Sicut enim. &c.* exemplo magni corporis, in quo multa *membra non eundem actum*, id est, eandem actionem siue operationem habent. Docet in corpore mystico, quod est ecclesia, singulos homines esse vice membrorum, habentes iuxta gratiam nobis concessam diuersas donationes: *siue prophetiam secundum rationem fidei*. Græcè, κατὰ τὴν ἀναλογίαν, id est, iuxta proportionem vel rationem fidei: sequentibus aũt locis docẽt Græca scholia esse eclipses multas, & neglectum sermonis Paulo frequentem, quippe qui non venerit prædicaturus in sublimitate humanæ eloquentiæ: itaque sequentes locos sic explicant: *Siue quis prophetiam* habet *iuxta rationem fidei*, in ea, subaudiunt, maneat, *siue ministerium* habet, *in ministrando*. Græcè est, ἐν τῇ διακονίᾳ. i. in ministratione, subaudi, maneat. quid sint aũt ministrationes, vide 1. ad Corint. 12. *Siue qui docet in doctrina*, subaudi, maneat. *Siue qui exhortatur in exhor*

tando,

tando, Græcè ἐν τῇ παρακλήσει. i. in exhortatione, subaudi maneat. Est autem in his omnibus sensus, quòd vnusquisque dono accepto contentus manere in eo debet, & gratias agere, neque aduersus alium non habentem insolescere.

4. *Qui tribuit.* & in his quoq; locis eclipsis est. q tribuit ergo in simplicitate, subaudi, tribuat. Græcè ἐν ἁπλότητι, id est, in simplicitate, vel ingenuitate, hoc est, ingenuè & liberè tribuat, nõ quasi coactus. *Qui miseretur*, id est, eleemosynam largitur: nam hic misereri non compati significat, sed misericordiam & eleemosynam præstare. qui ergo misericordiã præstat, in hilaritate, subaudi, eam præstet. hilarem enim datorem diligit deus.

5 *Dilectio sine simulatione*, subaudiendum est hoc loco verbum, sit, similiter in verbo odientes, & cæteris participijs sequentibus, aut supplendum est verbum, sitis, aut iungenda sunt illa cum verbo proximè sequenti, benedicite.

6. *Gaudere*, vel supplendum est dico, id est, iubeo gaudere, vel infinitiuus Græcus vertendus in imperatiuum gaudete, similiter & flere in flete.

7. *Idipsum inuicem sentientes*, id est, idem inuicem sentientes, atque inuicem concordes & vnanimes. *Humilibus consentientes*, Græci habent συναπαγόμενοι, id est, accommodantes & adiungentes vosmetipsos humilibus & abiectis: quidam Græci legũt συναπαγόμενοι ἀ συναπάγομαι, quod significat simul mecum duco, & tunc sensus esset, conuersationem cum humilibus habentes: quæ significata penè eadem sunt. *Prudentes apud vosmetipsos*, id est, nolite vestro iudicio vos existimare prudentes, iuxta illud, væ qui prudentes estis in oculis vestris.

in doctrina, qui exhortatur in exhortando, [4] *qui tribuit in simplicitate, qui præest in solicitudine, qui miseretur in hilaritate.* [5] *Dilectio sine simulatione: odientes malum, adhærentes bono, charitatem fraternitatis inuicem diligentes, honore inuicem præuenientes, solicitudine non pigri, spiritu feruentes, domino seruientes, spe gaudentes, in tribulatione patientes, orationi instantes, necessitatibus sanctorũ communicantes, hospitalitatem sectantes. Benedicite persequentibus uos, benedicite: & nolite maledicere.* [6] *Gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus:* [7] *Idipsum inuicem sentientes. Non alta sapientes, sed humilibus consentientes. Nolite esse prudentes apud uosmetipsos. Nulli*

C Amos 5.d. Eph. 4.a. 1.Pet. 2.c. 1.Pet. 5.b. Heb. 13.a. 1.Pe. 4.c. D Prou. 3.a.

in oculis vestris.

8. *Prouidentes bona, non solum coram deo, sed etiam.* Græci non habent hæc verba, non solum coram deo sed etiam, at istud tantùm, προνοούμενοι καλὰ ἐνώπιον ἀνθρώπων: & sic exponũt Græca scholia, cùm dixisset nulli malũ pro malo reddẽtes, addidit & illud προνοούμενοι τὰ καλὰ, tãq; dicat: nõ sufficit malũ malo nõ retaliare, sed illi qui nos malè habet, oportet etiã prospicere, ac rebus illius bene cõsulere, id enim significat τὸ προνοεῖσθαι. secundũ nostrã versionẽ sensus est, vt τὰ καλὰ sumatur Attico more, pro καλῶς. i. bene: bene puidi, ac bene sibi prospiciẽtes, nõ solũ coram deo. i. non solũ deo teste, sic vt conscientia tua nõ te reprehẽdat, sed etiã coram hominibus, vt nullã illis occasionẽ scãdali præbeamus.

malum pro malo reddẽtes. [8] *Prouidentes bona, nõ tantum coram deo, sed etiã coram omnibus hominibus.* [9] *Si fieri potest, quod in uobis est, cũ omnibus hominibus pacẽ habẽtes.* [10] *Nõ uosmetipsos defendentes charissimi, sed date locum iræ. scriptum est enim, Mihi uindictã: & ego retribuã dicit dominꝰ. Sed si esurierit inimicus tuus, ciba illũ: si sitit, potũ da illi. hoc enim faciens,* [11] *carbones ignis cõgeres sup caput eiꝰ. Noli uinci à malo: sed uince in bono* [12] *malũ.*

1.Pe. 3.d. 2.Co. 8.d. Heb. 12.d. Eccle siastici 28. a. Deu. 32.e. Heb. 10.e. Prou. 25.c.

9. *Si fieri potest.* Græcè εἰ δυνατὸν, referri potest ad id quod præcessit, prouidentes bona coram omnibus hominibus, si fieri potest: quia quod sequitur, *Quod in vobis est*, Græcè τὸ ἐν ὑμῖν tantundẽ valet, & iungitur cũ sequentibus, quod in vobis est, id est, quantum in vobis erit pacem cum omnibus habentes: potest etiam vtrunque referri ad sequentia.

10. *Defendentes*, ἐκδικοῦντες, id est vlciscentes, quadrat enim quod sequitur, mihi vindictã. fortè interpres legit, δικαιοῦντες, quod etiã significat defendentes. cæterum defendere in scriptura pro vlcisci aliquoties vsurpat interpres veteris ac noui testamenti.

11. *Carbones ignis.* carbones ignis aliqñ irã dei significãt, iuxta illud psal. 17. carbones succẽsi sunt ab eo: & hoc modo vult Paulus non esse appetẽdã vindictã, quinimò benefaciendũ inimico, vt si nostra benignitate nõ vincitur, maiorẽ aduersus illũ dei irã excitamus. Ali quando carbones ignis, opera charitatis significãt, iuxta quod sensus esse potest: Inimico tuo studе quantum potes benefacere, sic enim benignitate tua malignitatem eius extingues, & super caput eius carbones ignis congeres, id est, charitatem accendes.

12. *Vince in bono malum.* Græcè τὸ κακὸν, vt non hominem malum,

sed ipsam hominum malitiam in bono. id est, bonitate nostra vincamus.

1. *Omnis anima*, id est, omnis homo Hebræorũ more, *subdita sit potestatibus sublimioribus*, Græcè ὑπερεχούσαις, id est, præcellentibus: intelligit autem magistratus publicos. *quæ autem sunt*, Græci addũt ἐξουσίαι, id est potestates, à deo ordinatæ sunt.

2. *Timori boni operis*, Græcè φόβος ἔργου ἀγαθοῦ. ad verbum non sunt terror bonorum operum, id est, non sunt in terrorem bene operantium, sed male.

3. *Necessitati subditi*. Græcè est: Διὸ ἀνάγκη ὑποτάσσεσθαι: & sensus est, ideo necessitas est vos illis subiici. Noster legit ἀνάγκη ὑποτάσσεσθε, & tunc τῇ ἀνάγκῃ in ablatiuum necessitate verti potest, & sensus est: Subditi estote illis propter necessitatem parẽdi, & obligationem diuinam. Si vertitur in datiuum, necessitati, sensus est, subditi estote necessitati, id est, autoritati principum, & sic interpretatur Augustinus. Vult autem nos subesse principibus, & potestatibus, *non solum propter iram*, id est, propter diuinam vltionem, *sed etiam propter conscientiam* ad id nos exhortantem, vt conscientia arguat ex ipsa tributorum pẽsione parendum illis esse: vnde subdit: *Ideo enim & tributa præstatis*,

ARGVMENTVM Cap. 13.

¶ *Magistratibus parendum, debitáque iura persoluenda. dilectionem autem erga omnes retinendam: & iam vbi Christo nato dies illuxit gratiæ, abiicienda tenebrarum opera docet.*

CAPVT XIII.

A

[1] Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Nõ est enĩ potestas nisi à deo. quæ autem sunt: à deo ordinatæ sunt. Itaque qui resistit potestati: dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt: ipsi sibi damnationem acquirunt. nam principes non sunt [2] timori boni operis, sed mali. Vis autem non timere potestatẽ? Bonum fac: & habebis laudem ex illa. Dei B enim minister est tibi in bonũ. Si autem malum feceris: time. non enim sine causa gladiũ portat. dei enĩ minister est: vindex in iram, ei qui malum agit. Ideoq; [3] necessitati subditi estote: non solum propter iram, sed etiã propter cõscientiam. Ideo enim & tributa præstatis. ministri enim dei sunt: in hoc ipsum seruientes. Reddite ergo omnibus debita. cui tribu-

A 1. Pe. 2. c. Sapi. 6. a.

Mat. 22. c.

tributũ, tributũ: cui uectigal, uectigal: cui timorẽ, timorẽ: cui honorẽ, honorẽ. Nemini quicq̃ debeatis: nisi, vt inuicẽ diligatis. qui enim diligit proximũ, legẽ implenit. Nã, Non adulterabis, Nõ occides, Nõ furaberis, Nõ falsum testimoniũ dices, Nõ cõcupisces, & si quod est aliud mandatũ, [4] ĩ hoc uerbo instauratur, Diliges proximũ tuũ sicut teipsum. Dilectio ꝓximi, malũ nõ operatur. Pleni tudo ergo legis: est dilectio. [5] Et hoc sciẽtes tẽpus, quia hora est iã nos de somno surgere. Nũc enim ꝓpior est nostra salus [6] q̃ cũ credidimus. [7] Nox præcesserit: dies autẽ appropinquauit. Abiiciamus ergo opera tenebrarũ, & induamur arma lucis. Sicut in die, honestè ambulemus: nõ ĩ comessationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitijs, nõ in cõtentione & æmulatione: sed induimini dominũ Iesum Christũ, & carnis curã ne feceritis in desideryjs.

Exo. 20. c Deut. 5. b. Leui. 19. d. Mat. 22. d. Mar. 12. c. Gala. 5. c. Iaco. 2. b. Luc. 21. f Gala. 5. c. 1. Pet. 2. c.

ARGVMENTVM Cap. 14.

¶ *Non temere de fratre iudicandũ in ciborũ dierúmq; discretione, aut contra, sed infirmũ in fide ferẽdũ: neq; cõmittendũ, vt leuiculi cibi gratia fratrẽ offendam⁹.*

CAPVT XIIII.

A

[1] Infirmum autem in fide, assumite: nõ in disceptationibus cogitationũ.

4. *In hoc verbo instauratur*, Græcè ἀνακεφαλαιοῦται. Origenes legit restauratur, Ambrosius consummatur, Augustinus recapitulatur. certe ἀνακεφαλαιοῦσθαι, est summatim colligere, & in summam siue ad caput vel capita redigere: sensus ergo est, quòd omnia alia præcepta redigũtur ad præceptũ dilectionis, & in eo comprehenduntur.

5. *Et hoc scientes*. Eclipsis est, & referendum ad id quod longè ante præcessit: Nemini quicquam debeatis, nisi vt inuicem diligatis, & hoc subaudi facite, scientes tempus τὸν καιρόν, id est, opportunitatem adesse id faciendi. ita Photi⁹ interpretatur.

6. *Quàm cum credidimus*, id est, credere incepimus.

7. *Nox præcessit*, vel infidelitatis, peccati, & ignorantiæ: vel vmbrarum Mosaicarum, dies autem gratiæ appropinquauit.

1. *Infirmum autem in fide assumite*. Græcè pro assumite est προσλαμβάνεσθε, id est, nolite abiicere quia infirm⁹ est fide, id est, cuius nondum planè confirmata est fides, idem enim valent infirmum in fide, & infirmum fide, quomodo Græci legunt. vos ergo huiusmodi infirmũ nolite abiicere, sed infirmitatem

mitatem eius boni consulite, & eum suscipite, nõ in disceptationibus cogitationũ, pro quo Græci legũt, ὡς διακρίσεις λογισμῶν: quidam διαλογισμῶν legunt, sed idem est sensus, scilicet non in altercationes disputationum, hoc est, supportate qui sic in fide infirmus est, & nolite tempus terere in altercationibus disputationum, an scilicet recte abstinet à certis cibis, an recte dies aliquos festos obseruat. Ad huius enim loci & capitis explicationẽ notandum, in primitiua ecclesia fuisse inter Iudæos ad fidẽ conuersos, qui diuersa sentirent de lege, quidã planè asseuerabãt nullum faciendũ esse ciborum delectũ, nullamque dierum festorum obseruationẽ: erãt contrà, qui nondum planè cõfirmata fide contendebãt certis cibis abstinendũ, & certos dies festos celebrãdos. De huiusmodi ergo, altercationes & cõtentiosas disputationes fieri vetat apostolus, asserens supportandam esse magis fratris infirmitatem.

alius enim[2] *credit se mãducare omnia. qui autem infirmus est,*[3] *olus mãducet. Is qui mãducat, non manducantem non spernat. & qui non manducat: manducantẽ nõ iudicet. deus enim illũ*[4] *assumpsit. Tu quis es, qui iudicas alienũ seruum?*[5] *Domino suo stat aut cadit: stabit autẽ. potens est enim deus statuere illum.*
Iaco. 4. d.
[6] *Nam alius iudicat diẽ inter diem,*

2. *Credit se manducare.* perinde habent Græca: nouus loquendi modus, pro eo quod est, credit licere sibi, vt vescatur omnibus.

3. *Olus manducet.* Græci habent λαχάνα, id est, manducat, & sensus est, qui firmiores sunt fide, passim ac temerè vescũtur cibis quibuslibet, existimantes id sibi perquam licere. Contrà, qui infirmus fide ac debilis est, quia incertus est animi quid mãducet propter tot ciborũ genera in lege inhibita, ne cõscientiam, quam sibi parit, polluat, *olus manducat*, sciẽs nihil illorum esse vetitum in lege. interpres legit, λαχανέτω, id est, manducet, id est, si existimat periculum esse in carnibus edendis, vescatur oleribus.

4. *Assumpsit*, id est, non abiecit, sed ad fidem etiam vocauit.

5. *Domino suo stat aut cadit*, id est, non debes tibi de eo iudiciũ vsurpare. Nam si in eo quòd edit aut abstinet, peccat, an non domino suo stat aut cadit? id est, domino curæ est, siue stat, siue cadit, qui etsi per infirmitatem fidei nũc cadit, *stabit tamen*, Græcè σταθήσεται. i. stabilietur à domino & confirmabitur. *potens est enim deus illum statuere.* Græcè σῶσαι, id est, erigere & stabilire.

6. *Nam alius, ὃς μὲν κρίνει ἡμέραν παρ' ἡμέραν, ὃς δὲ κρίνει πᾶσαν*

σαν ἡμέραν, Hieronymus vertit ἡμέραν παρὰ ἡμέραν diem plusquam diem, vt sit sensus, quòd nonnulli existimabant discrimẽ esse in diebus, alius autem iudicat omnem diem. i. perinde de diebus omnibus iudicat. Augustinus iuterpretatur ἡμέραν παρ' ἡμέραν, alternos dies: κρίνειν autem, quod interpres vertit iudicat, significat etiã discernere: quo significato sensus esse potest: Alius quidẽ discernit & iudicat, & approbat ac censet esse dierũ alternationem, vt quod vno die licet, alio nõ liceat. quomodo Iudæi, qui multa festa multásq; ferias habebãt: ali[9] autẽ iudicat oẽm diẽ. i. cẽset q̃libet diẽ cuilibet rei nõ male gerẽdæ aptã: sicut verisimile est ĩ primitiua ecclesia multos ex Iudæis in side debiles, & adhuc literæ hærentes, festa & calendas superstitiosè obseruasse: allios autem perfectiores, qui ceremonias cessasse intelligerent, nullam inter huiusmodi legis veteris dies distinctionem posuisse. Nõ vult autem Paulus ea de re quempiam iudicari, sed domini relinqui iudicio. tãtùm in his rebus vnusquisque, inquit, suo sensu abundet, Græcè ἕκαστος ἰδίῳ νοὶ πληροφορείσθω. i. vnusquisque certus sit suæ mẽtis, & cõpertum habeat quod mẽte concipit, séque ipse consulat, & agat quod sibi cõscientia iudicat. Chrysostomus interpretatur hæc loca de Iudæis, quorũ nonnulli carne suilla etsi nõ perpetuò, statis diebus[9] abstinerẽt, alij sine discrimine quouis die comederẽt. de iis autẽ neutros iudicãdos, sed suo sesui ac cõscientiæ iudicio relinquẽdos. Mihi videtur Paulus[9] quũ paulò supra de ciborũ distinctione locutus[9] esset, nũc de dierũ obseruatiõe loqui, & ĩ sequẽtib[9] de duob[9].

B Vnusquisque in suo sensu abundet.

[7] *Qui sapit diem, domino sapit. Et qui manducat, domino manducat. gratias enim agit deo. Et qui non manducat, domino non manducat, & gratias agit deo.*[8] *Nemo enim nostrum sibi uiuit, & nemo sibi moritur. Siue enim uiuimus, domino uiuimus: siue morimur, domino morimur. Siue ergo uiuimus, siue morimur, domini sumus. In hoc*

7. *Qui sapit.* nouũ genus loquẽdi, pro eo quod est, qui rationem alicuius dierũ habet: id vocat diẽ sapere, *domino sapit.* i. ad honorẽ domini id facit. Græci hoc loco addũt, καὶ ὁ μὴ φρονῶν τῷ κυρίῳ οὐ φρονεῖ. ad verbũ, *& qui non sapit diem, domino non sapit.* i. qui dierum distinctionẽ non facit, ad honorem domini id facit. Similiter & qui indifferẽter quibuslibet cibis vescitur, & qui certis abstinet.

8. *Nemo enim nostrũ.* probat his verbis ab vno domino nos pẽdêre, vitáq; & mortẽ nostrã, quæ penes illũ sint: atq; adeò siue q̃s edit, siue

abstinet, siue dierum distinctionem aliquam facit, siue nullum, non vult à fidelibus iudicari, sed domini iudicio relinqui.

9. *Sed hoc iudicate.* Græcè κρίνατε, id est, sed hoc potius decernite & statuite, ne fratri sitis offendiculo.

10. *Commune per ipsum*, id est immundum. sic enim vocabant Iudæi quicquid aut edere aut attrectare illis non licebat. Nihil verò iam, inquit Paulus, cõmune. i. immundũ *per ipsum*, scilicet dominum qui purificauit: sicut dicitur Petro in Actis, quod deus purificauit, tu ne cõmune dixeris. Interpres legit, Ni ἀνεῦ, spiritu leni, ꝙ si legimus aspirato, sensus est, ꝙ nihil per se ac sua natura immundum est. Cæterũ si quis existimat cibũ aliquem immundum esse & vescitur, fit illi ob conscientiam immundus. Græci vtroque modo exponunt.

11. *Bonum nostrum*, scilicet fides nostra, ne propter huiusmodi dissensiones infidelibus sit opprobrium. quidam legunt bonum vestrũ, neque refert ad sensum. *Non est enim regnum dei esca & potus*, id est, non in cibi aut potus abstinentia vel vsu, quæ externa sunt, consistit regnum dei. i.

12. Tu

enim Christus mortuus est, et resurrexit: ut & uiuorũ, & mortuorũ dominetur. Tu autẽ qd iudicas fratrẽ tuũ? aut tu quare spernis fratrẽ tuũ? Omnes enim stabimus ante tribunal Christi. scriptũ est enim, Viuo ego dicit dominus, quoniã mihi flectetur omne genu: & omnis lingua cõfitebitur deo. Itaq; unusquisque nostrũ ꝓ se rationẽ reddet deo. Nõ ergo amplius inuicẽ iudicemus, C
9 sed hoc iudicate magis ne ponatis offendiculũ fratri uel scandalũ. Scio & cõfido in domino Iesu, quia 10 *nihil cõmune per ipsum: nisi ei qui existimat quid cõmune esse, illi cõmune est. Si enim propter cibum frater tuus cõtristatur: iam nõ secũdũ charitatẽ ambulas. Noli cibo tuo illum perdere, pro quo Christus mortuus est. Non ergo blasphemetur* 11 *bonũ nostrum. Non est enim regnum dei esca & potus: sed iustitia & pax, et gaudiũ in spiritu sancto qui enim in hoc seruit Christo, placet deo: & probatus est hominibus. Itaq; quæ* D *pacis sunt sectemur: & quæ ædificationis sunt, inuicẽ custodiamus. noli propter escã destruere opus dei. Cĩa quidem sunt mũda, sed malũ est hoĩ qui ꝓ offẽdiculũ mãducat. Bonũ est nõ mãducare carnẽ & nõ bibere uinũ, neq; in quo frater tuus offenditur, aut scãdalizatur, aut infirmatur.*

2.Co. 5.b. Esa. 45.d. Phil. 2.b. 1.Co. 8.d. Tit. 1.d 1.Co. 8.d

12. *Tu fidem habes.* Hunc locũ sic exponũt Græca scholia. fidem hoc loco innuit circa dierũ & ciborum delectũ versantem, nõ illam dogmata spectantẽ, quã palàm cõfiteri & prædicare oportet: sed perfectorum hoc loco inanẽ taxat gloriationẽ: Perfectus, inquit, es & cõsummatus in fide? quid de hac virtute gloriaris? Quãdo verò ait:

12. *Tu fidẽ habes? penes temetipsum habe corã deo. Beatus qui nõ iudicat semetipsum in eo quod probat.*
13 *Qui autẽ discernit, si mãducauerit, dãnatus est: quia non ex fide. Oẽ autẽ quod nõ est ex fide: peccatũ est.*

Apud temetipsum fidem habe, id sibi vult: Quòd si te omnes culpant cũ prouidentia quidpiã, aut fraternæ salutis gratia facientem, conscientia autẽ non te reprehendit, beatus es. Arguit ergo perfectiores nõnullos Paulus, qui etiam cũ offendiculo fratrum idolothytis aut cibis vescerẽtur per legẽ impuris, asserẽtes pro fidei perfectione id se facere, ex qua intelligerẽt iã per Christũ nullũ cibũ esse impurũ: inquit ergo Paulus, *Tu fidem habes.* i. perfectè credis nihil esse impurũ: bene est quòd ita credis, eamq; fidẽ habes, sed *penes temetipsum habe coram deo.* i. sufficiat tibi mentis tuæ synceritas. quódq; ita credis, & quòd fidei tuæ integritatem nouit deus: cæterùm noli illam iactare, eáq; cũ fratris vti offendiculo. *Beatus enim qui non iudicat seipsum in eo quod probat.* i. vt interpretatur Photius, cuius Græca si voles require ex codice Veronensi, beatus qui habet testificantem sibi conscientiam, non in eo solum quòd ob fratris salutem cibis abstinet in lege vetitis, sed ab omni re etiam quã post diligentem explorationem, bonam esse nouerit.

13. *Qui autem discernit.* Græcè διακρινόμενος, quod magis hoc loco significat hæsitantem animíque dubium, vt sit sensus, Qui autẽ hæsitat, num cibo aliquo sibi vesci liceat, si comederit, damnatus est. *Quia non ex fide*, id est, quia contra propriam cõscientiam, sic enim græca scholia explicant, ὃ γὰρ ἐπίστευσεν αὐτὸ καθαρὸν εἶναι, κἀ οὐτως ἔφαγε, id est, credidit enim impurum esse huiusmodi cibũ, & cum ea persuasione comẽdit, quia *Omne quod non est ex fide, peccatum est*, id est, quod contra conscientiam propriam fit: πίστις enim, persuasionem significat. atque ita sensus est, *quod non est ex fide*, id est quod contra propriam persuasionem animíque sententiam, ac repugnante conscientia fit, peccatum est. Neque enim putandum est omnes infidelium actiones in speciem studiosas, quas moraliter bonas vocant, statim esse peccata, neque infidelem in eo quòd naturali affectione eleemosynam indigenti largitur, peccare.

1. Sed

1. *Sed sicut scriptū est*, eclipsis est. Christus non placuit sibi sed patri, sicut scriptum est, Improperia improperantiū tibi ceciderunt super me, id est impiorum contumelias, in te meas ducebam, iis vrebar non secus ac meis. sunt autem verba filii ad patrem, ex quibus probat Paul⁹ Christum non sua spectasse commoda, qui paternas iniurias suas duxerit. placere autem sibi, hoc loco sumit Paulus pro eo quod est, vni suo cōmodo studere, sicut paulò autè duobus locis. nam & Græc. scholia ἀρέσκειν ἑαυτῷ interpretātur τὰ ἑαυτῶν σκοπεῖν. i. sibi prospicere, & cōmodis suis seruire.

2. *Quæcunque enim scripta*. i. etsi locus allegatus: de Christo sonare videtur, nolite tamen arbitrari propterea nihil ad nos pertinere. quæcūque enim scripta sunt, ad nostram doctrinam & institutionem scripta sunt.

3. *Idipsum sapere*. i. idem mutuo inter vos & vnanimiter sentire, neque de ciborum dierúmque obseruatione dissidiari.

4. *Suscipite inuicem*. græce προσλαμβάνεσθε. id est, supportate (vt vulgò loquūtur) inuicē & adiuuate, sicut & Christus suscepit & supportauit vos in honorē dei. hęc

ARGVMENTVM Cap. 15.

¶ *Ferendos infirmos, neq; tam nostris, quā (Christi exemplo) fratrum cōmodis studendum: quem non Iudæorum tantū gratia, sed gentium etiā, venisse, scripturis cōfirmat: excusans se interim quòd liberius ad eos scribat, ob confidentiam Christi in se loquentis, quo ab Hierusalem vsque ad Illyricum, vbi non erat agnitus prædicato, pollicetur se ad eos venturum: obiter in hoc capite & pro eis orans, & pro se orari postulans.*

CAP. XV.

Ebemus autē nos firmiores imbecillitates infirmorum sustinere, & nō nobis placere. V *nusquisque uestrum proximo suo placeat in bonum, ad ædificationem.* E *tenim Christus nō sibi placuit:* [1] *sed sicut scriptum est, Improperia improperantium tibi, ceciderunt super me.* [2] *Quæcunque enim scripta sunt, ad nostrā doctrinā scripta sunt: ut per patientiā & consolationem scripturarum, spem habeamus. Deus autem patientiæ & solatii, det uobis* [3] *idipsum sapere in alterutrum secundū Iesum Christum: ut unanimes, uno ore honorifi cetis deum & patrem domini nostri Iesu Christi. Propter quod* [4] *suscipite inuicē: sicut & Christus suscepit uos in honorem dei. Dico enim Christum Iesum, ministrum fuisse circūcisionis propter ueritatē dei, ad confirmandas promissiones patrum:*

A

B

Psal. 68.b.

1.Co. 1.b.

autē nouissima verba referri possunt ad τὸ suscipite, vt sit sensus, suscipite inuicē ad honorē & gloriā dei, vel referuntur ad suscepit, sicut & Christus suscepit vos ad honorē dei patris, & sic cōmodior erit cōnexio sequētis sentētiæ: Dico enim, &c. hoc est, hinc perspicuū est Christum vos suscepisse, quia vtriq; populo ministrauit & prospexit. Dico enim eū ministrū fuisse circūcisionis. i. Iudæorū, quibus euāgelium ministrauit. Propter veritatē dei ad cōfirmādas pmissiones patrū. i. vt veracē deū ostēderet in confirmatione pmissionū, quas deus patribus Iudęorū fecerat, scilicet de dāda in cordibus eorū lege noua. quomodo autē susceperit gentes, probat Paulus, dicēs: Gētes autē, subaudi, dico super misericordia honorare deū: quòd si gētes deum honorāt & glorificāt deū sup misericordia sibi facta, manifestū est quòd deus eas assumpsit & suscepit. Itaque hoc loco sublatur⁹ Paulus dissēsiones quæ inter Iudæos & gentes oriri poterant, ne quid alteri aduersus alteros insolescant, ostendit vtrunque populū à deo priuilegiis affectū, & à Christo susceptū: qui Iudæis promissiones factas impleuerit, & gentes misericordia affecerit.

trum: Gentes autem super misericordia, honorare deum, sicut scriptum est, Propterea confitebor tibi in gētibus domine, & nomini tuo cantabo. Et iterum dicit, Lætamini gentes cum plebe eius. Et iterū, Laudate omnes gentes dominum: & magnificate eum omnes populi. Et rursus Esaias ait, Erit radix Iesse: & qui exurget regere gentes, in eo gentes sperabunt. Deus autem spei, repleat uos omni gaudio & pace in credendo: ut abundetis in spe, in uirtute spiritus sancti. Certus sum autē fratres mei & ego ipse de uobis, quoniā & ipsi pleni estis dilectione, repleti omni scientia, ita ut possitis alterutrū monere. [5] *Audacius*

Psal. 17.d. 2.re. 22.d.

C

Psal. 116.d

Esa. 11.

1. *Audacius*. Græcè τολμηρότερον. i. audacius vel cōfidētius. audacius ergo scripsi vobis ex parte. i. paulò audacius ac liberius, tāquā in memoriā vos reducēs. græce ἐπαναμιμνήσκων. i. recordās ac memor pristinę vitę vestrę, & hoc est qđ interpres vertit, vos reducēs in memoriā. significat etiā ἐπαναμιμνήσκω cōmonefacere, & hoc modo sensus est, scripsi vobis ex parte. i. paulò audacius, nō increpā di vos gratia, sed commonefaciendi: propter. i. iuxta gratiam quæ mihi data est à deo, vt sim minister Christi Iesu in gentibus, id est, vt illi ministrem inter gentes ipsum prædicans & sanctificans.

.i. sanctum

id est, sanctum prædicans esse euangelium.

6. *Habeo gloriam.* Græcè ἔχω οὖν καύχησιν ἐν χριστῷ τὰ πρὸς τὸν θεόν, interpres verò non legit τὰ, insolénsque est Græcis lectio, nisi dicamus εἰς τὰ. sensus ergo est, vt interpres legit, habeo quod glorier in Christo apud deum: vel sensus est legendo τὰ, habeo quod in Christo glorier in his quę ad deum pertinent.

7. *Non enim audeo.* præmisit Paulus habeo quod glorier in Christo de his quę ad deũ pertinẽt: *non enim audeo aliquid loqui*, &c. i. non audeo gloriari, neq; iactare me nisi de factis meis, aut potius non meis, sed eis quę per me Christus effecit *in obedientiam gentium*. i. vt per me gẽtes euangelio obediẽtes redderet: quę quidẽ Christus effecit & operatus est in me verbo prædicationis in virtute signorum & prodigiorum, ita vt euangeliũ *repleuerim* siue cõsummauerim, hoc est nihil eorũ quę ad veritatem spectãt euangelicã obmiserim, prædicãdo ab Hierusalem vsque ad Illyricum.

Est autem Illyricum, vt Græca scholia aiũt, in finib⁹ eius quę nunc Bulgaria vocatur.

8. *Sic autem prædicaui.* Græcè paulò amplius significatur, φιλοτιμούμενος εὐαγγελίζεσθαι, id est annisus sum prædicare. Significat enim φιλοτιμεῖσθαι magno studio aliquid conari. Laboraui, inquit, ergo vt euangeliũ prędicarem non iis in locis vbi iam autẽ scripsi uobis fratres ex parte, tanquã in memoriã uos reducens: propter gratiã quæ data est mihi à deo, ut sim minister Christi Iesu in gentibus sanctificãs euangeliũ dei, ut fiat oblatio gentiũ accepta et sanctificata in spiritu sancto. 6 Habeo igitur gloriã in Christo Iesu ad deum. 7 Non enim audeo aliquid loqui eorũ quæ per me nõ effecit Christus in obedientiam gentiũ uerbo et factis, in uirtute signorũ & prodigiorũ, in uirtute spiritus sancti: ita ut ab Hierusalẽ per circũitũ usque ad Illyricũ repleuerim euangelium Christi. 8 Sic autem prædicaui euangelium hoc, non ubi nominatus est Christus, ne super alienũ fundamẽtũ ædificarem: sed sicut scriptũ est, Quibus non est annũciatũ de eo, uidebunt: et qui non audierunt de eo, intelligent: propter quod & impediebar plurimũ uenire ad uos: & prohibitus sum usq; adhuc. Nũc uerò ulterius locũ non habẽs in his regionibus: cupiditatẽ autẽ habẽs ueniẽdi ad uos ex multis iã præcedẽtibus annis: cũ in Hispaniã proficisci cœpero, spero q̃ præteriẽs uidẽ uos, et à uobis deducar illuc, si uobis primũ ex parte fruitus fuero. Nunc igitur proficiscor in Hierusalẽ ministrare sanctis. 9 Probauerunt enim Macedonia & Achaia collationem aliquam facere in pauperes sanctos qui sunt in Hierusalẽ. Placuit enim eis: & debitores sunt eorum. Nam si spiritualiũ eorum participes facti sunt gentiles, debent & in carnalibus ministrare illis. Hoc igitur cũ consummauero & assignauero eis fructũ hunc, per uos proficiscar in Hispaniã. Scio autẽ quoniam ueniẽs ad uos 10 in abundantia benedictionis euangelij Christi ueniam. Obsecro ergo uos fratres per dominum nostrum Iesum Christũ, & per charitatem sancti spiritus, ut adiuuetis me in orationibus pro me ad deum, ut liberer ab infidelibus qui sunt in Iudæa, & obsequij mei oblatio accepta fiat in Hierusalem sanctis, ut ueniã ad uos in gaudio per uoluntatẽ dei: ut refrigerer uobiscũ. Deus aũt pacis sit cũ oĩbus uobis. Amen.

ARGVMENTVM Cap. 16.

¶ Totũ hoc caput salutationes & cõmendationes occupant, nisi quòd circa finẽ ab hæreticis & schismaticis cauere eos admonet, gratiarũ actione epistolã cõcludẽs.

iam nominatus & annunciatus erat Christus, *ne super alienum fundamentum ædificarem*, id est, ne aliorum Apostolorum laboribus ac prędicationibus mei sermonis additamentum misscens, viderer eorum gloriam surripere, *sed sicut scriptum est*, &c. & hic eclipsis est, supplendũque, sed iis in locis prædicaui, vbi non erat Christus annunciatus, sicut olim id scriptum est futurum, iis verbis: Quibus non est, &c.

9. *Probauerunt.* i. approbauerunt, vel visum est eis facere collationem, κοινωνίαν. i. cõmunicationem, hoc est, de bonis suis impartiri.

10. *In abundantia benedictionis.* Græcè, εὐλογίας, εὐλογία autem non benedictionem modò, put ea vtimur, sed munificentiam & largitatẽ significat. Et Christianis εὐλογίαι dicebãtur munera amicis charitatis affectu missa, vnde & ἀπὸ τῆς λέγω. i. colligendo λογίας, vocat Paulus collectiones & eleemosynas. Sensus ergo Pauli potest esse, prout εὐλογία diuersa significat, varius: vno modo, spero q̃ veniens ad vos, in abũdantia benedictionis veniã. i. abundè vobis benedicã, vel spero q̃ veniẽs inueniã vos in eleemosynis erogãdis, ac præstita in oẽs humanitate ad pfectionis apicẽ euasisse. inueniã scilicet vos erga fratres fuisse beneficẽtissimos, & bñdictione ac beneficẽtia erga sctos vsos esse.

CAPVT XVI.

Ommendo autem uobis A
C *Phœben sororem nostrã, quæ est in ministerio ecclesiæ quæ est*[1] *Cenchreis: ut eam suscipiatis in domino*[2] *dignè sanctis: et assistatis ei, in quocunque negocio uestri indiguerit. etenim ipsa quoq; astitit multis & mihi ipsi. Salutate Priscam & Aquilam adiutores meos in Christo Iesu (qui pro anima mea, suas ceruices supposuerunt. quibus non solus ego gratias* Acto. 18.a. *ago, sed & cunctæ ecclesiæ gentium) & domesticam ecclesiam eorum. Salutate Epænetum dilectũ mihi: qui est primitiuus Achaiæ in Christo Iesu. Salutate Mariam, quæ multum laborauit in uobis. Salutate Andronicum & Iuniam cognatos & concaptiuos meos: qui sunt nobiles in Apostolis, qui & ante me fuerunt in Christo. Salutate Ampliatum dilectissimum mihi in domino. Salutate Vr-* B *banum adiutorem nostrum in Christo Iesu, & Stachyn dilectum meum. Salutate Apellem probum in Christo. Salutate eos qui sunt ex Aristoboli domo. Salutate Herodionem cognatum meum. Salutate eos qui sunt ex Narcissi domo, qui sunt in domino. Salutate Tryphenam & Tryphosam quæ laborant in domino. Salutate Persidem charissimam, quæ multũ laborauit in domino. Salutate Rufum electum in domino, & matrem eius & meam. Salutate Asyncritum, Phlegontem, Hermen, Patrobam, Herman: & qui cum eis sunt, fratres. Salutate Philologon & Iuliam, Nereum & sororem eius & Olympiadẽ: & omnes qui cum eis sunt, sanctos. Salutate inuicem in osculo sancto. Salutãt uos omnes ecclesiæ Chri* Philip. 3.d. *sti. Rogo autem uos fratres, ut obseruetis eos qui dissentiones &* C *offendicula præter doctrinam quam uos didicistis, faciũt: & declinate ab illis. Huiusmodi enim Christo domino nostro non seruiunt, sed suo uẽtri: & per dulces sermones & benedictiones*[3] *seducunt corda innocentiũ. Vestra enim obedientia, in oĩ loco diuulgata est. Gau deo igitur in uobis. Sed uolo uos sapientes esse in bono: & simplices in malo. Deus aũt pacis cõterat*[4] *Satanam sub pedibus uestris uelociter.* D *Gratia domini nostri Iesu Christi uobiscũ. Salutat uos Timótheus adiutor meus: et Lucius, et Iason, & Sosipater cognati mei. Saluto uos ego* Acto. 16.a. *Tertius*[5] *qui scripsi epistolam in domino. Salutat uos Caius hospes me⁹, &*[6] *uniuersa ecclesia. Salutat uos Erastus*[7] *arcarius ciuitatis, & Quartus frater. Gratia domini nostri Iesu Christi cũ oĩbus uobis. Amẽ.* [8] *Ei aũt qui potẽs est uos cõfirmare iuxta euangeliũ meũ & prædicationẽ Iesu Christi, secundũ reuelationẽ mysterij, temporibus æternis taciti (quod nũc patefactũ est per scripturas prophetarũ secundũ præceptum æterni dei ad obeditionem fidei) in cunctis gẽtibus cogniti, soli sapienti deo per Iesum Christum, cui honor & gloria in secula seculorũ. Amen.*

1. *Cenchreæ*, huius nominis oppidum est in Troade, similiter & in Italia, tamen hoc loco est portus & statio naualis Corinthiorum.
2. *Dignè sanctis*, i. pro dignitate sanctorum, & quemadmodum sanctos suscipere par est.
3. *Benedictiones*, id est, adulationes, id enĩ significat Græcum εὐλογίαι.
4. *Satanam*, non dæmonem tantum, sed omnem aduersarium, id enim significat vox Hebrea Sathan, vnde Christus Petro, vade retro me Sathanas.
5. *Tertius*, non ordinis nomen, sed viri.
6. *Vniuersa ecclesia*. Græci nunc habent καὶ τῆς ἐκκλησίας ὅλης, id est, & vniuersæ ecclesiæ: refertúrque ad τὸν hospes, scilicet me⁹ & vniuersę ecclesię hospes. 7. *Arcarius*. Græce dispẽsator & quęstor dicĩ, q vniuersam dom⁹ curã habet. 8. *Ei autẽ*. hic locus propter longũ hypbaton & eclipsin aut παρέλκον aliquod ad finem subobscurus est: mihi sic videtur reddi posse, Ei autem qui potest vos confirmare iuxta euangelium meum & prædicationem Iesu Christi, id est, de Christo Iesu, per reuelationem mysterij ab æterno taciti, nunc autem patefacti, & per scripturas prophetícas iuxta ęterni dei dispositionem à cunctis gẽtibus, vt fidei obediatur, cogniti: ei, inquam, soli sapienti deo per Christum Iesum, sit honor & gloria: & hoc modo ᾧ cui, & Græcè ᾧ, iuxta Photij sententiã παρέλκει & supfluit: quod si nõ vis tollere, sic ordina: Ei qui potẽs est, &c. soli sapiẽti deo, sub. gratias agite ꝑ Iesum Christũ, cui honor & gloria, &c. Modus aũt quo cõfirmare ac stabiles in fide de⁹ potest reddere est per *reuelationẽ mysterii taciti*, mysterij, inquã, de vocatione gẽtiũ ad fidẽ. qd eũ cõfirmare magis poterat gẽtes, q̃ qd hacten⁹ tacitũ & occultũ fuerat mysteriũ, nũc intelligere patefactum,

ctũ & ex scripturis,pphetarũ à cunctis gẽtibus cognitũ?prout fieri æternus deus ordinauerat ad obeditionẽ fidei,vt scilicet fidei ab oĩ bus obediretur.

¶ Scripta fuit è Corintho Epistola per Phœben Cenchreensis ecclesiæ ministram.

Argumentum Epistolæ 1. ad Corinthios.

CORINTHII Achaici sunt,quorum metropolis Corinthus. Hos Paulus apostolus ab humanæ Philosophiæ fastu,atque inani magistrorum suorũ venditatione ad humilem crucis doctrinam & de Christo gloriationem abducit:& excommunicato fornicario ab omni eos libidine & auaritia dehortatur,quantum cuique datur ad continentiam inuitans,sic tamen vt matrimonium prælata virginitate non damnet:obiter verò suam authoritatẽ aduersus Pseudoapostolos & libertatẽ asserens,damnat quòd promiscuè idolo latrarum mensa cum aliorum offendiculo vtantur. Hinc nõnullis de publica honestate præfatis, damnatisq; eorum in Christianis cõuiuiis,schismatibus, ad digne sumendam Eucharistiam hortatur: postmodum enumeratis variis ecclesiastici corporis donis,ad charitatem maxime & prophetiã inuitat. demum in resurrectionem vitæ confirmatis,atque ad faciendam eleemosynam cohortatis,salutationibus epistolam claudit.

EPISTOLA DIVI PAVLI APOSTOLI AD CORINTHIOS I.

ARGVMENTVM Cap. I.

¶ Præposita epigraphe,& nonnihil illis collaudatis,schismata illorum damnat,similiter & humanam sapientiam:quaneglecta,& cum suis professoribus reprobata,stultos mundo ignobilesq;,& abiectos, in euangelii prædicationem Christum delegisse ostendit.

CAPVT I.

PAVLVS *uocatus* A *Apostolus Iesu Christi, per uoluntatem dei, & Sosthenes frater ecclesiæ dei*

1. *Sanctificatis.* prædixit, ecclesiæ dei,subdit autem quę est illa ecclesia, ipsis scilicet in Christo Iesu per baptismum sanctificatis.

que est Corinthi[1]*, sanctificatis in Christo Iesu,uocatis sanctis cũ omnibus qui inuocant nomen domini nostri Iesu Christi in omni loco*[2] *ipsorũ & nostro,gratia uobis & pax à deo patre nostro & domino Iesu Christo.Gratias ago deo meo semp p uobis,*[3]*in gratia dei quæ data est uobis in Christo Iesu.quòd in oĩbus diuites facti estis in illo,*[4] *in omni uerbo,& in omni sciẽtia,*[5] *sicut testimoniũ Christi confirmatum est in uobis,ita ut nihil uobis desit in ulla gratia,expectantibus reuelationem domini nostri Iesu Christi,qui & cõfirmabit uos usq; in finẽ sine crimine,in die aduẽtus domini nostri Ie-*

B 1.th. 5.d. *su Christi.*[6] *Fidelis deus: p quẽ uocati estis ĩ societatẽ filij eius Iesu Chri*

2. *Ipsorum*

2. *Ipsorum & nostro.* qui inuocant nomen domini in omni loco, siue *ipsorum*,id est,vbilibet apud gentes,*siue nostro*,id est, Hierosolymis, quòd olim Iudæi putarent nephas esse,si alibi adoraretur . Salutat autem,inquit Chrysostomus,non Corinthios modò,sed quotquot vbique sunt fideles.Photius refert τῶν ipsorum & nostro,ad Græca κυρίου ἡμῶν, vt sit sensus, qui inuocant nomẽ domini nostri Iesu Christi, domini,inquam,ipsorum & nostri: sic enim legendum est secundũ illum,non nostro.

3. *In gratia.* i. ob gratiam *quæ data est vobis in Christo.* i. per Christum.

4. *In omni verbo.* i. inquit Theophy. p sermonem dei habetis & scientiam, vt & intelligẽdi vobis facultas adsit,& eloquendi.

5. *Sicut testimonium.* gratias, inquit ,ago deo , quòd *in omnibus*, Græcè ἐν παντὶ, .i. omnino, *diuites facti estis in illo.* i. per Christum in oĩ verbo & scientia, sicut testimoniũ Christi cõfirmatũ est in vobis , pro, sicut Græci habẽt, καθώς, quod Græca scholia exponunt p διὰ τῶν. i. per quæ. sic enĩ explicãt, per sermonẽ enĩ & donatã à deo scientiã testimoniũ Christi à vobis creditũ in vobis confirmatũ est. Photius interptatur τὸ μαρτύριον χριστοῦ, voluntariã & salutarẽ Christi passionẽ. interptatur etiã testimoniũ Christi: testimoniũ illorũ de Christo,ipsa scilicet gratuita signorũ dona,& visibiles gratias q̃ in primitiua ecclesia credẽtib⁹ cõferebãt, & ita ordinat lectionẽ: diuites facti estis in oĩ verbo & sciẽtia,sicut pspicuũ est ex testimonio Christi ĩ vobis cõfirmato. i. ex ipsi⁹ donis & gratiis ĩ vos ab illo collatis,ĩter quas sunt gratia sermõis & gratia sciẽ-

6. *Fidelis deus.* i. verax. πιστὸς enĩ aliqñ significat veracẽ & fide (tiẽ. dignũ,aliquãdo certũ & indubitatũ,vnde frequẽs est Paulo, πιστὸς ὁ λόγος: quod interpres semper vertit, fidelis sermo, nos vertere possumus

sumus certa, & indubitata res est: sicut verbū & sermo Hebreis nō tā pro locutione ipsa, q̄ p re ipsa facta sumitur, & pro rebus gestis.

7. *Id ipsum*, id est, perinde inuicem sentiatis.

8. *Sitis autem perfecti*, Græcè est, ἦτε δὲ κατηρτισμένοι ἐν τῷ αὐτῷ νοὶ καὶ ἐν τῇ αὐτῇ γνώμῃ: quanq̄ interpres pro γνώμῃ legit γνώσει. i. sciētia. Est aūt horū verborū sensus, vt sitis integri & pfecti in eadē mente & sententia, non habentes scissa inuicē per discordiā mēbra. vel, vt sitis concordes & vnanimes in eademmente & sententia. καταρτίζω enim significat ex multis vnū conficere, vnde p recōciliare, atq; ad concordiam & vnitatem reducere ponitur.

9. *Chloes*. Si loci aut mulieris nomen sit chloe, ignorāt interpretes omnes.

10. *Ego quidē*. Ambrosius putat non dānari hoc loco Corinthios, q̄ Paulo, aut Apollo, aut Cepha præceptore gauderent, qui boni & fideles: sed suppositis nominib⁹ taxari putat hereticos, quorū nomina sibi venditabant seducti Corinthij, sicut cap. 4. ait: Hæc autem fratres transfiguraui in me & Apollo propter vos, vt in nobis discatis ne suprà quàm scriptum est, vnus aduersus alterum infletur pro alio: & ita Græca scholia. Quòd si de quouis indifferēter vis intelligi, dānat Paul⁹ eos qui salutē vni deo acceptā baptistis suis & magistris neglecto Christo tribuebant: vnde postea ait, gratias se agere deo, q̄ neminem illorum baptizauerit nisi Crispum & Caium, ne quis dicat in quit, quòd in nomine meo *baptizati estis*, siue baptizaui, vt Græca habent, scilicet ἐβαπτισα.

11. *Sapientia*

sti domini nostri. Obsecro autem uos fratres per nomen domini nostri Iesu Christi, ut[7] *idipsum dicatis omnes, & non sint in uobis schismata:*[8] *sitis autem perfecti in eodē sensu, & in eadem sententia. Significatum est enim mihi de uobis fratres mei, ab iis qui sunt*[9] *Chloes, quia contentiones sunt inter uos. Hoc autem dico, quòd unusquisque uestrum dicit,*[10] *Ego quidē sum Pauli, ego autem Apollo, ego uerò Cephæ, ego autem Christi. Diuisus est Christus? Nunquid Paulus crucifixus est p uobis, aut in nomine Pauli baptizati estis? gratias ago deo meo, quòd neminem uestrum baptizaui, nisi Crispum & Caium: ne quis dicat, q̄ in nomine meo baptizati estis. Baptizaui aūt & Stephanæ domū. Cæterū nescio si quē aliū uestrum baptizauerim. Nō enī misit me Christ⁹ baptizare, sed euāgeliza-*

re,[11] *non in sapientia uerbi, ut non euacuetur crux Christi. Verbum enim crucis,*[12] *pereūtibus quidē stultitia est: iis autē qui salui fiūt, id est nobis, dei uirtus est. Scriptum est enim, Perdā sapientiā sapiētium: & prudentiā prudentium reprobabo.*[13] *Vbi sapiēs? ubi scriba? ubi inquisitor huius seculi? Nónne stultā fecit deus sapientiā huius mundi?*[14] *Nā quia in dei sapientia non cognouit mūdus per sapientiā deum: placuit deo p stultitiā prædicationis, saluos facere credētes. Quoniā &*[15] *Iudæi signa petūt, & Græci sapiētiā quærūt: nos autē prædicamus Christū crucifixū,*[16] *Iudæis quidē scandalū, gētib⁹ autē stultitiā: ipsis autē uocatis Iudæis atq; Græcis, Christū dei uirtutē et dei sapiētiā. quia*[17] *quod stultū est dei, sapiētius est hominib⁹: stultitia, saluos facere credentes.*

Esa. 29. e Abd. 1. c. Esa. 33. c.

11. *Sapientia uerbi*. Græcè σοφία, id est, eloquentia sermonis vel in humana sapientia, quæ verbis tantum constat, *vt non euacuetur crux Christi*. i. ne inutilis reddatur & inanis fiat, dū homines, vi humanę eloquentiæ salutem se assecutos credent, non vi passionis.

12. *Pereuntibus*. i. incredulis, qui cū humana sua sapientia pereunt, ridicula res videtur & stultitia: ijs autem qui salui fiunt fidelibus, dei virtus ac potētia: virtus enim dei est ad salutem omni credenti, Roma. 1.

13. *Vbi sapiens*, scilicet philosophus gentilium, *vbi scriba*, doctor Iudæorum, *vbi inquisitor seculi*. Græcè συζητητὴς, quod significat altercātem disputatorem, qui suis ratiocinationibus & argutijs omnia vult assequi. Cirillus τὸν γραμματέα, quod interpres vertit scribā, interpretatur grammatistam, grā matices professorem poetarumque prælectorem & interpretem.

14. *Nam quia, &c.* i. quia mū dani & carnales, dei sapientiam Christum neglexerūt, neq; eo prædicante patrem voluerūt agnoscere, placuit deo per stultitiam prædicationis, quæ eis habebatur p

15. *Iudæi signa petūt*. vt ī euāgelio, magister volum⁹ à te signū videre, & multis alijs locis. *Græci sapientiā*. i. philosophicas rationes querūt.

16. *Iudæis quidem scandalum*, in quem negligentes, & crucifigentes offenderunt. *gentibus autem stultitiam*, quia ridiculum putabant Christum deum passum, & mortuum.

17. *Quod stultum est dei*. i. stultitia dei, & infirmum dei, id est, infirmitas, id scilicet quod in deo & Christo ridiculum putāt & imbecille.

18. *Videte enim vocationem*, id est, considerate qualis est multitudo ad fidem vocatorum, quia inter eos non multi sapientes *secundum carnem*, id est, secundum apparentiam & externam doctrinam, quia secundum deum sapientes erant.

19. *Ea quæ non sunt*, id est, nihili habentur. *Vt ea quæ sunt*, id est, quæ mundo habentur in pretio destrueret.

20. *Vt non glorietur omnis caro*, id est, omnis homo se vocatum vel ob scientiam, vel ob natalium claritatem, vel fortitudinem, vel existimationem & authoritatem.

21. *Qui factus est nobis sanctificatio*, id est, per quem sanctificati & redempti sumus. *Vt qui gloriatur*, id est, gloriari volet, in domino, per quem redemptus est, glorietur.

1. *In sublimitate*, id est, eminentia eloquentiæ, aut sapientiæ, id est, humanę philosophiæ.

2. *Non in persuasibilibus*, id est, exquisitis ad persuadendum verbis, *sed in ostensione spiritus & virtutis*, id est, non humanæ philosophiæ & eloquętiæ præsidio armatus, sed spiritum deiq; virtutem præ me ferens. *Vt fides vestra*, id est, ne fidem vestram non tam dei virtuti per nos

& quod infirmũ est dei, fortius est hominibus. 18 *Videte enĩ uocationẽ uestrã fratres, quia nõ multi sapientes secundũ carnẽ, nõ multi potẽtes, nõ multi nobiles, sed quæ stulta sunt mũdi elegit deus, ut cõfundat sapiẽtes: & infirma mũdi elegit deus, ut cõfundat fortia, & ignobilia mũdi & cõtẽptibilia elegit deus, &* 19 *ea quæ nõ sunt, ut ea quæ sunt destrueret,* 20 *ut nõ glorietur oĩs caro in cõspectu eius. Ex ipso autẽ uos estis in Christo Iesu,* 21 *qui factus est nobis sapientia & iustitia & sanctificatio & redemptio: ut (quemadmodum scriptum est) Qui gloriatur, in domino glorietur.* Hier. 9.g. 2.Co. 10.d.

ARGVMENTVM Cap. 2.

¶Sapientiam dei philosophis, Pharisæis, & dæmonibus incognitam, non humana eloquentia, sed dei virtute, & spiritu sancto fretũ se prædicare asserit, animalis et spiritualis hominis distinctionẽ faciẽs.

CAPVT II.

ET ego cùm uenissem ad A
uos fratres: ueni non [1] *in sublimitate sermonis aut sapiẽtiæ, annũciãs uobis testimoniũ Christi. Nõ enĩ iudicaui me scire aliqd iter uos, nisi Iesũ Christũ, et hũc crucifixũ. Et ego ĩ infirmitate & timore et tremore multo fui apd uos, et sermo meꝰ et prædicatio mea* [2] *nõ*

operanti, quàm humanæ sapientiæ tribueretis.

3. *Non huius seculi.* Græca scholia interpretantur sapientiam huius seculi, sapientiam humanam & temporariam, quæ in præsenti tantùm tempore manet, *neq; principum huius seculi qui destruũtur.* Græcè τῶν καταργουμένων, id est, qui abolentur & euanescũt: de qua scientia postea ait, *quã nemo principum huius seculi cognouit:* p quos intellige oratores & philosophos, aut iuxta Chrysostomũ, Herodem, Pilatũ, & Iudæos: qui etsi nonnullã Christi cognitionem habuerint, nunq̃ tamen cognouerunt esse deũ: quia si cognouissent, nunq̃ dominum glorię crucifixissent: sicut in Actis ait Petrus, Scio q̃ per ignorãtiã fecistis, sicut principes vestri. Ambrosius interpretatur de dæmonibus: qui si verè deum & redemptorem nossent, nunq̃ eius mortem procurassent.

4. *Sed sicut scriptũ est.* Quidam Latini codices, ac bona pars non habebant sed: atque ita commodior sensus, Loquimur dei sapientiã in mysterio quæ absconditа est: sicut scriptũ est, quod oculus nõ vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderũt, quæ præparauit deus ijs qui diligunt illum, quæ verò intercedunt, quam prædestinauit, vsque ad ϗ, *sicut scriptum est*, per parẽthesim legenda sunt, atque ita est sensus, quę quidem sapientia absc̃odita est, sicut scriptũ est: Quod oculus, &c. ex ijs enim Esaiæ verbis manifestum est fuisse absconditã illam sapientiã. Græca autẽ lectio habet *sed*, nec lectione Latina clarior est, propter duos articulos subiunctiuos sine vllo antecedẽte: sic enim habet, ἀλλὰ καθὼς γέγραπται, ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, ἃ ἡτοίμασεν ὁ θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν. i. ad verbum: sed sicut scriptũ est, quæ oculus nõ vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ præparauit deus diligentibus illum: quidam locus est vnus ex eclipticis Pauli: cui vt nonnihil suppleamus, altero istorum

in persuasibilibus humanæ sapientiæ uerbis, sed in ostensione spiritus & uirtutis: ut fides uestra non sit B
in sapientia hominum, sed in uirtute dei. Sapientiam autem loquimur inter perfectos: sapientiã uerò, [3] *nõ huius seculi, neq; principũ huius seculi, qui destruuntur: sed loquimur dei sapientiã in mysterio, quæ absc̃odita est, quã prædestinauit deus ante secula in gloriam nostrã, quã nemo principũ huius seculi cognouit. si enim cognouissent: nunquam do-*
Esa. 64.b. *minum gloriæ crucifixissent.* [4] *Sed sicut scriptum est, Quod oculus non*

istorum modo medebimur: Si enim cognouissent, nunq̃ dominum gloriæ crucifixissent: sed sub. nõ cognouerũt, sicut scriptũ est: Quæ oculus nõ vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderũt: subaudi, ea sunt quæ præparauit deus ijs qui diligunt illum: ipse scilicet Christus, vt exponũt Græca scholia: τί δὲ ἠτοίμασε τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν; ἡμῖν Χριστὸν δηλαδή, καὶ τῷ διὰ τῆς ἐναν-θρωπήσεως σωτηρίαν, id est, quid verò præparauit diligẽtibus illũ? Christum videlicet, & nostram per eius incarnationẽ salutem. Si ergo manifestum est ex Esaia, ea quæ deus præparauit diligẽtibus se, neque oculo percepta, neq; auribus audita, neque mente à quoquam hominum concepta ante fuisse, ipsum videlicet Christũ, perspicuũ quoq; principes mundi huius dominum gloriæ nõ cognouisse. Alio modo sic medebimur eclipsi, referendo τὸ *sed sicut scriptum est*, ad id quod præcessit: Loquimur sapientiam non huius seculi, sed sicut scriptum est, loquimur ea quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt: ea videlicet quæ nec visu cerni, nec mente percipi possunt: quæ quidem præparauit deus diligentibus illũ. Necesse propter incommodũ tã Græcę quàm Latinę lectionis paulò coactiorem esse connexionem, si quis meliorem nouerit, afferat: & libenter accipiemus.

uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderũt, quæ præparauit deus ijs qui diligunt illum: nobis autem reuelauit deus per spiritum suũ. spiritus enim omnia scrutatur: etiam profunda dei. Quis enim hominum scit quæ sunt hominis: nisi spiritus hominis, qui in ipso est? Ita, & quæ dei sunt nemo cognouit: nisi spiritus dei. Nos autem non spiritũ huius mundi accepimus: sed spiritũ qui ex deo est, ut sciamus quæ à deo donata sunt nobis: quæ & loquimur, non in doctis humanæ sapientiæ uerbis, sed in doctrina spiritus,[5] *spiritualibus spiritualia com-*

5. *Spiritualibus spiritualia comparantes.* Græcè πνευματικοῖς πνεύματικὰ συγκρίνοντες: hunc locum ita Theodorus Græcus interpretatur, cuius Græca ob breuitatem chartæ relinquimus. Nos ita vertimus: Quapropter quum doctrina nobis spiritus sufficiat, humana sapientia opus non habemus, πνευματικοῖς πνευματικὰ συγκρίνοντες, id est, per spiritus sancti miracula doctrinã illius confirmantes. Quod enim dixit συγκρίνοντες, non pro eo posuit quod dicunt παρεξετάζοντες, id est, certis signis aut argumẽtis, si quod dubiũ oritur

tur demonstrãtes & cõfirmantes. Et ad hũc sensum accedit Chrysosto. Quum enim dixisset Paulus, non in doctis humanæ sapientiæ verbis, sed in doctrina spiritus, subdidit πνευματικοῖς πνεύματικὰ συγκρίνοντες. Et quidnam hoc significet, ait Chrysost. hoc est, quum spirituale dubium est, à spiritualibus testimonia adducimus. Significat & συγκρίνειν, qđ Cicero dixit contendere, id est, vnum cũ alio cõferre, & hoc modo intelligi potest, si qua in fide ambiguitas oritur, non humana ratione, aut sapiẽtia opus habemus, sed spiritualia spiritualibus contendimus, vnumq; scripturæ locum cum alio con-

D *parantes. Animalis autem homo non percipit ea quæ sunt spiritus dei. stultitia enim est illi, & non potest intelligere:*[6] *quia spiritualiter examinatur.*[7] *Spiritualis autem iudicat oĩa: & ipse à nemine iudicatur. Sicut scriptũ est,*[8] *Quis enim*

Esa. 40.d Sap. 9.c

tendentes & comparantes dubia soluimus.

Rom. 11.d

6. *Quia spiritualiter examinatur.* Græcè ψυχικὸς ἄνθρωπος δὲ δέχεται τὰ τοῦ πνεύματος θεοῦ, μὴ δὲ δύναται γνῶναι, ὅτι πνευματικῶς ἀνακρίνεται. hoc autẽ loco si ὅτι sit relatiuũ qđ, sensus est, *animalis homo*, qui scilicet animi sui sensum ac libidinẽ tantũmodo sequitur, nõ pcipit ea quæ sunt spiritꝰ dei, nec potest intelligere id qđ spiritualiter diiudicatur: id enim significat ἀνακρίνω. Sin ὅτι sit cõiunctio, referẽdũ est τὸ ἀνακρίνεται singulare more Attico, ad τὰ τοῦ πνεύματος θεοῦ, vt sit sensus, qꝑ aĩalis homo nõ pcipit ea quę sunt spiritꝰ dei, qa illa spiritualiter discutiũtur & diiudicãtur. Diuꝰ Ambr. legit qa spiritualiter iudicatur, vt sit sensus, aĩalis homo nõ potest capere quæ sunt dei, quia iã spiritualiter iudicatus est & dãnatus in reprobũ sensum. certè Græca lectio aliter intelligi nõ potest q̃ vno ex his tribus modis.

2. Pe. 1.c

7. *Spiritualis autẽ*, &c. iudicat, Græcè ἀνακρίνει. i. diiudicat, discernit & discutit oĩa, *& ipse à nemine iudicatur.* Chryso. interpretatur hoc loco ἀνακρίνεται arguitur, vel à nemine discutitur. i. nemo de eius doctrina & sciẽtia inquirit. Sic enim Photiꝰ interpꝫtatur διὸ ὑπ' οὐδενὸς ἀνακρίνεται. i. ideo à nemine (de sua videlicet doctrina) iterrogatur: nõ à fidelibꝰ, qꝑ ab eis nõ dissideat neq; dissonet: nõ ab incredulis, qꝑ illorũ interrogatiõe & examine superior sit: potest quoq; sensus esse, qꝑ spũalis q sensum & spiritũ dñi habet ἀνακρίνει. i. oĩa di iudicat, de oĩbꝰ discernit: nouit enĩ qd bonũ, quid malũ, ipse autẽ à nemine, ἀνακρίνεται. i. diiudicatur. Nemo enĩ nõ spiritalis, facta hoĩs spiritalis diiudicare põt: q̃ nõ nisi p spiritũ dei diiudicãt & discutiũt.

8. *Quis enim.* Photius hunc locũ iunctũ cũ precedentibus hyperbaticè

ticè legit,vt sit sensus,animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus dei,quis enim (sicut scriptum est) cognouit sensum domini? aut quis instruxit eum,aut instruet,vt græcè est συμβιβάσει;nos autem sensum domini habemus.i.mentē ipsius tenemus ac nouimus, cætera autē quę intercedunt per parēthesim legit,atque ita *sicut scriptum est*, referetur ad id quod præcessit non percipit animalis homo,&c. *Quis enī nouit*,&c.sicut scriptum est.

cognouit sensum domini, aut quis instruxit eum? Nos autem sensum Christi habemus.

ARGVMENTVM Cap. 3. *Schismatibus illorū rursum damnatis,docet nequaquam in præceptoribus, sed in deo gloriandum & Christo, quod est firmissimum fundamentum: cui prout quisque superædificauerit, mercedē accipiet.*

CAP. III.

E *T ego fratres non potui uobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus,*[1] *tanquam paruulis in Christo,*[2] *lac uobis potum dedi, non escā: nondū enim poteratis, sed nec nunc quidem potestis, adhuc enim carnales estis. Cum enim sit inter uos*[3] *zelus & contentio, nónne carnales estis, &*[4] *secundum hominem ambulatis? Cum enim quis dicat, Ego quidem sum Pauli: alius autē, Ego* B *Apollo: nónne homines estis? Quid igitur est Apollo? Quid uerò Paulus?*[5] *Ministri eius cui credidistis, & unicuique sicut dominus dedit. Ego plantaui, Apollo rigauit, sed deus incrementū dedit. Itaque neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementū dat, deus. Qui autem plantat & qui rigat, unum sunt. Vnusquisque autem propriam mercedem accipiet secundum suum laborē. Dei enim sumus adiutores. Dei agricultura estis. Dei ædificatio estis. Secundum gratiam dei quæ data est mihi, ut sapiēs architectus fundamentum posui:* C *alius autē superædificat. Vnusquisque autem uideat quo modo superædificet.*[6] *Fundamētum enim aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est: quod est Christus Iesus. Si quis autem superædificat super fundamentum hoc,*[7] *aurum, argen-*

Psal. 61.d. Gal. 6.b.

1. *Tanquam paruulis.* Græcè ὡς νηπίοις.i. tāquam pusillis & infantibus: neq; legendū est tāquā paruulis lac vobis potū dedi: vt penè habēt omnes codices: quia Græcè pro vobis est accusatiuus casus ὑμᾶς,potaui scilicet vos lacte,& *paruulis*, vel Græcè νηπίοις est datiuus, ideo ad præcedēs refertur,sed quasi carnalibus,tanquam paruulis in Christo,nō potui, scilicet loqui vobis tanquā in Christo paruulis.

2. *Lac vobis potum dedi.*i.simplicē & facilē doctrinā, non escam.i.solidum cibū.i.perfectiorem, & de altioribus mysteriis doctrinā.sic Heb. 5.facti estis quibus lacte opus sit non solido cibo: & paulopòst: perfectorum autem est solidus cibus, ex quibus & hoc loco constat, non esse passim quoslibet ad sacrarū literarū lectionē admittēdos, sicut Esa.28.c.ait: Quē docebit dominꝰ scientiā,& quē faciet intelligere auditum? ablactatos à lacte,auulsos ab vberibus.

3. *zelus & contentio.* Græci διχοστασίαι,id est,seditiones.

4. *Secūdum hominē.*i.secūdū carnē: ferè enī hō in scriptura,pṕsertim Paulo,p aīali & carnali hoīe sumiī,vnde paulopòst,Nōne hoīes estis.i.carnales? etsi quidā Græci habēt σαρκικοὶ eo loco.i.carnales.

5. *Ministri.* interpres legit, δι' οὗ .i. per quem: eius scilicet, per quem credidistis. Alii legunt δι' ὧν.i.per quos credidistis, & vnicuique sicut dominꝰ dedit: vbi &,latinum cum Græco ☞,παρέλκει,& superfluum est.

6. *Fundamentum enim*: ideo,inquit Ambro.nemo potest ponere aliud fundamentum,quia q̄uis hæretici sint aliqui, non tamen docent nisi sub Christi nomine. Aliter enim cōmenta erroris commendare non possunt,nisi interposito saluatoris nomine prædicēt: vt res cōtrarias & absurdas nominis dignitas faciat acceptabiles. Non ergo statim credamus quibuslibet præclara nomina Christi, fidei, & euangelii sonantibus, & interim à fide & ecclesiæ obedientia fideles seducentibus. Nō enim,inquit Christꝰ,omnis qui dicit mihi domine domine,intrabit in regnum cælorum.

7. *Aurum argentum*, &c.aurum,argentū, & lapides pretiosos,constanter omnes bonam doctrinā bonāque opera fidei superædificata interpretantur. Ligna autem,fœnum,& stipulam,quidā perversam doctrinam & indifferenter mala omnia opera exponunt: quidam venialia tantum peccata. *Dies autem domini*, quibusdam pro die iudicii sumitur,quibusdam pro die afflictionis, quo visum est deo nos affligere: Ignem. autē de quo hoc loco,quidam ignem tribulationum & afflictionum.quidam ignem conflagrationis in vniuersali iudicio,quidam(& melius cum cōmuni ecclesiæ iudicio)ignem purgatorium post mortem explicant. Quòd autem Chryso. eum locum, *Ipse autem saluus erit, sed sic quasi per ignem*,

gnem, interpretatur de peccatore qui saluabitur, non quòd in gloriam sit assumendus, sed quòd saluus erit. i. non annihilabitur, at saluus erit, hoc est sanus & integer asseruabitur, vt igne ardeat perpetuò: sic probè intelligi non potest, nusquā enim salutis aut saluandi verbum scripturæ damnatis tribuunt. Idcirco de igne afflictionis quo etiam iustos deus affligit multi intelligunt, quòd nimirum iustorum vitam & doctrinam ignis afflictionū probabit. Qui si māserint in igne. i. si per quascunque tribulationes dimoueri à recto non possunt, mercedem suæ cōstantię accipiēt. quòd si quædam eorum opera arserint. i. nonnihil per venialia peccata à recto deflexerint, saluabuntur quidem, sed sic quasi per ignē: quia venialia peccata purgabit ignis afflictionum, quas patienter tulerunt. & certè si saluari hoc loco capimus, p eo quod est, assumi ad gloriam (vt meo & ecclesię iudicio sumendum est) necesse est eūdem intelligere, qui aurum, argentum, & fœnū ac stipulam superædificauit: & per lignum, fœnum & stipulam, leuiuscula peccata accipere. Alij meli⁹ cum ecclesia de igne purgatorio accipiunt, per quē si quis lignū, fœnum, & stipulā, id est, venialia peccata fidei superædificauerit, purgatis illis saluabitur. Sic enī Augustinus sermone de sanctis, de peccatis venialib⁹ loquēs: Quicquid, ait, de istis peccatis à nobis redēptū nō fuerit, illo igne purgā dū est, de quo inquit Apostol⁹ quia, in igne purgabitur, Similiter & Theodorit⁹ Græc⁹ in hūc locū ait, τῷ τῷ πῦρ πιστεύομεν καθαρτήριον, ἐν ᾧ κα-

tum, lapides pretiosos, ligna, fœnū, stipulam: uniuscuiusque opus manifestū erit. Dies enim domini declarabit: quia in igne reuelabitur. & uniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit. Si cuius opus manserit, quod superædificauit: mercedem accipiet. Si cuius opus arserit: detrimentum patietur. Ipse autem saluus erit: sic tamen quasi per ignem. Nescitis quia templum dei estis: & spiritus dei habitat in uobis? Si quis autem templum dei uiolauerit: disperdet illum deus. Templum enim dei sanctum est: quod estis uos. Nemo se seducat. Si quis uidetur inter uos sapiēs esse in hoc seculo: stultus fiat ut sit sapiens. Sapiētia enim huius mundi, stultitia est apud deum. Scriptum est enim, Cōprehendam sapientes in astutia eorum. Et iterum, Dominus nouit cogitationes sapientium quoniam uanæ sunt. Nemo itaque glorietur in Infr. 6.d. 2.Co. 6.c. Iob. 5.c. Psal. 93.b.

hominibus, 8 *Omnia enim uestra sunt: siue Paulus, siue Apollo, siue Cephas, siue mundus, siue uita, siue mors, siue præsentia, siue futura. Omnia enim uestra sunt: uos autem Christi: Christus autem, dei.*

ARGVMENTVM Cap. 4.

¶ *Nihil se illorū laudes & gloriā morari asserit, qui oīa pro Christo perpeti destinarint, p* ἐν ᾧ καθαρίζομεν αἱ ψυχαὶ ὡς χρυσίον ἐν τῷ χωνευτηρίῳ. i. hūc ignē credimus esse purgatoriū, in quo aīæ tāq; aurū in cōflatorio purgā tur. Oecumenius quoq; de igne purgatorio itelligit, & refert hunc locū, ipse autē saluus erit, sic tamē quasi per ignē, ad eū de quo antè dixit Paulus, si cuius opus māserit, quæ verò intercedūt, si cui⁹ op⁹ arserit, p parēthesim legit. sic enī ait: αὐτὸς δὲ σωθήσεται τίς; ὁ ἐποικοδομήσας ἐν χρυσὸν, ἢ λίθον τίμιον, ἢ ἄργυρον, ἢ ξύλα, ἢ χόρτον, ἢ καλάμην. εἰπὼν γὰρ περὶ αὐτῶν, ὅτι μισθὸν λήψεται, νῦν λέγει ποῖον μισθὸν, τοῦτέστι πλὴν σωτηρίαν. σωθήσεται δέ γε ἐπωδύνως καὶ αὐτός, ὡς ἂν εἴ τις διὰ πυρὸς παριόντος. καὶ ἐκκαθαιρόμενον ἐν ἑαυτῷ βρῶμα ἔχων ἔνδον. i. ipse autem saluabitur: quis? qui aurū, argētū, lapides pretiosos superædificauerit. cū enī dixisset de eo q̄ mercedem accipiet, nunc qualē mercedē, aperit, salutē scilicet: saluabitur aūt nō sine dolore, vt par est saluari, per ignem transeuntē & adhærētes sibi leues maculas purgantem: quo loco indubie Oecumenius per lignū, fœnū, & stipulam, leuia peccata intelligit: inquit enim, θεῖον γὰρ μόνον ἀτελείως ἀναμάρτητον εἶναι· ὅτι ὁ ἄνθρωποι κἂν ὅτι μάλιστα ὦσι δίκαιοι, τὸ τέλειον εἰσὶ καθαροί. siquidē vni⁹ dei est pfectē peccati expertem esse: homines autē, etiā si maximè iusti fuerint, nunquā tamē perfectè sunt mūdi. is ergo est iuxta Oecumenium Pauli sensus, si cuius opus manserit: mercedē accipiet, is nimirū qui aurū, argentū & lapides precioſos superædificauit: bona videlicet opera q̄ si etiam lignum, fœnum, & stipulam (quæ venialia delicta sunt, & sordes hominis in hac vita ineuitabiles) superædificauerit, detrimentum quidem patietur, quia cum nihil inquinatum intret in domum dei, huiusmodi sordes nonnihil à gloria dei retardant: ipse autem saluabitur, sed quasi per ignem, id est non sine dolore, quem per ignem hinc transiens sentiet: præstat itaque cum ecclesia & doctissimis Græcorum ac latinorum de igne purgatorio intelligere.

8. *Omnia uestra sunt*, id est nos ministri, omniáque nostra, & quicquid vsquam est, vestra sunt, quatenus ad salutem vestram illis opus est: & ideo frustra gloriamini vnusquisque de vestro præceptore, quum omnes ex æquo vestri sint.

1. Sic

1. *Sic nos existimet.* i. nolite nos existimare tanquam salutis vestræ authores, sed Christi tantum saluantis ministros.

2. *Aut ab humano die.* mihi, inquit pro minimo est vt à vobis iudicer, Græce ἀνακριθῶ quod mihi hoc loco sumi videtur pro δοκιμασθῆναι. i. commendari & approbari, ἀπὸ τῆς δοκιμῆς quod probum significat. Certe eo modo sumere videtur quidam Georgius Græcus, ἀνακρίνουσι γὰρ ἦν τὸ λέγειν, ὅτι πρεῖττων ἐστὶν ὁ τοῦ λου, καὶ φᾶς, ἢ ἀπολλῶς, ἢ ἄλλος: τὸ λέγειν, τοῦ λῳ δὲ προσέφερεν τοῦ παύλου ὁ κηφᾶς. Erant enim Corinthi, qui de vno quoque iudicium ferrent, alterum alteri præferentes. eorum ergo, inquit, qui diiudicabant, alius quidem Paulum Cepha & Appollo, alius autem Paulo longè excellentiorem Petrum dicebat: Quorũ omnium testimonia & commendationes nihili faciens Paulus, inquit, mihi pro minimo est, vt à vobis iudicer, aut ab humano die. i. hominum fauore. Quum enim dies pro prosperitate, sicut nox pro aduersitate sumatur: dies humanus dicitur approbatio, fauor, & cõmendatio hominum. Sic Hierem. 17. cap. protestatur domino se, quum prædicando argueretur à multis, non expectasse vt illis placeret, neque fauorem illorum & commendationem quæsisse: Tu es, inquit, laus mea, & diem hominis nõ desideraui, tu scis. Sunt qui hoc loco ἀνακρίνεσθαι sumant pro iudicari & condemnari: & humanum diem, pro iudicio humano: sicut diem domini, pro domini iudicio vt sit sensus: Quoniam erant pseudoapostoli qui Pauli nomen eleuabant vt suum magnificarent: Mihi, inquit, pro minimo est, vt à vobis iudicer, aut ab humano die. i. nihil moror vestrũ, aut cuiusuis hominis de me iudicium: neque enim me ipsum iudico: neque enim cor meum arguit aut cõdemnat me. certè Photius interpretatur nihil mea refert, siue à vobis iudicer, quod quidem mihi in commodum cedet: siue ab humano die. i. siue à quouis alio: inquit enim, ἀλλ' ὁ ὑπὲρ ἄλλος, τῆς ἐμαυτοῦ δὲ ἀλλ' ὁδὲ ἀνθρωπίνης ἡμέρας, id est, sed neque ab alio: id enim significat quum ait, sed neque ab humano die.

3. *Nihil*

naueritinterim verò nonihil eorũ superbiæ interminatur.

CAP. IIII.

[1]Ic *nos existimet homo,* A
S *ut ministros Christi, &* 2.Co.
dispensatores mysterio- 6.a.
rum dei. Hic iam quæritur iter dispensatores: ut fidelis quis inuenia tur. Mihi autem pro minimo est, ut à uobis iudicer, [2]*aut ab humano*

3. *Nihil enim mihi, &c.* i. nullius mihi culpę conscius, sed non in hoc iustificatus sum, fieri enim potest, inquit quidam Græcus, cuius hic verba vertimus, vt nullius mihi culpæ sim cõscius, aliqua tamẽ peccata lateant: ergo cum iustificatũ esse, & esse in gratia idẽ sint, miror quorundam errorem alioqui non imperitorum, qui dicant peccatũ esse, si quis ambigat se iustificatũ esse & in gratia, cum Paulus nullius sibi criminis conscius id sibi polliceri non audeat.

die, sed neq; meipsum iudico [3]*Nihil eni mihi cõscius sũ, sed nõ i hoc iusti ficatus sum. Qui aũt iudicat me, do minus est. Itaq, nolite ãte tẽpus* [4]*iu dicare, quoadusq, uenat dominus, qui e illuminabit abscondita te nebrarum, & manifestabit cõsilia cordium: & tunc laus erit unicui* B *que à deo. Hæc autem fratres* [5]*transfiguraui in me & Apollo propter uos, ut i nobis discatis, ne suprà quã scriptum est, unus aduersus alterũ infletur pro alio.* [6] *Quis enim te discernit? Quid autem habes, quod nõ accepisti? Si autẽ accepisti. quid gloriaris, quasi non acceperis?* [7]*Iam saturati estis, iam diuites facti estis: si ne nobis regnatis. & utinã regnetis: ut & nos uobiscum regnemus.* B *Puto enī quòd deus nos apostolos nouissimos ostendit, tanquam mor*

4. *Iudicare.* i. vel condemnare quẽquã, vel sentẽtiam de eo ferre, siue in malum siue impensius in bonum.

5. *Transfiguraui.* i. cum viderem inter vos contentiones esse de doctorum vestrorum prælatiõe, sub meo & Apollo nomine, illorum pseudoapostolorum vestrorum, ac vestram gloriationem extinguere volui. meo autem & Apollo nomine vsus sum, propter vos, ne si vestros nominatim doctores, vnde gloriamini, nominarem, maiorem vobis præberem dissensionũ causam.

6. *Quis te discernit,* τίς σε διακρίνει. i. quis te præstantiorẽ fecit? Sic enim interpretantur Græca scholia, τίς σε μέρος ἐχειροτόνησεν. i. quis te vel in parte elegit, nimirum præ aliis.

7. *Iam saturati estis.* i. iam oppleti estis, & in omni diuino munere opulenti facti. Est autẽ legendus locus vel ironicè vel interrogatiuè: vt sequẽs locus, sine nobis regnatis, Græci legũt βασιλεύσατε. i. regnastis: regnare aũt sumit, propter eo qđ est, i oĩ diuino bono excellere.

8. *Puto.* i. existimo enī, tãta est vestra gloriatio & superbia, nos nullo numero haberi à vobis, quinimò nouissimos aut abiectissimos sontiũq; & dãnatorũ esse loco. Hoc enī signi. ὡς ἐπιθανατίους: vel, puto

q̄ existimatis nos à deo abiectos, quia nos tāq̄ mortis destinatos ostēdit. i. fecit. *quia spectaculum facti sumus mūdo, ăgelis & hoīb⁹.* i. ideo q̄ quotidie veluti ad bestias theatro dānati circūagimur ad mortē, atq; ita mūdi spectaculum & fabula efficimur.

9. *Nos stulti.* quia. s. Christū p̄dicam⁹ gētilibus stultitiā. Sunt autem hæc verba indignātis & εἰρωνικῶς loquētis.

10. *Infirmi.* Grę. ἀσθενῆς μὲν certā sedē nō habem⁹, vndiq; à maleuolis profligati.

11. *Tāquā purgamēta*, Græcè καθάρματα, Ambr. rectè vertit lustramenta: nos piaculū dicere possumus. Significat aūt καθάρματα, idē q̄ ἀναθέματα, sceleſtos. s. & exitiales hoīes, q̄ publicę calamitatis sedādę gratia nōnullis gētilib⁹ mactabātur: ad q̄d alludēs Paul⁹ tāq̄ catharmata, īqt, & purgamēta facti sumus mūdo, dū offensum deū mūdo nostra īterneciōe placari existimāt īfideles: q̄nimo *Oīm peripsema facti sumus vsque adhuc.* i. vsque ī p̄sētē diē. περίψημα aūt ἀπὸ τ̄ περιψᾶν, q̄d significat radere, abstergere, & limare, significat scobē, ramētū, puluerē q̄ è vestigiis pedū maculatis relīquitur, & quicq̄d limādo deteritur, ac deniq; rē vilē, & quicq̄d oīm penè pedibus cōculcatur. Paulus μεταφορικῶς vsus est pro homine abiectissimo.

12. *Cognoscam*, id est, approbabo.

ti destinatos, quia spectaculū facti sumus mūdo, & ăgelis & hoībus:
9 *nos stulti ꝓpter Christū: uos autē prudentes in Christo. nos infirmi,* C
uos aūt fortes. uos nobiles, nos aūt ignobiles. Vsq; in hāc horā & esuri Acto. 20.g.
mus, & sitimus, & nudi sumus, 1.th.
& colaphis cædimur, & 10 *instabiles sumus, & laboramus operan* 2.b.
tes manibus nostris. maledicimur: 2.th.
& benedicimus. persecutionē pati 3.b.
mur: & sustinem⁹, blasphemamur: & obsecram⁹. 11 *tāquā purgamēta hui⁹ mūdi facti sum⁹, omniū peripsema usq; adhuc.* D *Nō ut cōfundam uos, hæc scribo: sed ut filios meos charissimos moneo. Nā si decē millia pædagogorū habeatis in Christo: sed nō multos patres. Nā in Christo Iesu, per euāgeliū ego uos genui. Rogo ergo uos imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Ideo misi ad uos Timótheum, qui est filius meus charissimus & fidelis in domino: qui uos cōmonefaciet uias meas quæ sunt ī Christo Iesu, sicut ubiq; in omni ecclesia doceo. Tāquā nō uēturus sim ad uos, sic inflati sunt quidā. Veniā autē ad uos citò, si dominus uoluerit: &* 12 *cognoscā non sermonē eorū, qui inflati sunt, sed uirtutē. Nō enim in sermone est regnū*

1. *Omnino*, Græcè ὅλως. Photi⁹ dicit hic esse emphasim, quasi dicat, omnino auditur, nihil est vulgatius ea fornicatione qualis nec inter gentes: Græci addunt ὀνομάζ̄, id est, ne nominatur quidē.

2. *Iam iudicaui.* i. decreui hmōi incestuosum tradere satanæ, vel cod ēnaui eū tradendū satanæ. Quidā aūt dicūt q̄ in primitiua ecclesia potestas erat sāctis hominibus ad peccatorū aīaduersionē dęmonia ī rebelles ĩmittēdi, sicut & expellēdi: quę corporaliter eos ī pœnā cōtumacię afficerēt. Theodorus Græc⁹ sic interp̄tatur, cuius ita verba vertimus: Quodverò ait tradere satanæ, nō hoc dixit tāq̄ id facere ipse p̄ se decreuisset, sed q̄ per abiectionē ab ecclesia, & abalienationē à deo, ī potestatem satanæ veniret. Tradere ergo satanæ hoc modo, est ecclesiæ cōsortio expellere, & quod nos dicimus excōmunicare, rē vt vidēre est, non nouam.

3. *Vetus fermentum.* fermentū in scriptura sæpe q̄ peruersa vita & doctrina sumitur, sicut in euangelio, caue à fermēto Phariſæorū, ita & hoc loco: licet nōnunq̄ è cōtrario ī bonū sumatur, vt apud Matt. Simile est regnū cælorū fermento, &c. Expurgate ergo (inquit) vetus fermētū i. peruersam vitam & doctrinam abiicite, vt sitis noua consperſio, Græcè φύραμα, quam pastam vocant, noua inquam, nouitate vitæ, sicut

dei: sed in uirtute. Quid uultis? in uirga ueniam ad uos: an in charitate, & spiritu mansuetudinis?

ARGVMENTVM Cap. 5.

¶ Fornicariū excōmunicat, à quo, atque omni alio pēssore publico fugiendū docet.

CAP. V.

A 1 *Omnino auditur inter uos*
o *fornicatio: & talis fornicatio, qualis nec inter gētes: ita ut uxorē patris sui aliquis habeat. Et uos inflati estis: & non magis luctū habuistis, ut tollatur de medio uestrū qui hoc opus fecit, ego quidē absens corpore, præsens aūt*
B *spiritu,* 2 *iā iudicaui ut præsens, eū*
Cole. 2.a. *qui sic operat⁹ est, in nomine domini nostri Iesu Christi, cōgregatis uobis & meo spiritu, cū uirtute domini nostri Iesu tradere hmōi homini satanæ in interitū carnis, ut spiritus saluus sit in die domini nostri*
C Iesu Christi. *Non est bona gloriatio*
Gal. 5.b. *uestra. Nescitis quia modicū fermētū, totā massam corrūpit? Expurgate* 3 *uetus fermētū, ut sitis noua consperſio, sicut estis azymi, Etenim*

estis azymi, id est, puri, & baptismo sanctificati.

4. *Pascha nostrum.* i. paschalis agnus nostri gratia īmolatus. Sicut ergo Iudæi in pascha fermento abstinebant, ita Christianos quos spirituale pascha semper facere oportet, abstinere par est à veterū delictorum fermento.

5. *Scripsi vobis in epistola.* num aliā scripserit epistolam quę perierit, ex hoc loco dubitari pōt, sed nihil ad sensū. scripsi, īqt, vobis in epistola, ne cōmisceamini fornicariis. Nō vtique fornicariis huiꝰ mūdi. i. non inhibui vobis conuersari cū fornicariis gētilibꝰ, sed si qs fratrū. i. Christianorū huiusmodi est, volo vos ab illo fugere: alioqui si fugiēdi vobis essent gētiles fornicarii, ab hoc mūdo exeūdū vobis esset, qui totus plenus est huiusmodi hominum.

6. *De his qui foris sunt.* i. gētilibꝰ qui sūt extra ecclesiā, & de his qui intus sunt. i. Christianis. Nō ergo quisquis in pctō mortali est, quod Luther us finxit, is statim excōmunicat ꝰ est, donec ab ecclesia sit talis noīat ꝰ. Nā fornicatores & auaros Christianos īt ꝰ ī ecclesia dicit esse Paul ꝰ.

7. *Auferte malū.* Græcè ἐξαιρεῖτε ἐν ὑμῖν πονηρόν. i. tollite sceleros um illū, vt de homine, nō de peccato itelligam ꝰ

1. *Iudicari apud iniquos.* Græcè, ἀνακρίνεσθαι. i. causam dicere & litigare: quod magis hoc loco quadrat. Iniquos autem gentiles vocat, & sanctos Christianos.

4 *pascha nostrum īmolatus est Christus. Itaque epulemur non in fermēto ueteri, neque in fermento malitiæ & nequitiæ, sed in azymis synceritatis & ueritatis.* 5 *Scripsi uobis in epistola, Ne commisceamini fornicariis. non utique fornicariis huius mūdi, aut auaris, aut rapacibus, aut idolis seruientibus: alioquin debueratis de hoc mundo exisse. Nunc autem scripsi uobis, non cōmisceri: si is* D *qui frater nominatur inter uos, est fornicator, aut auarꝰ, aut idólis seruiens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax: cum eiusmodi, nec cibū sumere. Quid enim mihi* 6 *de iis qui foris sūt iudicare? Nónne de iis qui intus sunt uos iudicatis? nā eos qui foris sunt, deus iudicabit.* 7 *Auferte malum ex uobis ipsis.*

ARGVMENTVM Cap. 6

¶ *Illorū dānat auaritiā, qui de re leuicula, vtpote repetūdis pecuniis apud infideles litigarēt, admonēs eos aut iacturā potius leuē rerū suarū facere, aut de illis ītersē iudicare. Deīde exclusis à regno dei pctoribus, ab oīllos fornicatiōe deterret.*

CAPVT VI.

V det aliquis uestrū habēs A
a negotiū aduersus alterū,
1 *iudicari apud iniquos,*

2. *In vobis.* i. per vos iudicabitur mūdus: siue nūc ex īnocēti vita vestra, siue olim in extremo iudicio.

3. *Qui de minimis iudicetis.* Græcè ἀνάξιοί ἐστε κριτηρίων ἐλαχίστων. ad verbū, īdigni estis minimis iudiciis. i. īdigni estis q de minimis litigetis: & sic mihi pcōtādi mō legi debere videtur. i. nolite ob leuiuscu

& non apud sanctos? An nescitis quoniam sancti de hoc mundo iudicabunt? Et si 2 *in uobis iudicabitur mundus: indigni estis* 3 *qui de minimis iudicetis?* Nescitis quoniam 4 *angelos iudicabimus?* 5 *quanto magis secularia? Secularia igitur iudicia si habueritis: contēptibiles qui sunt in ecclesia, illos constituite ad iudi-* B *candum.* 6 *Ad uerecundiam uestrā dico. Sic nō est inter uos sapiēs quis-*

las causas sicut de pecuniis repetūdis & hmōi apud gētiles litigare. Nam si per vos iudicandus est mundus, indigni ne estis qui de huiusmodi ītervos iudicetis? minima autē iudicia, inquit Theodorus, τὰ περὶ τῶν χρημάτων ἐκκλίσεων. i. ea quæ pecunias cōcernūt, appellauit: quū aūt κριτήριον forū iudiciale signi ficet, Photius Græcus ītērpta tur, indigni estis abiecto illo foro gentilium. Verborū aūt Græcorum hic sensus est: Si hunc mūdum & angelos iudicabimus, quomodo nō indignū est causam vos apud īfideles dicere, & ab illis iudicari? Hoc enī manifestat cū īquit: Si ī vobis iudicabitur mūdꝰ, ἀνάξιοί ἐστε κριτηρίων ἐλαχίστων. id est, īdigni estis iudiciis minimis?

4. *Angelos iudicabimus.* i. dæmones per contrariam vitam.

5. *Quanto magis secularia.* Græcè βιωτικά. i. de his quæ ad victū pertinēt: sic enim Photius interpretatur: Si angelos iudicaturi sumus q̄to magis idonei sumus cōtētiones & rixas de vitæ necessāriis ortas dissoluere? idē tamē postea īterpretatur βιωτικά, seculares & cōmunis nobiscū naturæ hoīes: Nā si angelos, īquit, ipsos scilicet incorporeos dæmones iudicare possumus, πόσῳ μᾶλλον ὁμοφυεῖς ὁμοδιαίτους. i. q̄to magis affines & cōtubernales? p̄stat tamē primo mō ītelligere & similiter id qđ sequtur: secularia igitur iudicia si habueritis. i. si necesse fuerit de eiusmōi iudicare q̄ ad cōmunē hominū vsū ptinēt (id enī significat τὰ βιωτικά) cōtēptibiles & abiectos de ecclesia præficite huiusmodi iudiciis.

6. *Ad verecūdiā vestrā dico.* i. vt vos pudefaciā, quasi nō sit apud vos qui cōponere īter vos hmōi litigia norit. Hoc aūt de īdustria Paulus addidit, vt à litigatione illos auertat, tum etiā malēs apud īfimū christianū causā dicere fideles, q̄ apud potētissimū & doctissimū īfidelē: q̄q̄ etiā delicto nō caret, fratrē Christianū cū fratre litigare

7. *Iniuriam accipitis* .i. quare non potius finitis vos iniuria affici, & bonorum vestrorum facere dispendium, quàm vt inferatis? nã fraus hoc loco non pro dolo sumitur, sed pro damno.

8. *Sub nullius*. sensus est, quòd cùm omnia mihi licerent, & possem ego victum à vobis & vestitum exigere, nõ sum tamẽ vsus hac potestate, ne sub alicuius potestatem redigerer. i. ne cui subessem & illi fierem obnoxius. videtur enim quodãmodo quis ei subesse, à quo munus accepit. vult autem his verbis Paulus, quòd si quando multa nobis debeantur, non tamen statim de his contendere oportet iudicio.

9. *Esca enim ventri, & venter escis*, id est, escæ (nam Græcè est in plurali τὰ βρώματα) ad sedandum ventrem, & vẽter ad eas excipiendas fact⁹ est; sed vtraque deus destruet, quando eorum vsum in resurrectione abolebit. Nã pro destruet Græcè est καταργήσει, id est, abolebit, ina némque reddet vsum illorum, *Corpus autem non fornicationi*, id est, non factum est vt fornicationi subiaceat, sed vt domino pareat, qui autem, inquit, fornicatur, *in corpus suum peccat*, quia suum ipse corpus maculat. quibus verbis

quam: qui possit iudicare inter fratrem suum? Sed frater cum fratre iudicio contendit: & hoc apud infideles. Iam quidem omnino delictũ est in uobis, q̃ iudicia habetis inter uos, Quare non magis⁷ iniuriam accipitis? quare non magis fraudẽ patimini? Sed uos iniuriam facitis, & fraudatis: & hoc fratribus. An nescitis, quia iniqui regnum dei non possidebunt? Nolite errare. Neque fornicarij, neque idolis seruientes, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, neque fures, neque auari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces C *regnum dei possidebũt. Et hæc quidem fuistis: sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis in nomine domini nostri Iesu Christi, & in spiritu dei nostri. Omnia mihi licent: sed non omnia expediunt.* Infr. 10.a. Eccl. 37.d. *Omnia mihi licent, sed ego⁸ sub nullius redigar potestate.⁹ Esca uentri, & uenter escis: deus autem, & hunc & has destruet. corpus autẽ non fornicationi, sed domino: & dominus corpori. deus uerò & dominum suscitauit: & nos suscitabit per uirtutem suam. Nescitis quoniã* D *corpora uestra, membra sunt Christi? Tollens ergo membra Christi, faciam membra meretricis? Absit. An nescitis, quoniam qui adhæret*

verbis fornicationis crimen Paulus exaggerat, quòd cætera peccata animam quidem lædunt, fornicatio autem præterquàm quòd animam lædit, corpus quoque eneruat.

10. *Portate deum*. Simile est ei quod ait, ad Romanos 6. Exhibete membra vestra arma iustitiæ deo. Græci hoc loco addunt, Ⓒ ἐν τῷ πνεύματι ὑμῶν ἅ τινά ἐστι τοῦ θεοῦ, id est, in corpore vestro, & spiritu vestro, quæ sunt dei.

1. *Bonum est homini*. Quia erant Corinthi pseudoapostoli, qui Christianis factis & vxoratis rei vxoriæ interdicerent, quasi damnabiles essent nuptiæ: ea de re turbati Corinthij Paulo scripserant: quibus ille respondet, bonum est homini mulierẽ non tangere, Græcè, γυναικὸς μὴ ἅπτεσθαι, id est, mulieri non adhærere & adglutinari: quasi diceret Paulus, præstaret si per vtriusque cõsensum ac citra incontinentiæ periculum fieri posset, vxore sua abstinere. Quòd enim de iam coniugatis loquatur, hinc manifestũ est, quòd ait, bonum est non adglutinari mulieri, id est, vxori. Nam idem est verbum quod postea vertit vxorem. Quòd si de solutis intelligeret, dixisset, malũ esse homini mulierem tangere. neque hoc quærebant Corinthij, an bonum esset nubere, sed nuptis bonum ne esset, quum ad fidem conuersi essent, rei vxoriæ operam da-

Gen. 2.d. Matt. 19.a. Mar. 10.a. Ephe. 5.g. Supr. 3.d. 2.Co. 6.c. Infr. 7.d. 1.Pe. 1.d.

*meretrici, unũ corp⁹ efficitur? Erũt enim (inquit) duo in carne una. Qui autẽ adhæret domino: unus spiritus est. Fugite fornicationem. Omne enĩ peccatum quodcunque fecerit homo, extra corpus est. qui autem fornicatur, in corpus suum peccat. An nescitis, quoniam membra uestra, tẽplũ est spiritus sancti qui in uobis est, quem habetis à deo, & nõ estis uestri? Empti enim estis pretio magno. Glorificate &*¹⁰ *portate deum in corpore uestro.*

ARGVMENTVM Cap. 7.

¶ *Ad continentiã oẽs quatenus fieri potest hortatur, interim tamen vxoris vsum ad fornicationem vitandã permittens. vxorẽ Christianam à viro infideli non discedere iubet, neq; Christianum ab infideli parte, si quidem præter dei contumeliã cohabitare possint. deinde virginitatem ita commendat, vt nuptias non damnet: obiter quoque sic rebus huius mundi vtendũ docet, vt earum nõ perpetuos possessores, sed probos fructuarios nos esse intelligamus.*

CAPVT VII.

A D *E quibus autẽ scripsistis mihi,*¹ *Bonum est homini mulierem non tangere. propter fornicationem autem,*

re, sic enim Græca scholia, ἔγραψαν τοῦ παύλου, εἰ δεῖ ἀπέχεσθαι γυναικός, id. i. scripserat Paulo, si oporteret ab vxore abstinere, an nō.

2. *Vnusquisque suam vxorem.* de multis per epistolam Paulum rogauerant Corinthij. primum, num post fidem acceptam continere deberent, & vxores relinquere, quod pseudoapostoli suadebant. Deinde, num virgines suas matrimonio collocare possent. Demum, si duorum ethnicorum altero conuerso alter infidelis remaneret, num conuersus discedere ab infideli posset. Ad primum ergo respondet Paulus, quòd bonum, Græcè, καλόν, id est, egregia res (inquit Theophylactus) esset, si prorsus ab vxoris contubernio abstinere vir posset citra omne periculum: propter fornicationem tamen vitādam, inquit, *Vnusquisq; suam vxorem habeat.* Græcè, ἐχέτω, id est, non relinquat, sed illi adhęreat, eam sequatur, illa vtatur. id enim significat verbum ἔχομαι. vnde Hieronymus aduersus Iouinianum lib. 1. explicās hunc locum ait, Non dixit vnusquisque propter fornicationes ducat vxorē, sed vnusquisq; suam vxorem habeat: suam, inquit, habeat, sua vtatur quam habebat antequā crederet. Omnis hæc quęstio de iis est qui in matrimonio sunt deprehensi, an ne liceat vxores dimittere. Sic explicat & Chrysosto. habeat, id est, vtatur sua.

[2] *unusquisq; suam uxorem habeat, & unaquæque suum uirū habeat.* [1.Pe. 3.b.] *Vxori uir debitum reddat: similiter autem & uxor uiro. Mulier sui corporis potestatem non habet, sed uir. Similiter autē & uir sui corporis potestatē non habet: sed mulier.* [4] *Nolite fraudare inuicē, nisi fortè ex consensu ad tempus, ut uacetis* [5] *orationi, & iterum reuertimini in idipsum: ne tentet uos satanas propter incontinentiam uestram.* Hoc [B] *autem dico* [6] *secundum indulgentiā: non secundum imperium. Volo autem omnes uos esse* [7] *sicut meipsum. sed unusquisq; proprium donum habet ex deo: alius quidē sic, alius uerò sic. Dico autem non nuptis & uiduis: bonum est illis,* [8] *si sic permanserint sicut & ego.* [9] *Quòd si non se continent: nubant. Melius est enim nubere, quàm uri.* [10] *Iis autē qui matrimonio iuncti sunt, præcipio, non* Matt. 5.c. & 19. b. *ego, sed dominus, Vxorē à uiro non discedere: & si discesserit, manere innuptā: aut uiro suo recōciliari. & uirum uxorem non dimittere.*

3. *Debitum reddat.* vt scilicet quando exigitur, liberis operam det. id enim vocat debitum, & Græci hoc loco verecundius τὴν ὀφειλομένην σύνοικον, id est, debitam beneuolentiam.

4. *Nolite fraudare inuicem.* i. nolite debitum negare: vel hinc coniicitur, vxoratis loqui: alioqui quam fraudaret, qui vxorem nō duxit?

5. *Orationi.* Græci addūt hoc loco, καὶ τῇ νηστείᾳ. i. & ieiunio.

6. *Secundum indulgentiam.* Græcè, κατὰ τὴν συγγνώμην, & non secundum imperium. Quum enim dixisset Paulus, vxori vir debitū reddat, & vnusquisq; vxori suæ adhęreat, ne videretur frena laxare concupiscentiæ, hoc, inquit, non præcipio, sed indulgeo, prout quisque commodum viderit. Et certè Oecumenius Græcus hanc indulgentiam refert ad id quod præcesserit, Nolite fraudare inuicem, cuius verba ita vertimus: non enim quemadmodum οὐ non occides, non mœchaberis: sic etiā istud, nolite fraudare, præceptum aliquod est. neque qui id perficit, laude dignus est, tanquam si legem seruauerit. Ideo secundum indulgentiam, inquit Paulus, hoc dixi, infirmitati vestræ condescendens.

7. *Sicut meipsum,* id est, quantum ad me attinet, vellem omnes meo exemplo continentes esse. sic enim Græcus Theodoritus, εἶναι ὡς ἐμαυτὸν, esse sicut meipsum, scilicet (inquit) ἐν ἐγκρατείᾳ id est, in continentia. & Oecumenius Græcus παρθένος

Ἴσως ὁ παῦλος, καὶ ἐπειδὴ εἶπε θέλω πάντας εἶναι ὡς ἐγώ, φησὶ τὸ μεῖναι παρθένον, id est, virgo erat Paulus, & quum dicat volo vnumquenque esse sicut ego sum, intelligit manere virginem.

8. *Si sic permanserint, &c.* & hinc quoque coniicitur vel vxorem non duxisse Paulum, aut certè continentem vixisse. Ambrosius hinc cō iicit virginem fuisse. & quod Paulus ait, dico non nuptis & viduis, arguit eum præcedentia de coniugatis intellexisse.

9. *Quòd si se. &c.* neque hoc loco præceptum est, sed indulgētia, neque statim sequitur, quòd cuiuis liceat nubere, non magis quàm ex loco sequenti, si nupserit virgo, non peccat, vbi virgines sacras non intelligit Paulus, vt illic dicemus: sic neq; hoc loco sacerdotio mācipatos, aut qui aliàs continentiam vouerint.

10. *Iis autem qui matrimonio.* in tio capitis de cōiugatis soluerat quęstionem à Corinthiis propositam, respondēs præstare ab vsu vxoris vt abstinerent, si possent: sin minus, illi propter vitandam fornicationem adhærerent. Quoniam verò sermonem interposuerat de innuptis & viduis, rursum ad eos redit, alterum scrupulum soluens, quòd essent qui inter Christianos matrimonia non admitterent, & contracta dissoluerent, quasi ea fidei nocerent: quibus ait

ait Paulus,rursum iis qui matrimonio iuncti sunt præcipio,non ego,sed dominus,vt neque vir ab vxore discedat,nec contrà. Nam Matth.5.& 19.de non dimittenda vxore cauetur hoc modo: Dictum est autem.quicunque dimiserit vxorem suam, det ei libellum repudij:ego aũt dico vobis,qa omnis qui dimiserit vxorẽ suã excepta fornicationis causa, facit eam mœchari: & qui dimissam duxerit, adulterat. quibus verbis duo Christus innuit.prius,ne quo ad carnalem cohabitationẽ diuortium fiat,nisi ob fornicationem.qp tunc se vxor iure exigendi debiti priuat: deinde, ne quis ob fornicationem dimissam,alterius vxorem sibi adsciscat: quòd sic adulter esset: vnde constat non esse verum diuortium.

uir uxorẽ non dimittat. 11 *Nam cæteris ego dico,non dominus, si quis frater uxorem habet infidelem,& hæc cõsentit habitare cum illo:non dimittat illam.* Et *si qua mulier habet uirum infidelem,& hic consentit habitare cum illa:non dimittat uirũ.sanctificat⁹ est enĩ uir infidelis, p mulierẽ fidelẽ.& sanctificata est mulier infidelis,per uirum fidelem:* Mar. 10.b. Luc. 16.d. C

quapropter & hunc locum explicans Paulus:præcipio,ait, non ego,sed dominus,vxorem à viro non discedere:quòd si ob causam à Christo permissam discesserit, manere innuptam. Certè Augustinus putat hoc loco intelligere Paulum de coniugatis tantum Christianis,in qua etiam sententia est Oecumenius Græcus.

11. *Nam cæteris* vult his & sequentibus verbis Paulus, quòd si quis infidelium ad fidem conuertitur altero manente in infidelitate,nõ dirimatur propterea matrimonium,modo qui remanet infidelis cõsentiat,scilicet citra iniuriam creatoris & fidei fideli cohabitare. quiavt Græci hic dicũt:Si fideli statim infidelẽ abiicere liceret,oĩa plena turbatione ac tumultibus essent.porrò etiã plerũq; cõtingit infidelẽ à fideli cõuerti. Ideo non vult Paulus huiusmodi matrimonia dirimi.quanq̃ Augustinus ꝓpter hæc verba,dico ego, non dominus,dicat esse consilium Christiano,vt infidelẽ etiã consentientẽ retineat,aut si velit,abiiciat.Theodoritus Græcus ait esse præceptum,soluens diui Augustini rationem, cuius verba ita vertimus: Dico ego.pro eo quod est,non inuenio huiusmodi legẽ in diuinis euãgeliis scriptã,nũc verò illã addo. Quòd enim ipsius Apostoli leges,domini Christi leges sint,manifestũ est iis, qui diuinas scripturas callẽt.Ipsi⁹ em̃ vox illa est, An expimentũ quæritis loquentis in me Christi? & illud, Non ego, sed gratia dei mecum. sic & hoc loco,

loco, Sanctissimo spiritu per eum loquente legem tulit apostolus. hoc Theodoritus.

12. *Alioqui*,id est,non derelinquat fidelis infidelem sibi consentientem,*alioqui filii uestri immundi essent*,id est, censerẽtur pro adulterinis,vtpote de vero matrimonio,quod dissolutũ est nati.nunc sancti sunt.i. legitimi, vel, alioqui filij vestri qui per communẽ vtriusque consensum in fide educati sunt & sancti, immũdi,id est,infideles fierẽt, potissimum ij qui parentem sequerentur infidelem.Periculũ enim esset ne in odiũ diuortij seducerẽtur ab infideli parente relicto.

12 *alioquin filij uestri immundi essent:nũc autem sancti sunt.* 13 *Quòd si infidelis discedit,discedat: non enim seruituti subiectus est frater, aut soror in huiusmodi:* 14 *in pace autem uocauit nos deus.*

13. *Quòd si infidelis discedit*,χωρίζεθ.i.separatur,ac dissolutionẽ quærit,& cohabitare nõ vult cũ fideli,aut nõ vult sine creatoris contumelia,quod idẽ est,discedat etiã & fidelis,& alteri (si velit) nubat. *Non enim subiectus est frater*.i.Christianus,*in huiusmodi*.quem locũ sic Græcus Photius explicat:Nõ oportet(inquit) matrimoniũ dissoluere,si quidẽ pars infidelis cũ fideli habitare consentit,sin autẽ seditiosus est infidelis,& dissolutionẽ facit,non sic est illi fidelis obnoxius,vt discedere quoq; illi nõ liceat:quinimò matrimoniũ infideli dissoluẽte,liberũ quoq; est fideli discedere,verũtamẽ(inqt Photi⁹) liber est per infidelis defectionem matrimonium soluere.

14. *In pace autem*.i.si seditiosus est,nec tecũ habitare cõsentit, noli illũ retinere nolentẽ, quinimò & tu discede.alioq futurę sunt inter vos rixę & dissensiones.In pace autẽ vos vocauit de⁹.i.ad pacẽ: nã frequẽs est Paulo sumere ἐν ꝓ ἐς.i.ĩ ꝓ ad.qđ autẽ noster ĩterpres legit,vos,Græci quidã habẽt nos:sed facilis est transitus ab ὑμᾶς, ad ἡμᾶς. Quomodo autẽ in pace vocauit nos de⁹?quũ Matt.10. dicat Christ⁹:Nolite arbitrari qa pacẽ venerĩ mittere in terrã,nõ veni pacẽ mittere,sed gladiũ.veni enĩ separe hoĩem aduersus patrẽ suũ, & filiã aduersus matrẽ suã,& nurũ aduersus socrũ suã.verũ ille gladi⁹ spiritualis qa bellũ habet & inimicitias cũ mũdo,carne & diabolo, pacẽ habet cum deo:pro qua belligerare oportet aduersus omnes, etiam & patrẽ & matrem,si quid mãdatis dei cõtrarium iusserint: imò & aduersus animam propriam, iuxta quam sentẽtiam dicit in euangelio saluator,Luc.14.cap.Si quis venit ad me & non odit patrem suũ,& matrẽ suã,& vxorẽ,& filios,adhuc autẽ & animã suam, non

nõ potest meus esse discipulus. huiusmodi autẽ pugna cũ vitijs carnis & affectib⁹, secũ admittit pacẽ ĩ deo & Christo Iesu domesticã.

15. *Vnde enim scis.* tractim legendo cum præcedentibus sensus est, si solutionem quærit aut à fide promissa discedens ad impietatẽ tẽ cogit, tecumq; cõtendit ac rixatur, (sic enim Chrysostomus) præstat discedere. non enim ad sedi

15 Vnde enim scis mulier, si uirũ saluum facies? aut unde scis uir, si mulierem saluam facies? 16 *nisi unicuiq; sicut diuisit dominus. Vnumquẽque sicut uocauit deus, ita ambulet,* 17 *& sicut in omnibus ecclesiis doceo. Circũcisus aliquis uocatus est?* 18 *non adducat præputium. In præputio aliquis uocatus est? nõ circuncidatur. Circũcisio nihil est, & præputium nihil est: sed obseruatio mãdatorum dei. Vnusquisque in qua uocatione uocatus est: in ea perma-* D Eph. 4.d.

tiones, sed pacẽ vocauit vos deus: & quia causari poterant: fortè virum infidelem lucrabor, subdit, vnde enim scis mulier si virum saluum facies aut non? idcirco cum te ad defectionẽ fidei sollicitet, præstat discedere. Quidam hunc locum (vt Ambrosius) referũt ad id quod antè præcessit: fidelis mulier non dimittat infidelem secum habitare consentientẽ. Vnde enĩ scis mulier, &c. præcedẽtia autem (q̃ si infidelis) q̃ parẽthesim legunt.

16. *Nisi vnicuique.* Græci, vt Seuerianus, legunt ἢ μή, id est, an non, & referunt ad id quod præcessit, Si vxorem saluam facies an nõ? dein sequitur, vnicuique sicut diuisit dominus, id est, gratiã dedit, ita sub. faciat. noster legit εἰ μή, id est, nisi, & sensus est, vnde scire potes q̃ virum saluabis, aut contrà, nisi vnicuique sicut diuisit deus. i. nisi q̃ scire potes sicut vnicuique diuisit deus gratias suas & dona. *Vnumquenque*, inquit, sicut vocauit deus, ita ambulet, id est, conditionem hominis baptismus aut fides non mutat: si seruum reperit, seruitutem non excutit: si vxoratum, vxorem non reiicit, modò in pace & sine Christi contumelia viuat.

17. *Et sicut in omnibus*, id est, ambulet in sua vocatione, & quẽadmodum in ecclesijs doceo ambulare. Noster legit ὥσπερ, id est, sicut, Græci ὅτως, id est sic.

18. *Non adducat præputium.* Erant enim Iudæi quos ob gentes præfectæ pelliculæ puderet, atque adeò medicamentis eam sibi sarcien dam curarent, id quod Theophilus & Photius Græcus ex Epiphanio docent. Vult autem his verbis Paulus nullũ discrimẽ esse inter fideles, siue ex circũcisione, siue ex gentilitate vocati sint ad fidem.

19. *Ser-*

19. *Seruus vocatus es?* Non vult propter fidem, ad quam vocatus est, seruum seruitutem excutere: quinimò, inquit, non sit tibi curæ huiusmodi seruitus, id est, ne sis de illa excutienda anxius, quinetiam vel si eximi ab ea potes, magis ea vtere, id est, in vsum aliquem eam confer. Hieronymus hos locos de seruo & libero, circunciso & incircunciso, interpretatur de nuptis & innuptis: vt serui & circũcisi sint nupti, incircunciſi autem & liberi, innupti, & hoc modo ante eum Origenes, cuius apud nos Græca habemus.

neat. 19 *Seruus uocatus es? non sit tibi curæ. Sed & si potes fieri liber: magis utere. Qui enĩ in domino uocatus est seruus,* 20 *libertus est domini. Similiter qui liber uocat⁹ est,* Sup. 6.d. 1.Pe. 1.d. *seru⁹ est Christi. Pretio empti estis: nolite fieri serui hominũ. Vnusquisq; ergo ĩ quo uocat⁹ est, fratres: in hoc maneat apud deũ. De uirginib⁹ autem præceptum domini nõ habeo. consilium autem do, tanquam* 21 *misericordiam consecutus à domino, ut sim fidelis. Existimo enim hoc bonum esse* 22 *propter instantem necessitatem: quoniam bonum est homini sic esse. Alligatus es uxori? noli quærere solutionem. Solutus es ab uxore? noli quærere uxorem. Si autem acceperis uxorem: nõ peccasti.* 23 *Et si nupserit uirgo: non peccauit.*

20. *Libertus domini*, ideſt, à domino manumissus & in libertatem Christianam assertus. libertus enim dicitur qui ex seruo factus est liber, quales Christiani, qui ex seruitute peccati & diaboli in libertatẽ dei & gratiæ sunt asserti.

21. *Misericordiam cõsequutus*, id est, gratiã apostolici muneris in gentes cõsequutus sum à domino, vt fideliter illis consulam.

22. *Propter instãtem.* νομίζω, inquit Græcè, id est, existimo siue decerno hoc bonũ esse, id est, virginitatem rem esse bonã & egregiã, *propter instantem necessitatem*, id est, propter vrgentes rei vxoriæ difficultates & molestias. Sic enim Oecumenius Græcus: Existimo, inquit, hoc bonum esse. quodnam verò hoc bonum est? abstinere à nuptijs propter eas, quas secum afferunt molestias & difficultates.

23. *Si nupserit virgo.* hic Hieronymus aduersus Iouinianum lib. 1. Et si nupserit virgo non peccauit, non illa virgo, inquit, quæ semet dei cultui dedicauit. Virgines enim quæ post consecrationem nupserunt, non tam adulteræ quàm incestæ sunt. Et Theophilus ex Chrysostomo, virginem hoc loco dicit, non eam quæ Christo dicata sit:

hæc

hæc nanque si nupserit, delinquit haud dubiè plurimum. Videant igitur q̄ rectè faciunt, qui moniales virgines ad incestas nuptias solicitāt. Photius de hoc sic ait, καὶ ἐὰν γήμῃ ἡ παρθένος, οὐχ ἥμαρτε, παρθένον ἐνταῦθα φησὶν ὁ τῶν ἀφιερωμένων θεῷ, ἀλλὰ τῷ ἄγαμον χρόνῳ. ὡς ἤγε ἀφιερωθεῖσα θεῷ ἡ γάμῳ, μοιχὸν ἐπιφέρει Χριστῷ ὧ νενύμφευται id est, & si nupserit virgo, nō peccat, Virginem hic dicit non deo dicatam, sed innuptam puellam: quòd si deo dicata nupserit, adulterū Christo, cui despōsata erat supinducit.

24. *Tribulationem carnis*, scilicet parturiētium dolores, liberorum educādorum solicitudinem, & mille matrimonij incommoda.

25. *Ego autem vobis parco.* Græcè φείδομαι, id est, vestri misereor, nolens, si fieri possit, in has vos molestias incidere.

26. *Reliquum est.* Vult Paulus, si qua etiam esset in huius mundi rebus voluptas, non admodū illis affici propter temporis breuitatem: ꝙ si quæ essent huiusmodi voluptates, fluxæ sint & breues. Qui ergo, inquit, vxorem duxerunt, non magnopere rei vxoriæ afficiātur. *Qui flent, &c. qui emunt, tanquam non possidentes.* Græcè μὴ κατέχοντες, quasi dicas, nō ppetuò possidētes. Est enim κατέχειν magnopere aliquid detinere, & vehementer ad illud affici, vnde κατοχὴ ardēs animi affectio. Inquit ergo, q emūt sint, subaudi, tanquam non possidentes, id est, non ita distineantur rebus emptis, quasi illas perpetuò possessuri: *& qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtantur.* Græcè ὡς μὴ καταχρώμενοι, id est, sic vtantur vt non abutantur, vt abuti sit hoc loco supra modum & immodicè vti. Immodico igitur rerum secularium vsu interdicit Paulus, scilicet vt vtamur ijs tāquam probi fructuarij, non tanquā perpetui possessores: qui res suas, si visum est, iure suo absumunt.

27. *Præterit enim figura.* Græcè σχῆμα. i. habitus, species, ac status mundi huius: nulla enim nos affici huic mundo, quòd quicquid in eo est, fugax sit ac labile. παράγει quoq; quod interpres vertit præterit, significat etiā decipit: quo modo sumi potest, vt sit sensus: Nolite huic mundo immodicè affici. Nam etsi figuram ac speciem boni nonnullam habet, fallax tamen est, suique studiosos decipit.

24 tribulationem tamen carnis habebunt huiusmodi. *25 Ego autem uobis parco. Hoc itaque dico fratres, tempus breue est.* *26 reliquum est: ut & qui habent uxores, tanquā non habentes sint. & qui flent, tāquam nō flentes. & qui gaudent: tanquā non gaudentes. & qui emunt: tanquam non poßidentes. & qui utuntur hoc mundo: tanquam non utantur.* *27 præterit enim figura huius mundi. Volo autē uos sine solicitudi* F *ne esse. Qui sine uxore est: solicit⁹ est quæ domini sunt, quo modo placeat deo. Qui autem cum uxore est, solicitus est quæ sunt mundi, quomodo placeat uxori:* *28 & diuisus est. Et mulier innupta & uirgo cogitat quæ domini sunt: ut sit sancta & corpore & spiritu. Quæ autem nupta est, cogitat quæ sunt mundi: quomodō placeat uiro. Porrò hoc ad utilitatē uestrā dico, nō ut laqueum uobis iniiciā,* *29 sed ad id quod honestū est, & quod facultatē præbeat sine impedimēto dominū obsecrādi.*

G *30 Si quis autē turpē se uideri existimat sup uirgine sua, ꝙ sit supadulta, et ita oportet fieri: quod uult faciat nō peccat, si nubat.* *31 Nā qui statuit in corde suo firm⁹, nō habēs necessitatē, potestatē autem habēs suæ uolūtatis, et hoc iudicauit in corde suo, seruare uirginē suā: bene facit. Igitur et q matrimonio iūgit uirginē suā, bene facit: & q nō iūgit, melius facit. Mulier alligata ē legi quāto*

Rom. 7.a.

28. *Diuisus est.* i. ī multas solicitudinū ptes, miseriarūq; distractus. Græca habēt μεμέρισται ἡ γυνὴ καὶ ἡ παρθένος. i. diuisa est mulier siue vxor & virgo. hoc est, iuxta Oecumenium, nō eandē solicitudinē habēt, sed diuersa sunt illis studia, quia virgo cogitat quę sunt dei, mulier quæ sunt viri.

29. *Sed ad id quod honestum.* Græcè ἀλλὰ πρὸς τὸ εὔσχημον, καὶ πρόσεδρον τῷ κυρίῳ ἀπερισπάστως. Est aūt sensus, ꝙ tātopere virginitatē vobis cōmendo, ad vtilitatem vestrā facio, *non vt laqueum vobis iniiciam.* i. non ꝙ necessitatē vobis imponere velim cōtinendi: βρόχον enim. i. laqueū, inquit Oecumenius, necessitatem appellat. Sed sup. vt vos adhorter ad id qd honestum est, &c. Græcis quoque aliquid simile supplendū est, quorū ad verbū sensus esse potest: Sed vt vos inuitem, sub. ad honestatē & indiuulsam immobilemq; domino assidentiam. i. vt vos adhorter honestè viuere & domini obsequio assiduos esse.

30. *Si quis autem turpem se videri existimat*, id est, si quis indecorum existimat virginem suam esse plus æquo nubilem, tradat eam viro: neque enim sic peccat.

31. *Nam qui statuit in corde suo.* i. qui certo apud se statuit, nō collocare nuptum filiā, quum pro arbitrio id possit, nulla necessitate ad eam

eam ſecum retinendam adactus, bene ac laudabiliter facit.

32. *Liberata eſt à lege*, id eſt, non amplius tenetur lege, quę illã vetabat viuẽte viro ſecũdas adire nuptias. Græci paulò ſecus habẽt ἐλεύθερα ἐστὶν ᾧ θέλει γαμηθῆναι. i. libertatẽ habet nubendi cui volet. *Tantum in domino*. i. ſecundum dominum, hoc eſt, caſtis & honeſtis nuptijs cũ ſpe liberorũ procreandorum.

1. De *his autem*. Erant Corinthij nonnulli perſuaſi à pſeudoapoſtolis, qui exiſtimarent nefas eſſe veſci carne idolis ĩmolata, quã ideo idolothytũ vocãt. Erãt contrà pfectiores, qui nihil exiſtimabant vlli cibo propter idolum accedere vel decedere, & ideo templa idolorum ingredientes cum illorum ſacrificiis edebãt: quod quum à præſtantioribus fieri viderent infirmiores, illorum cœnis aderant, veſcentes quoque de idolothyto, ſed nonnihil numinis in eo eſſe credentes. Carpit ergo pfectiores Paulus, qui quũ gloriarentur ſe ſcire nullam in cibis fore diſcretionem, interim puſillis ſcandalo erant. oſtendens parum prodeſſe illis huiuſmodi ſcientiam (de ea enim loquitur) niſi charitas eos à proximorum ſcandalo auertat.

2. *Sed non in omnibus eſt*, id eſt, quanquam noſtis nihil religionis, aut maculæ cuiquã cibo accedere propter idolum, non tamen paſſim idolothyto veſci oportet: *tẽpore uir eius uiuit. quòd ſi dormierit uir eius: liberata eſt. cui autem uult, nubat: tantum in domino. Beatior autem erit, ſi ſic permanſerit ſecundum meum conſilium. Puto autẽ quòd & ego ſpiritũ dei habeã.*

ARGVMENTVM Cap. 8.

¶Damnat promiſcuè cum fratrum offendiculo in idolorum menſa veſcentes.

CAPVT VIII.

1 E *ijs autem quæ idolis* A
D *immolantur, ſcimus quòd omnes ſcientiã habemus. Scientia inflat: charitas uerò ædificat. 2 Si quis autem ſe exiſtimat ſcire aliquid: nondum cognouit quemadmodum oporteat eum ſcire. 3 Si quis autem diligit deum: hic cognitus eſt ab eo. 4 De eſcis autem quæ idolis im* B *molantur, ſcimus quia nihil eſt idolum in mundo, & quòd nullus eſt deus niſi unus. 5 Nam etſi ſunt qui dicantur dij, ſiue in cælo, ſiue in terra (ſicut ſunt dij multi et domini multi) 6 nobis tamẽ unus deus pater ex quo oĩa, et nos in illũ: & unus dominus Ieſus Chriſtus, p quẽ oĩa, & nos p ipſum: 7 ſed nõ in omnibus eſt ſcientia. Quidã autẽ cũ conſcientia uſq; nunc idóli, quaſi idolothytũ manducãt: & cõſcientia ipſorũ cùm ſit infirma, polluitur. 8 Eſca autẽ nos nõ cõ* C *mendat deo. 9 Neq; enim ſi mãducauerimus, abũdabimus: neq; ſi non mãducauerimus, deficiemus. 10 uidete autẽ ne fortè hæc licẽtia ueſtra offendiculũ fiat infirmis. 11 Si enim quis uiderit eũ qui habet ſcientiã in ido* D *lio recũbentem: nõne conſciẽtia eius cùm ſit infirma, ædificabitur ad mãducandũ idolothyta? 12 Et peribit infirmus in tua cõſciẽtia frater, pro-* Rom. 14.c. *pter quem Chriſtus mortuus eſt? 13 Sic autẽ peccãtes in fratres: & percutientes conſcientiã eorũ infirmã: in* Rom. 14.d. *Chriſtũ peccatis. Quapropter ſi eſca ſcandalizat fratrem meũ: non manducabo carnem in æternum, ne fratrem meum ſcandalizem.*

ARGVMENTVM Cap. 9.

¶Etſi pro libertate ſumptus exigere poſſet, ſe tamen abſtinuiſſe oſtendit, ne quod euangelio offendiculum daret.

CAPVT IX.

A 1 *Non ſum liber? Nõ ſum apoſtolus? Nónne Chriſtum Ieſum dominũ no*

ſtrum uiderunt? Nónne opus meum uos eſtis in domino? 2 Si alijs non ſum apoſtolus: ſed tamen uobis ſum. Nam ſignaculum apoſtolatus mei uos eſtis in domino. 3 Defenſio mea apud eos qui me interrogant, hæc eſt. 4 Nunquid non habemus potẽtatem manducandi & bibendi? 5 Nunquid non habemus potẽtatem mulierem ſororem circũducendi, ſicut & cæteri apoſtoli, & fratres domini, & Cephas? 6 Aut ego ſolus & Barnabas non habemus potẽtatem hoc operandi? 7 Quis militat ſuis ſtipendijs unquam? Quis plantat uineam, & de fructu eius non manducat? Aut quis pascit gregem, & de lacte gregis non manducat? 8 Numquid ſecundum hominem hæc dico? Aut non & lex hæc dicit? 9 In lege enim Moſi ſcriptum eſt: Non alligabis os bouis trituranti. Numquid de bobus curæ eſt deo? 10 An propter nos utique dicit? Nam propter nos ſcripta ſunt hæc. Quia debet in ſpe qui arat arare, & qui triturat in ſpe fructus eius percipere. 11 Si nos uobis ſpiritualia ſeminauimus, magnum eſt ſi nos carnalia ueſtra metamus? 12 Si alij potẽtatis ueſtræ participes ſunt, quare non magis nos? Sed non uſi ſumus potẽtate hac: ſed omnia ſuſtinemus, ne quod offendiculum demus euangelio Chriſti. 13 Nónne ſcitis quia qui in templo operantur, quæ de templo ſunt edunt: qui templo deſeruiunt, templi participes ſunt? 14 Ita & dominus ordinauit his qui euangelium annunciant, de euangelio uiuere. 15 Ego autem nullo horum uſus ſum. Non ſcripſi autem hæc ut ita fiant in me: bonum eſt enim mihi magis mori, quam ut gloriam meam quis euacuet. 16 Nam ſi euangelizauero, non eſt mihi gloria: neceſſitas enim mihi incumbit. Væ enim mihi eſt ſi non euangelizauero. 17 Si enim uolens hoc ago, mercedem habeo: ſi autem nolens, dispenſatio mihi credita eſt. 18 Quæ ergo eſt merces mea? Vt euangelizans, ſine ſumptu ponam euangelium Chriſti, ut non abutar poteſtate mea in euangelio. 19 Liber enim cum eſſem ex omnibus, omnium me ſeruum feci, ut plures lucrifacerem. 20 Et factus ſum Iudæis tanquam Iudæus, ut Iudæos lucrifacerem: his qui ſub lege ſunt tanquam ſub lege eſſem, cum ipſe non eſſem ſub lege, ut eos qui ſub lege erant lucrifacerem. 21 Factus ſum infirmis infirmus, ut infirmos lucrifacerem: omnibus omnia factus ſum, ut omnes faciam ſaluos. 22 Omnia autem facio propter euangelium, ut particeps eius efficiar. 23 Nescitis quòd hi qui in ſtadio currunt, omnes quidem currunt, ſed unus accipit bra-

1. *Non ſum liber*, id eſt, nunquid mei iuris ſum, vt nemo inhibere poſſit, quin ſumptus à vobis exigam?

2. *Nam signaculum*.i.vos argumento estis mihi creditæ apostolicæ functionis,apud quos apostolatus opera gessi:quinimò & mea defensio estis.Si quis enim me negat apostolum esse,ego vos ostento. mea defensio est hæc,Vos,inquã,signaculum apostolatus mei: nec mihi videtur iungendus hic locus cum sequenti, *numquid non habemus*,&c. neque enim indigebat defensione,ad ostendendum quòd iure sumptus in euangelio prædicando fecisset:sed probat se fuisse illis apostolũ,quasi dicat,poteram exigere à vobis sumptus,quia vester apostolus: quod si quis negauerit, mea vos estis defensio,vtpote signaculum apostolatus mei, in quibus ego apostolatus mei sigilla impressi,firmissimã scilicet Christi fidẽ. ꝙ si quis(inquiunt Græca scholia) me negat esse apostolũ, ego vos profero : in quibus quæcunque apostolum decent,peregi,tum in ędendis signis ac fide docenda,tum etiam in ferendis periculis: quæ omnia sunt σφραγὶς & sigillum apostolatus.

strum uidi? Nónne opus meum uos estis in domino? Et si alijs non sum apostolus,sed tamen uobis sum.[2] *nã signaculũ apostolatus mei uos estis in domino. Mea defensio apud eos qui me interrogãt,hæc est, Nũquid non habemus potestatem mãducandi & bibendi? Nunquid non habemus potestatem mulierem*[3] *sororem circunducẽdi:sicut et cæteri apostoli,*[4] *& fratres domini,& Cephas? Aut ego solus & Barnabas,non habemus potestatẽ hoc operandi? Quis militat suis stipendijs unquã? Quis plantat uineam: & de fructu eius non edit? Quis pascit gregem: & de lacte gregis nõ mãducat? Nunquid*[5] *secundum hominem hæc dico? An & lex hæc non dicit? Scriptum est enim in lege Moysi,Non alligabis os* Deu. 25.a.

3. *Sororem*.peruersẽ hunc locum quidam explicant de vxoribus apostolorũ, quum nulli (vt inquit Hieronymus) vxores habuisse legãtur præter vnũ Petrum,idque ante conuersionem. Certè Chrysostomus,Theodoritus,& Theodorus Græci, interpretantur de mulieribus apostolis ministrantibus,quales Christum sequutas esse legimus,& illi ministrasse.

4. *Fratres domini*. Ioannem,Iacobum,Iudam,& Simonẽ dicit, qui quum cognati essent domini,Hebræorũ more fratres dicebantur.

5. *Secundum hominem*, id est,nunquid humana tantum similitudine aut autoritate potestatem nostram probare contendo?nunquid & in lege

in lege parabola bouis ea confirmatur?

6. *Nunquid de bobus cura est deo*,id est,boum ne,an non nostra magis causa hæc dixit?

7. *Potestatis vestræ*,id est,si ij qui nõ sunt vobis doctores neq; apostoli vtũtur potestate à vobis cõcessa,vt à vobis sumptus exigãt,quare nõ potius nos exigam[9]? fortassis autẽ ἐξουσίας,id est, potestatis pro ὐσίας, quod opes & facultates alicuius significat, posuit Paulus, vt plerunq; sermonis proprietatem negligit,id est, si facultatum vestrarum participes illi facti sunt,cur non & nos?

8. *Qui in sacrario operantur*. Leuitas dicit,quibus pars sacrificij contingebat in edulium. Vide Deuterono. 18. cap.

9. *Vt ita fiant*,id est, ꝙ mihi sumptus à vobis exhiberi velim.

10. *Non est mihi gloria*, id est,non accedet mihi ad cumulum gloriæ: neque est quòd inde gloriari possim, qui ad hanc functionem nõ meo merito, sed dei gratia sum vocatus, cuique iniunctum est : quòd si *volens*, id est,vltro & iniussus, id muneris exequerer, hinc mihi merces accresceret. *Si autem inuitus*, id est, iussus & ex mandato, id perago, nihil est ꝙ inde glorier.dispensatio enim,& euangelij administratio mihi credita, & commissa est: quasi diceret,

1.Ti. 5.c.

B

Rom. 15.f

Deu. 18.a.

C

seruus inutilis sum, quod iu
beor,& debeo facere,facio.
11. *Sine sumptu.*i.gratis.
12. *Potestate mea*,id est,liber
tate sumptus exigendi.
13. *Nescitis,&c.*hortatur eos
ad supnę vocationis brauiū
& prędmiū cōtēdere,exēplo
pugilum, & antagonistarū,
q marcescibilis coronę gra
tia se cōtinent ab oībus,quę
ab ea cōsequēda auertūt, vt
expeditius currāt:quātò ma
gis nos, qui ad immarcesci
bilē coronā cōtendimus,,p-
perare oportet, & ab omni
prepediēte peccato abstine-
re? *Stadium* autē curriculum
est,& locus in quo equi ho-
minésve ad cursum exercen
tur,& athletæ certant.
14. *Brauium.*i. statutū præ-
miū.est aūt Grecè βραβεῖον,
quod Latini vsurpāt pro bra
uium siue brabæum, statutū
victoribus in quocunq; cer-
tamine præmium.
15. *Aerem verberās*,id est,fru
stra & inaniter laborans.
16. *In seruitutē redigo.*i. mihi
subigo.& si quando in serui
morē cōtumacis lasciuire in
cipit,castigo illud:ne quū a-
lijs predicauerim, reprobus
efficiar. Græcè ἀδόκιμος,qđ
improbū quoq; significat:
& tūc sensus est,ne quum a-
lijs vitā prædicem & com-
mendem studiosam,ipse vi-
tiosus inueniar.

11 *sine sumptu ponā euangeliū,ut nō abutar* 12 *potestate mea in euāgelio. Nā cùm liber essem ex oībus, omniū me seruum feci:ut plures lucrifacerem. Et factus sum Iudæis tanq̄ Iudæus:ut Iudæos lucrarer,ijs qui sub lege sunt:quasi sub lege essem (cùm ipse nō essem sub lege)ut eos q̄ sub lege erāt,lucrifacerē.iis qui sine lege* D *erant,tanq̄ sine lege essem(cùm sine lege dei non essem : sed in lege essem Christi) ut lucrifacerē eos qui sine lege erāt. Factus sum infirmis infirmus:ut infirmos lucrifacerē. Omnibus oīa factus sum:ut oēs facerē salvos. Oīa autē facio ꝓpter euāgeliū: ut particeps eius efficiar.* 13 *Nescitis q̄ ii q̄ in stadio currūt:oēs qdē currūt : sed unus accipit* 14 *brauiū? Sic currite:ut cōprehēdatis. Oīs autem qui in agone cōtēdit:ab oībus se abstinet,& illi quidē ut corruptibilem coronā accipiāt: nos autē incorruptā. Ego igitur sic curro,nō quasi in incertū:sic pugno,nō quasi* 15 *aerem uerberās:sed castigo corpus meū et* 16 *in seruitutē redigo,ne cū aliis prædicauerim,ipse reprobus efficiar.*

ARGVMENTVM Cap. 10.

¶ *Ab idololatria & fornicatione & murmuratione veterum Iudæorum exemplo eos deterret, quibus ad Christianorū instructionē oīa in figura cōtigerūt. Deinde ab idolorū mēsa,vt se subducāt,& omnia in dei gloriam faciant,admonet.*

1. *Nolo*

1. *Nolo enim vos ignorare.* Admonet hoc capite Corinthios Paulus, ne de donis à deo perceptis efferantur. Futurum enim vt per elationem hāc,atque alia peccata,his donis excidant,& à Christo eiiciantur,idque exemplo Iudæorum,quos licet in figura,similibus tamen ab eo donis affectos probat,sed hinc tamen ob sua delicta excidisse. Sicut enim in spiritu sancto,& aqua baptizati veri Pharaonis seruitutem excusserunt, Christi carne pasti, & eius sanguine potati sunt:ita patres Iudæi excussa Pharaōis seruitute,& trāsgresso mari rubro,quodam modo in mari, & nube baptizati sunt, similitudinariè scilicet.quod autem illis nubes protegens, conducens, ac refrigerans:id nobis spiritus sanctus actionum nostrarum dux, & protector, libidinumque moderator & extinctor: quod illis mare, hoc Corinthijs & Christianis omnibus,aqua baptisma tis. Corinthij Christi carnē manducabant , illi figuram eius manna: quam spiritualem vocat escam, quòd miraculosē cælitus descenderit. Corinthij sanguinem domini bibebant, Iudæi spiritualem potum, quem miraculosē petra fudit, biberūt:

CAPVT X.

A 1 *Nolo enim uos ignorare fratres, quoniam patres nostri oēs sub nube fuerunt, & omnes mare transierunt,*
Nu. 9.d. *& omnes in Moyse baptizati sunt*
Exo. 13.d. *in nube,& in mari,& omnes eandem escam spiritualem manduca-*
Exo. 14.e *uerunt, & omnes eundem potum*
Exo. 16.d. *spiritualem biberunt (bibebant au-*
Exo. 17.b. *tem de spirituali,* 2 *consequente eos*
Nu. 20.b *petra . petra autem erat Christus).*
B *sed non in pluribus eorum beneplacitum est deo.nam prostrati sunt in*
Exo. 32.b. *deserto. Hæc autem in figura facta sunt nostri, ut nō simus concupiscentes malorum,sicut & illi concupierunt.neque idololatræ efficiamini, sicut quidā ex ipsis:quemadmodum scriptum est,sedit populus manducare & bibere,& surrexerunt lu-*

neque tamen,tot affecti beneficijs,præter duos tantum, in terram promissionis peruenerunt:sed in deserto prostrati sunt ac mortui. qua in re figura nostri fuere,vt scilicet à vitijs illorū abstineamus, alioqui in deserto perpetuæ vastitudinis perituri, neque verā promissionis terram ingressuri.

2. *Consequente eos petra.*pro consequente Græcè est ἀκολουθούσης.i. p totū iter comitāte:nō ꝓ re vera petra vnde aqua manauit, ppetuò

eos comitaretur, sed Christus in petra figuratus: vnde ait, *Petra autem erat Christus*. i. Christum significabat, de cui⁹ percusso latere in passione sanguis & aqua defluxit. vnde refecti ac potati sumus.

3. *Neque tentemus*. i. neque de misericordia eius diffidamus sicut illi. Nam in deserto diffidentes, & dicētes, cur eduxit nos de Aegypto vt moreremur ī solitudine? Christum deum eorum ducem tētabāt. Qui enim experiri virtutem, aut bonitatem alicuius cupit, de illo se diffidere ostendit.

4. *Ab exterminatore*, scilicet angelo, quia per angelū vindictas suas deus exercebat: vel exterminatorem intelligе exitialem quēdam dei potestatem, & vltricem virtutē, quoquo modo illa fieret.

5. *In quos, fines*, non in quos fines, quia τέλη Græcè neutrum est, ὅυς, id est, quos masculinum, sed in quos scilicet nos, fines seculorum deuenerunt: quasi diceret, finis seculi, aut vitæ cuiusque nostrū properat, & modicum tempus supereſt ad bene agendum. Ideo studeat quisque bonis operibus, & qui se existimat stare, id est, firmū esse in fide & perfectum, videat & caueat ne inde excidat.

6. *Tentatio vos non apprehendat*. noster legit ἐιλαφέτω, & hoc modo sensus est, ne sinite vos apprehendi, & vinci ab vlla tentatione, nisi humana, id est facili, quæ velit nolit homini se ingerit, λαμβάνομαι nanque conuinci significat. Græci legunt ἔιλαφε, id est, apprehendit, & tunc sensus est, Qui se existimat perfectum, videat & caueat ne præceps ruat. neque enim vos vlla dum tentatio apprehendit, nisi humana, & facilis: quasi diceret, nondum insurrexere aduersum vos fortes, & vehementes tētationes, nondum quod Hebræis ait, vsque ad sanguinem restitistis, vt ob huiusmodi superatas tētationes pfectos vos gloriari possitis. veruntamen confidite ī deo. Fidelis enīest de⁹, &c.

7. *Prouentum*, Græcè ἔκβασιν, quidam exitum interpretantur, id est, si tentatio ingruerit, faciet vt statim ea euolet. Quum autem ἔκβασις significet vltra progredi, & promouere, rectè mihi vertisse videtur interpres prouentum. Certè Photius prouētum interpretatur, cuius ita Græca vertimus, faciet cum tentatione prouentum, id est faciet vos statim fortes & ferre valentes, adeo vt nullum ex tentatione detrimentum, quin potius lucrum multum referatis.

8. *Calix benedictionis*. hoc, & sequenti de sacrificio Iudæorum exemplo vult abducere Paulus Corinthios à mensa idolorum, quam frequentabant Corinthij, ibi se ingurgitantes, & excusationem è doctrina sumentes, in quā nullus cibus est immundus. Iis ergo dicit Paulus, calix benedictionis cui benedicimus, id est, quem cum gratiarum actione sumimus, nónne communicatio sanguinis Christi est, id est, nónne calicem Christi sumentes, ac sanguinem illius bibentes, cū illo communicamus, & cum illo commercium nobis ef se declaramus? & *Panis quem frangimus*, id est, corpus Christi quod sub speciebus panis sumimus, nónne participatio corporis domini est? id est, nónne declarat nos partem habere cum corpore domini, & in illud consentire? Quinimò, inquit, quotquot mensam domini adeuntes de vno pane edimus & de vno calice bibimus, vnus panis & vnum corpus mysticum in eo sumus, quando per ipsi⁹ sumptionem illius corpori incorporamur. rursum, inquit, *Videte Israel secundum carnem*, id est, considerate illum carnale sacrificium immolantem. Nónne leuitæ & sacerdotes qui edunt hostias

dere. neque fornicemur: sicut quidam ex ipsis fornicati sunt: & ceciderunt una die uigintitria millia: Núm. 25. b. Núm. 21. b.
9neque tētemus Christū: sicut quidam eorum tentauerunt, & à serpentibus perierunt. neque murmuraueritis: sicut quidam eorum murmurauerunt, & perierunt 10 *ab exterminatore. Hæc autem omnia, in figura contingebant illis: scripta sunt autem ad correptionē nostrā,* 11 *in quos, fines seculorum deuenerunt. Itaque qui se existimat stare: uideat ne cadat.* 12 *Tentatio uos non apprehēdat, nisi humana. fidelis autem deus est, qui non patietur uos tētari supra id quod potestis, sed faciet etiam cum tentatione*⁷ *prouentum, ut possitis sustinere.* 13 *Propter quod charissimi mihi, fugite ab idolorum cultura. Vt prudentibus loquor, uos ipsi iudicate quod dico.* 14 *Calix benedictionis cui benedicimus, nónne cōmunicatio sanguinis Christi est? & panis quē frāgimus, nónne participatio corporis domini est? Quoniam unus panis, & unum corpus multi sumus. Omnes quidē de uno pane, & de uno calice participipamus. Videte Israel secundum carnem. Nónne qui edunt hostias: participes sūt altaris? quid ergo? dico quòd idólis īmolatū, sit aliquid? aut quòd idōlum sit aliquid? Sed quòd quæ īmolant gētes: dæmoniis immolant, & non deo. Nolo autem uos socios fieri dæmoniorum. Non potestis calicem domini bibere, & calicem dæmoniorum. non potestis mensæ domini participes esse, & mensæ dæmoniorum.*

*Participes sunt altaris.*i. consentiunt in sacrificia? Nónne verum est (vos enim,antea dixit,ipsi iudicate.i.iudices estote)vnũquẽque in illud sacrificium consentire,de quo edit: siue illud sit de corpore Christi Christianum sacrificium, siue carnale Iudæorum? Indubiè subiunc turus erat Paulus,Et vos quoque,qui idolothytis vescimini, idolorũ participes estis: sed ne illos offenderet, sermonem temperauit,ostẽdẽs se non hæc dicere,quasi aut idolo.aut idolothyto aliqua virtus insit: sed quia nolo, inquit, vos socios fieri dæmoniorum.quibus verbis latenter innuit,eos dum idolothytis vescuntur,in idola consentire: aut certè hanc de se opinionem infirmis in fide generare, à quibus vt eos auertat, concludit eos non posse mensæ domini in Eucharistia,simúlque dæmoniorum in idolothyto participes esse.

[9]*An æmulamur dominum? Nunquid fortiores illo sumus?* [10] *Omnia mihi licent,sed non omnia expediunt.omnia mihi licent, sed non omnia ædificant.Nemo quod suum est quærat: sed quod alterius. Omne quod in macello uænit: mãducate,nihil interrogantes propter conscientiam.domini est terra & plenitudo eius. Si quis uocat uos infidelium ad cœnã,& uultis ire:omne quod uobis apponitur manducate,* [11] *nihil interrogantes propter cõsciẽtiam.Si quis autẽ dixerit,* [12] *Hoc immolatum est idólis:nolite manducare propter illum qui indicauit,* G *& propter conscientiam conscientiam autem dico non tuam, sed alterius.Vt quid enim* [13] *libertas mea iudicatur ab alia conscientia?* [14] *Si ego cũ gratia participo:quid blasphemor pro eo quòd gratias ago?* Colo. 3.c. *Siue ergo manducatis, siue bibitis, uel aliud quid facitis:omnia in gloriam dei facite.Sine offẽsione estote Iudæis & gentibus, & ecclesiæ dei:sicut & ego per omnia omnib⁹ placeo:nõ quærẽs quod mihi utile est,sed quod multis:ut salui fiãt.*

Sup. 6.c. Eccl. 37.d. F Psal. 23.d

9. *An æmulamur* Græcè, παραζηλοῦμεν, id est extimulamus, & irritamus? ostẽdens irritari dominum à Corinthiis dum passim idolothytis vescerẽtur.Deinde subdit,nũquid fortiores illo sum⁹? quasi diceret, frustra illũ irritam⁹ qui fortior est,& vlciscẽdi vim habet.

10. *Omnia mihi licent.* nõ omnia expediunt quæ licent: quando scilicet nõ ædificãt:quasi diceret,etsi in se idolothytum mãducare nõ est illicitũ,passim tamen id, vt facitis,agere cum offendiculo proximi,malum est:nos autem non tam ius nostrum tueri oportet,q̃ infirmitati alterius cõsulere.hoc enĩ ait,dicẽs,nemo qd̃ suũ est q̃rat.

11. *Nihil interrogantes propter conscientiam*,nõ quòd conscientia iudicet non esse interrogandũ:sed id vult Paulus,q̃ de iis quę in macello væneunt,nullam facere oporteat conscientiã: verùm(vt inquit Photius)puram illam ea in re & nihil hæsitantẽ habere oportet.

12. *Hoc immolatum est.* ex hoc loco & præcedente ostendit se idolothytũ non inhibere:nisi quatenus is suspicionẽ affert venerati idoli: quando si extra sacrificia idolorũ ac sine cõsciẽtia idoli apponatur, non interdicit.

13. *Libertas mea iudicatur.* Græcè κρίνεται, id est, condemnatur ob alienam conscientiam,id est,etsi per Christum libertatẽ habeo vescendi idolothyto,non tamẽ sinendum est: ne ob conscientiam alterius lęsã,hęc mea libertas vitio mihi vertatur,& dãnabilis fiat.

14. *Si ego cum gratia*, id est,inquit Chrysosto.si per dei gratiã indifferenter quolibet cibo vesci possum,próq; hac libertate gratias ago,qd blasphemor.i.quid me sino blasphemari,& male audire à gẽtibus? Ná gẽtes, inquit Chrysost. videtes Christianos idôla auersari,& tamẽ ad eorũ mẽsas accurrere,ibique ingurgitari,accusabant eos simulationis & gulæ.

1. *Laudo autẽ.* Quidã asserũt eos à Paulo laudari q̃ præcepta ab illo tradita tenerent. cæterũ quòd in multis aliis ridiculã & inhonestam cõsuetudinẽ haberẽt,dãnari. Theodor⁹ Græc⁹, & Ambrosius existimant istud,laudo vos,ironicè dictum.

2. *Caput mulieris vir.* quoniã virilia sibi officia vendicabãt mulieres,ita vt in ecclesia docẽdi minus vsurparẽt, & aperto capite prophetarẽt atq; orarent,ostẽdit Paulus id nõ decere. quoniam quũ vir caput sit mulieris.i. dominus: & ipsius,Christus: Christi autẽ,deus: nõ decet ergo mulierẽ aperto capite orare,aut ꝓphetare.Prophetabãt enim ea ætate mulieres, sicut in Actis de filiis Philippi legimus.Sic contrà,virum non decet velato capite, quia

ARGVMENTVM Cap. II.

¶ *Virum aperto capite,mulierem autem operto orare iubet,particulares in dominica cœna conuentus damnat, & ad digne sumendam Eucharistiam hortatur.*

CAP. XI.

A IMitatores mei estote:sicut & ego Christi.[1] *Laudo autem uos fratres: quòd per omnia mei memores estis: & sicut tradidi uobis, præcepta mea tenetis.* Eph. 5.c. *Volo autem uos scire quòd omnis uiri caput,Christus est.* [2] *caput autem mulieris uir. caput*

hoc agens *Deturpat caput suum*, id est, ignominia afficit. Caput autem, vel Christum intellige, dum qui immediate subiacet Christo, profitetur per velamen vxori se subesse. nam velamen, vt omnes hic exponunt, Græci ac latini, subiectionem indicat. vel caput suum, id est, semet ignominia afficit mulier libre vsurpans officium, atque vxori sese demittens.

Contrà mulier aperto capite orans, caput quoque suũ ignominia afficit, virum sci licet, dum reiecto velamine (quod eam viro significat subditam) subiectionem viri excutit: vel semetipsam, vel caput quoq; suum. quia vnum est. i. perinde ac si decaluetur aut tondeatur. i. tã indecorum est aperto capite mulieres orare, quàm tonsam aut decaluatam incedere, id est. n. mulieri peplũ, qđ naturale velamẽ capillorũ.

3. *Quoniam imago est.* Theodoritus & Seuerianus Græci hoc loco asserunt virum non dici imaginem dei corpore & anima tantum, est enim hoc modo mulier gloria dei, & imago: sed ratione principatus, qui homini creditus est in omnia animantia. est ergo imago dei vir, & similitudo eius, principatũ habens in omnia animantia & viuentia, sicut in hominem & omnes alias creaturas deus habet. non debet ergo velare caput, quia velamẽ subiectionis est argumentum.

4. *Velamen.* Græci omnes habent ἐξουσίαν, id est, potestatem, licet id interpretentur velamen, quo se mulier sub potestate viri esse agnoscit. mulier ergo velamen debet habere & propter virum, cui se subditam agnoscat oportet, & propter angelos. Chrysosto. interpretatur, habeat velamen, etsi non propter virum, tamen propter angelos, quos testes habet obedientiæ suæ aut inobediẽtiæ. alij ob angelos. i. sacerdotes & epos, qui angeli dicũtur, quos etiã offendere potest aperto capite incedẽs. Clemẽs lib. 2. ὑποτυπώσεων, angelos vocat sanctos & probos viros, ob quos mulieres vult velatas incedere ne ad fornicationem eos incitẽt. 5. *Nos*

uerò Christi: deus. omnis uir orans aut prophetans uelato capite: deturpat caput suum. Omnis autem mulier orans aut prophetans non uelato capite: deturpat caput suũ. unum enim est, ac si decaluetur.

Nam si non uelatur mulier, tondeatur. Si uerò turpe est mulieri tonderi aut decaluari: uelet caput suum.

Vir quidem non debet uelare caput suum, quoniã imago & gloria dei est: mulier autẽ, gloria uiri est. Non enĩ uir ex muliere est: sed mulier ex uiro. Etenim non est creatus uir propter mulierẽ: sed mulier propter uirũ, ideo debet mulier uelamẽ habere supra caput suum, & propter angelos. Veruntamen neque uir sine muliere: neque mulier sine uiro in domino. Nam sicut mulier de uiro: ita & uir per mulierem. Omnia autẽ ex deo. Vos ipsi iudicate: decet mulierem nõ uelatam orare deum? Nec ipsa natura docet uos, quòd uir quidem si comam nutriat, ignominia est illi: mulier uerò si comam nutriat, gloria est illi: quoniam capilli pro uelamine ei dati sunt. Si quis autem uidetur contentiosus esse: nos talem consuetudinẽ non habemus, neque ecclesia dei. Hoc autem præcipio: non laudãs, quòd non in melius, sed in deterius conuenitis. Primum quidem conuenientibus uo-

5. *Nos talem, &c.* Quid hic dicturi sunt, qui tot annos obseruatas ecclesiæ catholicæ consuetudines eneruare contendunt, quum rem indifferentem, & de qua nihil in scripturis caueatur, obseruari ab omnibus velit, argumentum aliud aduersus contentiosos non afferens, nisi ecclesiæ consuetudinem? Græci dupliciter exponunt: vel, non habemus talem cõsuetudinem contradicendi: vel, quòd mulier aperto capite oret, vir velato.

6. *Hoc autem præcipio.* τὸ hoc, mihi referẽdum videtur ad præcedentia, scilicet mulierem velato capite orare, virum aperto: nec tamen interim laudo, q̃ non in melius, sed deterius conuenitis. Græci hic habent, hoc autẽ præcipiens non laudo, sed ad sensum nihil refert.

7. *Conuenientibus.* necesse est hoc loco cõsuetudinem Corinthiorũ repetere ex Chrysost. & aliis Græcis. Statutis diebus conueniebant in ecclesiam (inquit) fideles, atq; ibi post mysteriorum, scilicet corporis & sanguinis domini, communicationem, cõmunia omnibus ex æquo fiebant cõuiuia pauperibus & diuitibus, quæ à communi inuicem charitate ἀγάπας, id est, charitates vocabant. ibi communiter omnes discumbebant in hymnis gratiarúmque actionibus conuiuia illa transigentes. Augustinus tamen ait, quòd more Christi qui agnum paschalem primum discipulis dedit, deinde suum corpus & sanguinem, primum in ecclesia Christiani conuiuia communia faciebant, deinde ad mensam domini accedebant. Verùm siue antè siue pòst, iam ab illo more honestorum conuiuiorum desciuerant, sed particularia conuiuia faciebant, vbi se ingurgitabant. quinetiam vt Græcis quibusdam visum est, non in communi mensa Christi corpus & sanguinem, sed priuatim, put variæ erant illorum sectæ sumebant, atque à mensa domini, & à suis illis

is illis conuiuiis pauperes arcebant: quos ob id arguens Paulus, audio (ait) sic vobis conuenientibus scissuras, & sectas esse inter vos.

8. *Oportet hæreses.* Græcè hoc loco non falsas opinionum sectas, sed schismata dissentionum interpretantur, quia iam non communiter post vel ante cœnam dominicam vescerentur, sed neglectis pauperibus diuisim per sectas. Oportet ergo (inquit) hæreses id est, dissensiones esse, *Vt qui probati sunt*, id est, viri probi, manifesti fiant, vbi & vt, euentũ rei dicit, nõ causam.

9. *Conuenientibus ergo.* Sic ergo vobis in vnum, id est, in vnam ecclesiam conuenientibus, non est dominicã cœnam manducare, id est, dum sic particularia conuiuia facientes in ecclesia conuenitis, non potestis vt par est, & qua dignitate decet, cœnã domini manducare, siue antecedẽter sic ingurgitamini, vt putat Augustinus. siue consequenter, vt Chrysostomus. spirituale conuiuium & corporale paschalis agni commune fuit discipulis omnibus. Vos autem cõmuni charitate neglecta seorsum vescimini.

bis in ecclesiam, audio scissuras esse inter uos, & ex parte credo. Nam [8] *oportet & hæreses esse: ut & qui probati sunt, manifesti fiant in uobis.* [9] *Conuenientibus ergo uobis in unũ, iam nõ est dominicã cœnã mãducare.* [10] *Vnusquisq; enim suã cœnam præsumit ad manducandũ. Et alius quidẽ esurit: alius autẽ ebrius est.* [11] *Nũquid domos non habetis ad mãducandũ & bibendũ? Aut ecclesiã dei contẽnitis: & cõfunditis eos qui non habẽt? Quid dicã uobis? Laudo uos? In hoc nõ laudo.* [12] *Ego enim accepi à domino, quod & tradidi*

10. *Vnusquisque enim*, inquit, *præsumit.* Græcè προλαμβάνει. i. præoccupat & anticipat cœnã suã, ad manducandũ, Græcè, ἐν τῷ φαγεῖν. i. in comedendo. Diuites enim non vocatis, aut expectatis pauperibus contra ecclesiæ consuetudinem, & dominicæ cœnæ imitationem reiiciebant à suis conuiuiis pauperes: in quo eos arguit, atque etiã præterea, quia ibi se ingurgitarent. Et cõformiter ad hoc dicit in fine capitis, cũ cõuenitis ad manducandum, inuicem expectate.

11. *Nunquid domos.* i. si se ingurgitare visum fuerat, nónne priuatim domi id faciendum erat, & non neglectui habenda ac hisce cõmessationibus polluenda ecclesia? an, inquit, confunditis eos qui non habent, scilicet pauperes, id est, an ad eorum ignominiam illos non admittitis & reiicitis?

12. *Ego enim accepi.* i. didici à domino quod & tradidi vobis. i. quod

vos

vos docui, modum scilicet consecrandi, & manducandi corporis dominici. Facit autem hoc loco mentionem instituti sacramenti, vt quemadmodum neminem suorũ à sacrosancta mensa Christus abiecit: ita nec à suis conuiuiis, quæ dominicam cœnam repræsentabant, arcere eos pauperes doceret.

Matt. 26.c. Mar. 14.c. Luc. 22.b. *uobis: quoniã dominus Iesus in qua nocte tradebatur, accepit panẽ, & gratias agens fregit & dixit, Accipite, & manducate:* [13] *hoc est corpus meum quod pro uobis tradetur. hoc facite in meam cõmemorationem. Similiter & calicem, postquam cœnauit, dicens, Hic calix nouum testa*

F *mentum est in meo sanguine. Hoc facite, quotiescunq; bibetis, in meã commemorationem. Quotiescũque enim manducabitis panem hunc, et calicem bibetis, mortẽ domini annunciabitis,* [14] *donec ueniat. Itaque*

Ioan. 6.f. *quicunque manducauerit panem, & biberit calicem domini indignè,* [15] *reus erit corporis & sanguinis*

13. *Hoc est corpus.* Visum est hoc loco ob renascentẽ hæresim aduersus Eucharistiã, doctorum Græcorum sententiam huc adscribere, vt intelligãt omnes in hac cœna non symbolum tantum, sed verum domini corpus esse. licet aliquando mysterium dicatur, quia significat & debeamus per concordiã communem vnus panis esse in Christo. Chrysosto. cuius Græca non addam, quia extant impressa, reprehendens & statim per communionẽ mensæ domini, à sua carnali mensa pauperes abiicerent, Sanguinem (inquit) dominicum gustasti, neque sic fratrem agnoscis. De carne verò, & hoc (inquit) facis, quũ ad Christi mensam discubueris in die illa, qua carnem eius lingua attingere dignatus est. ecce carnem, non carnis symbolum panem dicit. Ipsa autem communia conuiuia, symbolũ erat cœnæ domini.

14. *Donec veniat.* i. vsque ad aduentum illius. Hoc enim est iuge Eucharistiæ sacrificium vsque ad aduentum domini duraturum, post quem in gloria non iam sub speciebus, sed palàm excellentiore, licet nunc nobis incognito, modò corpore illius fruemur: nec corpore modò, sed & diuinitate.

15. *Reus erit.* Hic Theodoritus Græcus, τὸ ἔνοχος ἔσται τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος, τοῦτο φησὶν, ὅτι καθάπερ παρέδωκεν ἡμῖν αὐτὸν ὁ δεσπότης, παρανόησας δὲ εἰς αὐτὸν ἰουδαῖοι, οὕτως ἀτιμάζουσι αὐτὸν δι' ὃ τὸ παναγιον αὐτοῦ σῶμα χρῆσιν ἀκαθάρτοις ἀνθρώποις, καὶ φαγεῖ προσφέροντες τοῦ σώματι: quorum verborum sensus est: Quòd verò ait,

reus

reus erit corporis & sanguinis, hoc innuit, quòd quemadmodum prodidit quidem illum Iudas, at Iudæi conuiciis eum & iniuriis affecerunt, sic illum ignominia afficiunt, qui sacratissimum eius corpus manibus impuris attrectant, oríque admouent execrabili. En simile crimen proditoris, crucifigētiumque Iudæorum, & indignè sacrosanctum illud corpus habentium: non patitur breuis pagina plura adferre testimonia, quare supersedebimus.

16. *Probet autem.* i. conscientiâ suam examinet, nec sinistrè de hoc mysterio sentiat. Ita enim Theodorus & Theodoretus: Vnusquisque, inquiunt, mētem suam scrutetur, qualem nimirum de hisce mysteriis opinionem habeat, atque ita participet & cōmunicet. Quod enim ait, *seipsum*, positum est, pro mentem ac sententiam suā: vult enim nos rectè sentire de huiusmodi mysteriis[1], ne carnale aliquid tātum suspicemur inesse. Theodoritus *probet seipsum*, Tu, inquit, tui ipsius arbiter esto, & eorū quæ in vita gessisti iudex non indiligēs, cōsciētiā tuā scrutare, & tūc dei dona suscipe: neq; enī sufficit rectè de sacramento isto sentire, nisi puram à peccato mentem afferas.

domini. [16] *Probet aūt seipsum homo, et sic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indignè: iudicium sibi manducat et bibit,* [17] *non diiudicans corpus domini.* [18] *Ideo inter uos multi infirmi & imbecilles: & dormiunt multi. Quòd si nosmetipsos* [19] *diiudicaremus, non utique iudicaremur.* [20] *Dū iudicamur autem: à domino corripimur, ut non cum hoc mundo damnemur. Itaque fratres mei, cùm cōuenitis ad manducandum: inuicem expectate. Si quis esurit, domi manducet: ut non in iudicium conueniatis. Cætera autem, cùm uenero, disponam.*

2. Co. 13. b.

17. *Non diiudicans.* Photius, μὴ διακρίνων τὸ σῶμα τοῦ κυρίου, ἀλλὰ ὡς ἀδιαφόρῳ τῇ λοιπῶν μετέχων αὐτοῦ, καὶ προσφερόμενος αὐτῷ. i. non diiudicans corpus domini, sed eo tanquam promiscuo & indifferente cibo vtens, atque ita ad ipsum accedens.

18. *Ideo inter vos multi infirmi & imbecilles.* Ostendit ex indignè sumpto corpore domini & sanguine, immaturas mortes euenire, cùm ait, dormiunt multi, similiter & lōgos morbos aliaq; mala multa.

19. *Diiudicaremus.* i. examinaremus, & nostra ipsi peccata condemnaremus: vtrunque enim significat διακρίνειν.

20. *Dum autem.* dum à domino in hac vita plectimur, per morborū afflictiones

afflictiones tantum corripimur: huiusmodi enim animaduersio prę nostris delictis quædam est benigna castigatio.

1. *Euntes*, pro ibatis, Græcè, ἀπαγόμενοι, id est, abducti, pro abducebamini. frequens est enim Græcis & Hebręis maximè participium pro verbo.

ARGVMENTVM Cap. 12.

¶ *Diuersa corporis ecclesiastici membra diuersis gratiis donata esse, nec tamen ob eas inuicem insolescere oportere ostendit.*

CAPVT XII.

A De spiritualibus autē nolo uos ignorare fratres.

Scitis autem quoniā cùm gentes essetis, ad simulachra muta prout ducebamini[1] euntes. Ideo notum uobis facio, quòd nemo in spiritu dei loquens, dicit, [2] anathema Iesu. Et nemo potest[3] dicere dominus Iesus, nisi in spiritu sancto. Diuisiones uerò gratiarum sunt, idē autem spiritus. Et diuisiones[4] ministrationum sunt: idem autem dominus. Et diuisiones[5] operationū sunt: idem uerò deus, qui operatur omnia in omnibus. Vnicuiq; autem datur [6] manifestatio spiritus, ad utilitatē.

Mar. 9. f.

B Alij quidem, per spiritū datur[7] sermo sapientiæ: alij autem, sermo scientiæ, secundum eundem spiritum: alteri[8] fides, in eodem spiritu: alij gratia[9] sanitatum, in uno spiritu:

2. *Anathema Iesu.* i. nemo spiritum dei habens Iesu maledicit.

3. *Dicere.* i. bene de domino Iesu sentire.

4 *Ministrationum.* inter quas est apostolatus, iniunctio baptizādi, & eleemosynas colligendi, cæteráque officia ecclesiastica.

5. *Operationum*, bonarum scilicet actionum.

6. *Manifestatio.* collatio doni alicuius spiritualis sed visibilis, quòd esset argumentū inuisibilis spiritus accepti.

7. *Sermo sapientiæ.* Sapientiā dicit esse Augustinus, per quam in se diuina cognoscimus & contemplamur: scientiam qua per bonas actiones ad deum tendimus: sermo autem sapientiæ & scientiæ virtus est expeditè effandi & promptè explicādi quod noueris tum in sapientia tum in scientia. Græci interpretātur sermonem sapientiæ de rebus arduis, scientiam de inferioribus.

8. *Alteri fides.* Fides hic non pro dono credendi, sed pro cōstāti in deū fiducia: qppe quę mōtes trāsferre possit.

9. *Sanitatum.* i. morbos sanandi & curandi.

10. *Ope-*

10. *Operatio virtutum*, id est, signorum & miraculorum. Chrysost. interpretatur vim etiam solo verbo animaduertendi in peccatores.

11. *Prophetia*, id est, præuisio & præcognitio futurorũ: potest & summi pro scripturarum cognitione infusa.

12. *Discretio spirituum*, qua dignosci poterat quo quis spiritu loqueretur, inuidentiæ an charitatis, vel ad discernendum quis verus propheta, & quis falsus.

13. *Genera linguarũ*, id est, varias linguarũ cognitio, & interpretatio sermonum, id est, facultas peregrinas linguas interpretandi.

14. *Ita Christus*, sub. in eccle sia vnum corpus est multis membris constans, vel vnũ corpus habet, scilicet ecclesiam.

15. *In vnum corpus*, corpus scilicet Christi, cui per baptismum incorporamur, vel in vnum corpus, id est, vnitatẽ ecclesiæ.

16. *Vno spiritu potati*, id est, eundem spiritum accepimus.

17. *Nam corpus*. Metaphora corporis naturalis, docet vitanda esse in corpore mystico ecclesiæ schismata, neque perfectiores oportere ob accepta dona aduersus infirmiores insolescere: sicut membra corporis non inuicem tumultuantur, sed consentiunt, suo quodq; fungens officio. inter quæ debiliora plerũque magis necessaria: vt oculus, & viliora honestiori tegumento velan-

alij[10] *operatio uirtutum: alij*[11] *prophetia: alij*, [12] *discretio spirituum: alij, genera*[13] *linguarũ: alij, interpretatio sermonum. Hæc autem omnia operatur unus atque idem spiritus, diuidens singulis prout uult. Sicut enim corpus unum est, & membra habet multa: omnia autem membra corporis cum sint multa, unum tamen corpus sunt:*[14] *ita & Christus. Etenim in uno spiritu omnes nos in*[15] *unum corpus, baptizati sumus, siue Iudæi, siue gentiles: siue serui, siue liberi: & omnes in*[16] *uno spiritu potati sumus.*[17] *Nã & corpus nõ est unum membrum, sed multa. Si dixerit pes, Quoniam non sum manus, non sum de corpore: non ideo, non est de corpore? Et si dixerit auris, Quoniam non sum oculus, non sum de corpore: nõ ideo, non est de corpore? Si totum corpus oculus, ubi auditus? Si totũ auditus, ubi odoratus? Nunc autem posuit deus membra, unumquodque eorũ in corpore sicut uoluit. Quòd si essent omnia unum membrũ, ubi corpus? Nunc autem multa quidem membra: unũ autem corpus. Non potest autem dicere,*

Rom. 12. ab. Ephe. 4. b.

C

tur, quum facies pateat: sic plerunq; in ecclesia qui debiles sunt & viles, magno sunt usui: vnde supportare inuicem oportet.

18. *Quæ videntur*. Ad eorum consolationem qui imperfectiores erant, minoraque dona acceperant, ait, quòd membra corporis naturalis quæ videntur infirmiora esse, magis sunt necessaria, qualis oculus, quo nihil imbecillius vtpote quinihil sine læsione admittat: & nihil magis necessarium. ita quæ ignobiliora putamus, vt pedes & cætera, iis honorem abundantiorem tribuimus solicitè tegendo. Sicut ergo in corpore membra quæ abiectiora & infirmiora videntur, ea natura aliis dotibus & abundantiori honore instruxit: sic in corpore Christi mystico, qui minora dona spiritus sancti acceperunt visibilia, eis plerunque deus maiorem largitus est, sed inuisibilem gratiam. Aduerte autem, quia non dixit membra infirmiora & inhonesta, quę simul cum aliis condidit dominus, sed quòd talia videntur & existimantur à nobis.

cere oculus manui, Opera tua nõ indigeo: aut iterũ caput pedibus, Nõ estis mihi necessaria: sed multo magis[18] *quæ uidentur membra corporis infirmiora esse, necessariora sunt. et quæ putamus ignobiliora mẽbra esse corporis, his honorem abũdantiorem circundamus, & quæ inhonesta sunt nostra, abundantiorẽ honestatem habent. Honesta autem nostra, nullius egent. sed deus tempera uit corpus, ei cui deerat, abundantiorem tribuendo honorem: ut non sit schisma in corpore, sed in idipsũ pro inuicem solicita sint membra. Et si quid patitur unum membrum, cõpatiuntur omnia mẽbra. siue gloriatur unum membrũ, congaudent omnia mẽbra. Vos autẽ estis corpus Christi, &*[19] *membra de membro.* Ephe. 4. c. *Et quosdam quidem posuit deus in ecclesia: primum apostolos, secundo prophetas, tertio doctores, deinde*[20] *uirtutes: exinde gratias curationũ,*[21] *opitulationes, gubernationes,*

D

19. *Membra de membro*, id est, membra inuicem connexa & dependentia. Quidam Græci legunt ἓκ μέλους, id est, de membro: alij ἓκ μέρους, id est, ex parte, q̃ nondum omnes essent membra Christi, vel vt Græci aiunt, quòd non soli essent membra.

20. *Virtutes*. i. quod antè vocauit operationes virtutum.

21. *Opitulationes*. Græci interpretantur gratiam qua infirmorum curam habebant, non qua eos sanarent, sed curam illorum susciperẽt,

& similiter interpretantur gubernationes.

22. *Aemulamini charismata*, id est, sectemini dona potiora.

1. *Si linguis hominum.* Quoniam varia erant spiritus sancti dona gratis concessa, ob quæ supra modum Corinthij efferrentur, omnem illis inde gloriationem excludit, ostendens nullũ illis profore posse, si charitatis negligentes fuerint: & quoniam de dono linguarum maximè gloriabantur, ab illis incipit dicẽs: Si hominum linguis loquar & angelorum: non q̃ linguas angeli habeant, in quibus est tantum potentia intelligendi, qua diuina inter se sensa communicant, nisi fortè suo modo linguã hãc placet appellare: sed hyperbolicè dicta est angelorũ lingua pro eloquẽtissima. sicut vulgò elegantissima facie hominem angelo comparamus. Si ergo linguis iis loquar sine charitate, factus sum velut æs sonans & cymbalum tinniens, quę inanem & inutilem sonum reddunt: ita sine charitate inutile est donum linguarum.

2. *Prophetiam.* vel gratiam futura prædicendi, vel scripturas intelligendi.

3. Et *si habuero omnem fidem.* Non de vulgari fide hic locus intelligendus, sed vt inquit Theophylactus, syncera & integra. Hæc est fides euangelica sinapis grano cõparata non ob sui exilitatẽ, sed vim & acrimoniam, qualis est in modico sinapis grano: & hanc interpretatur Origenes in hunc locum, solidam atque integram fidem. Qui, inquit, habet fidem vt granum sinapis, ὅλως ἔχει πίστιν, id est, solidam integrãque fidem habet. Et Gennadius Græcus hunc locum de perfecta fide intelligi, & tamen à charitate distingui docet, dicens, ὁ γὰρ εἰπὼν ὁ κύριος ὡς σπέρμα σινάπεως ὄρη μεθιστᾶν, πᾶσαν φησὶ, μηδὲν εἶναι ἀγάπης χωρὶς. id est, quod verò in euangeliis maximum esse dominus asserit, scilicet montes per fidem transferre, id sine charitate nihil esse dicit Paulus. Videant ergo qui fidem absq; opib⁹ satis esse putãt, quíq; eam à charitate nõ distinguunt, q̃ rectè sentiant.

4. *Non æmulatur.* i. inuidet.

5. *Irritatur.* i. exacerbatur.

6. *Nunquam excidit.* i. nunquam intermoritur nec cessat, semper enim in aliquib⁹ erit charitas, cętera dona in gloria cessabunt.

7. *Ex parte.* i. imperfectè,

8. *Quum essem paruulus.* Similitudine virilis ætatis ostendit omnia spiritus dona, quę nonnihil habent imperfecti per nostram infirmitatem, præter charitatem aliquando cessatura. Sicut enim vir factus puerilem linguam, puerilésque exuit cogitationes: ita & quum euaserimus in virum perfectum in mensuram ætatis plenitudinis Christi, cessabit quicquid imperfectum habemus: & qui nunc subobscurè de deo cognoscimus, lucidè eum intuebimur, hoc enim indicat facie ad faciem, ac plenè illo dãte cognoscemus, sicut ille planè nos nouit.

genera linguarum, interpretationes sermonũ. Nunquid omnes apostoli? nunquid omnes prophetæ? Nũquid omnes doctores? nunquid omnes uirtutes? nunquid omnes gratiã habent curationum? nũquid omnes linguis loquuntur? nunquid omnes interpretantur? 22 *Aemulamini autem charismata meliora. Et adhuc excellentiorem uiã uobis demõstro.*

ARGVMENTVM Cap. 13.

¶ *Charitatem reliquis spiritus sancti donis præstantiorem esse docet.*

CAP. XIII.

1 *Si linguis hominum loquar & angelorũ: charitatem autem non habeam, factus sum uelut æs sonans, aut cymbalum tinniens.* A *Et si habuero*[2] *prophetiam: & nouerim mysteria omnia, & omnem scientiam,*[3] *& si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum.* B *Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Charitas patiens est, benigna est. Charitas non*[4] *æmulatur, non agit perperam, nõ*
Phili. 2. c. *inflatur, non est ambitiosa, non quærit quæ sua sunt, non*[5] *irritatur, non cogitat malũ, non gaudet super iniquitate, congaudet autem ueritati: omnia sustinet, omnia credit, omnia* C *sperat, omnia sustinet. Charitas*[6] *nunquam excidit: siue prophetiæ euacuabuntur, siue linguæ cessabũt, siue scientia destruetur.* 7 *Ex parte enim cognoscimus, & ex parte ꝓphetamus. Cùm autẽ uenerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est.* 8 *Cùm essem paruulus, loquebar ut paruulus, sapiebam ut paruulus, cogitabam ut paruulus.* D *Quando autem factus sum uir, euacuaui quæ erant paruuli. Videmus nunc per speculum in ænigmate: tunc autem facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte: tunc autem cognoscam, sicut & cognitus sum. Nunc autem manẽt, fides, spes, cha-*

9. *Maior autem.* Hoc tacent, qui tantum fidei tribuunt, charitatis operibus nihil.

1. *Aemulamini spiritualia*, id est, studio incumbite ad spiritus sancti dona, & inter ea prophetiam maximé.

2. *Nō hominibus.* i. non ad hominum ædificationem. Nemo enim peregrinam linguam intelligit.

3. *Spiritus autem*, id est, non est inutile donum linguarū habentibus, quum spiritus dei per illos, & illi per spiritū mysteria loquātur. Græci pro spiritus, legunt πνεύματι, id est, spiritui, & tunc sensus est, quòd non hominibus sed deo & spiritui sancto, id est, ad eorum laudem mysteria loquitur: vel πνεύματι, id est, spiritu, & per spiritum loquitur mysteria.

4. *Nam qui prophetat.* referēdus est locus ad id quod præcessit, magis autem vt *prophetetis*. Græci verò qui legunt ὁ δέ, id est, qui autem, iungunt immediatè præcedentibus. prophetare autem hoc loco sumitur vel, p futura prędicere, vel scripturas interpretari.

5. *Semetipsum ædificat*, id est, vni sibi prodest: qui autem prophetat, toti ecclesiæ.

6. *Nisi interpretetur.* neque enim omnes, qui donum linguarum habebant, variásque intelligebant, interpretandi facultatem habebant. Has enim gratias superiori capite distinxit. quod verò subdit, vt

ritas, tria hæc. 9 *maior autem horum est charitas.*

ARGVMENTVM Cap. 14.

¶ *Non insolescendum ob donum linguarum, cui (etsi laudabile est) prophetiæ, interpretationisq; dona anteponit, obitermo lieribus in ecclesia silentium indicens.*

CAPVT XIIII.

A SEctamini charitatē, 1 *æmulamini spiritualia: magis autem ut prophetetis. Qui enim loquitur lingua,* 2 *nō hominibus loquitur, sed deo: nemo enim audit,* 3 *spiritus autem loquitur mysteria.* 4 *nam qui prophetat, hominibus loquitur ad ædificationem, & exhortationē, & consolationem. Qui loquitur lingua,* 5 *semet ipsum ædificat: qui autem prophetat, ecclesiam dei ædificat. Volo autem omnes uos loqui linguis: magis autem prophetare. Nam maior est* B *qui prophetat, quàm qui loquitur linguis:* 6 *nisi interpretetur ut ecclesia ædificationem accipiat. Nunc autem fratres, si uenero ad uos linguis loquens, quid uobis prodero,*

dit, vt ecclesia dei, &c. referendum puto ad προφητεύετε, vt quod intercedit sit parenthesis. vel continuè legendum nisi interpretetur, vt ex eius interptatione ecclesia ædificationem accipiat.

7. *Nisi vobis loquar*, id est, nisi quod peregrinis & ignotis linguis loquor, vobis explicuero, *aut in revelatione*, id est, interpretatione linguæ, sic enim Græca schola. *aut in scientia*, &c. i. nisi scientiam, prophetiam vel doctrinam attulero.

8. *Tamē quæ sine anima.* quāquam Græci constanter legunt ὅμως, id est, tamen, cōmodior tamen est sensus, si legamus ὁμῶς accentu circunflexo in vltima, pro ὁμοίως, id est, similiter, quod fortasse germana lectio habebat, sed ἴσως vetustate erasō quidam scripserunt ὅμως. legendo autem ὁμῶς siue ὁμοίως, id est, similiter, manifestus est sensus, vtcunque linguis loquar, nisi loquar in revelatione, &c. nihil prodero. similiter inanimata instrumenta musices vtcunq; ea pulsaueris, nisi sonorum distinctionē dederint, nūquam intelligas quid canitur: sic nisi cum lingua *manifestum sermonē dederitis.* i. manifestam linguæ interpretationem attuleritis, nunquā intelligetur quod dicitis, eri

7 nisi uobis loquar: aut in reuelatione, aut in scientia, aut in prophetia, aut in doctrina? 8 *Tamen quæ sine anima sunt uocem dātia, siue tibia, siue cithara, nisi distinctionem sonituum dederint, quomodo scietur, id quod canitur, aut quod citharizatur?* 9 *Etenim si incertam uocem det tuba: quis parabit se ad bellum?* 10 *Ita & uos per linguam nisi manifestum sermonem dederitis, quomodo scietur id quod dicitur? Eritis enim in aera loquentes. Tam multa utputa genera linguarum sunt in hoc mundo: & nihil sine uoce est.* C *Si ergo nesciero uirtutem uocis, ero ei cui loquar barbarus: & qui loquitur, mihi barbarus. Sic & uos, quoniam* 9 *æmulatores estis spirituum: ad ædificationem ecclesiæ quærite, ut abundetis. Et ideo qui loquitur lingua, oret ut interpretetur. Nam si orem lingua,*

tis enim *in aera loquentes.* i. frustra, tam multa vtputa sunt *genera linguarum.* quidā Græci legūt φωνῶν. i. vocū: sed in idē redit. cōcludit aūt Paul⁹, ꝙ qui simplex donū linguarū habet, de quo tātopē glori abāt Corinthij, nulli vsui est, nisi vim energiāq; vocis, ac linguę quā callet, teneat. 9. *Aemulatores estis.* i. quoniam ad spiritus dona anhelatis, potiora quærite & magis ædificantia.

10. *Spiritus meus.* Oecumenius interpretatur spiritum, donum linguæ spirituale, mentem autem claram intelligentiam & interpretationem eorum, quæ dicuntur. itaque, inquit, oportet eum qui aliena lingua loquitur siue psallat, siue oret, siue doceat, intelligere & interpretari ad auditorum vtilitatem. quod ergo ait, *Orabo spiritu, orabo & mente*, sensus est, cu rabo vt donū linguæ & intelligentiæ siue interpretationis habeā. vnde Oecumenius ait, Προλέγω γὰρ νοΐ· ἀντὶ τοῦ, νοήσω γὰρ ὁρμηνεύσω ἀκούσιν, id est, psallam spiritu, pro eo qđ est, intelligā & interpretabor audientibus. Mihi autem hic videtur sumi posse spiritus pro sermone externo, & voce quæ aëre ac spiritu cōstat. Sic enim sermonem definit Lactantius. Sermo, spiritus est cū voce aliquid significante prolatus, mens autē sicut Græcū νόος τὸν σκόπον, id est intentionem nostram significare potest. inquit ergo Paulus: Si orem lingua, id est, simplex linguarum donum habens, & non interpretationis, *spiritus meus orat*, id est, vocalem quidem orationem sono & enuntio, *mens autem mea*, Græcè νοῦς, id est, scopus & intentio sine fructu est, non quidem loquentis, sed audientis. Quòd enim de eo intelligat, docet locus sequens. *Si benedixeris spiritu*, id est, voce tantum non intellecta, quomodo idiota respōdebit, Amen? nisi enim spiritus externam vocem significaret hoc loco, sed spiritus gratiam, aut aliquid purè spirituale, non subiungeret τὸ, quomodo diceret Amen, super tuam benedictionē? & quid dicas nescit, quomodo enim intelligeret spiritualiter tantum loquentem? Aemulabor ergo, inquit, prophetiam & interpretationem, & sic spiritu ac mente orabo, id est, cum fructu & meo & audientium.

10 *spiritus meus orat, mens autem mea sine fructu est. Quid ergo est? Orabo spiritu, orabo & mēte. Psallam spiritu, psallam & mente. Cæterū si benedixeris spiritu: qui supplet locum idiotæ, quomodo dicet* AMEN *super tuā benedictionem? quoniam quid dicas, nescit. nam tu quidem bene gratias agis: sed alter non ædificatur. Gratias ago deo, quòd omniū uestrū lingua loquor. Sed in ecclesia* [11] *uolo quinq; uerba sensu meo loqui, ut & alios instruam, q̄ decem millia uerborum*

11. *Volo.* Hebraismus, pro malo.

Sensu meo. Græcè νοΐ, id est, mēte, vt mens sicut & loco præcedente sumatur pro intentione proficiendi aliis. Sic enim Photius Græcus inter-

interpretatur, ἀλλὰ τῷ νοΐ μου τοῦτ' ἔστι διὰ τῆς τοῦ νοός μου καρποφορίας, ἥτις ἐστὶν ὠφελεία τῶν πολλῶν, id est, mente mea, hoc est, cū fructu mentis & intentionis meæ, quæ est multorum vtilitas.

12. *In lingua*, id est, dono linguæ non intellectæ.

13. *Itaque linguæ.* Totus est in hoc capite Paulus, vt Corinthiorum gloriationē ob donum linguarum excludat, asserens eas nō in ędificationē fideli bus, sed in signum & miraculum fidelibus datas. Prophetias autem non infidelibus tantum datas. sic enim Theophylactus interpretatur, Prophetiæ enim siue futurorum prænotionem, siue scripturarum cognitionem dicimus, & fidelibus prosunt & infidelibus.

14. *Idiotæ.* Idiotas vocat, inquit Seuerian[9], simplices experteſque malitiæ homines nondum baptizatos, quos postea vocauere κατηχουμένους, quòd adhuc elementis religionis imbuerētur, nondum ad mysteria admitterentur fidei & ecclesiæ: Latina ecclesia verbum Græcum vsurpauit, catechumenos vocans.

15. *Psalmum habet*, id est, vim vel ædendi, vel æditum in dei laudem canendi psalmi, *doctrinam*, id est, docendi exhortandique gratiam, *Apocalypsim*, id est, donū reuelationis, quo vel somnia, vel hominum cogitationes

[12] *in lingua. Fratres, nolite pueri esse sensibus, sed malitia paruuli estote, sensibus autem perfecti estote.*
Esa. 28. c. *In lege enim scriptū est. Quoniā in aliis linguis & labiis aliis loquar populo huic: & nec sic exaudient me, dicit dominus.* [13] *Itaq; linguæ in signū sunt nō fidelibus, sed infidelibus: prophetiæ autē nō infidelibus, sed fidelibus. Si ergo cōueniat uniuersa ecclesia in unū, & omnes linguis loquantur, intrent autē* [14] *idiotæ aut infideles: nonne dicent quòd insanitis? Si autem omnes prophetent, intret autem quis infidelis uel idiota: conuincitur ab omnibus, diiudicatur ab omnibus. occulta enim cordis eius manifesta fiūt: & ita cadēs in faciē adorabit deū, pronuntians quòd uerè deus in uobis sit. Quid ergo est fratres? Cùm cō uenitis, unusquisque uestrum* [15] *psalmum habet, doctrinam habet, apocalypsim habet, linguam habet, interpretationē habet: omnia ad ædificationem fiāt.* [16] *Siue lingua quis lo-*

posſit discutere.

16. *Siue lingua*, quo pacto dono linguarū vti debeāt ostendit. *Secun-*

dum duos, inquit, *aut vt multum tres*, id est, per duos aut ad summum tres, id fiat, & *per partes*. Græcè ἀνὰ μέρος id est, vicissim. Ambrosius vertit particulatim. Vult ergo Paulus quòd quibus est concessum donum linguarũ, nec omnes, nec simul, nec sine interprete loquantur, adhibitoque interprete, ne non intelligentibus ridiculi sint.

16. *Reuelatum fuerit*, id est, si quo prophetante spiritus sanctus quidpiam alteri reuelauerit melius, prior taceat.

17. *Per singulos*, id est, singulatim, singuli, quisque.

18. *Exhortẽtur*. passiuè, id est, exhortationẽ à prophetante accipiant.

19. *Spiritus prophetarum*, id est, spiritualis gratia prophetandi in potestate est prophetarum, vt quum velint, vtantur, aut abstineant, prout ecclesiæ conducere viderint: hoc autẽ ait, ne prophetandi alijs locum nõ relinquerent, fingentes se tacere non posse.

20. *An à vobis*. contentiosos his verbis reprimit, & si qui cõtradicere velint: quasi diceret, vósne doctores aliorum estis, à quibus euangelica prædicatio exierit, an non magis discipuli, qui obedire, non contendere debeatis? *aut in vos solos peruenit*, id est, solis vobis prædicatum est, & soli sapitis?

quitur: *secundum duos, aut ut multum tres & per partes, & unus interpretetur. Si autem non fuerit interpres: taceat in ecclesia, sibi autem loquatur & deo. Prophetæ autem duo aut tres dicant, & cæteri diiudicent. Quòd si alij* [16] *reuelatum fuerit sedenti: prior taceat. Potestis enim omnes* [17] *per singulos prophetare: ut omnes discãt, & omnes* [18] *exhortentur: &* [19] *spiritus prophetarum prophetis subiecti sunt. Non enim est dissensionis deus, sed pacis: sicut & in omnibus ecclesiis sanctorum doceo. Mulieres in ecclesiis taceant, non enim permittitur eis loqui, sed subditas esse, sicut et lex dicit. Si quid autẽ uolũt discere: domi uiros suos interrogent. Turpe est enim mulieri loqui in ecclesia.* [20] *An à uobis uerbum dei processit? aut in uos solos peruenit? Si quis uidetur propheta esse, aut spiritualis: cognoscat quæ scribo uobis, quòd domini sunt mandata. Si quis autem ignorat: ignorabitur. Itaque fratres æmulamini prophetare: & loqui linguis, nolite prohibere. Omnia autem honestè, & secũdũ ordinẽ fiãt in uobis.*

¶ARGV-

ARGVMENTVM Cap. 15.

¶ *Resurrectionis fidem confirmat, & varias resurgentium dotes insinuat.*

CAPVT XV.

A Gala. 1.b. [1] Notum autem uobis facio fratres, euangelium, N quod prædicaui uobis, qđ et accepistis, in quo et statis, per qđ & saluamini: qua ratione prædicauerim uobis si tenetis, nisi frustra credidistis. Esa. 53.b. [2] Tradidi enim uobis in primis quod & accepi: quòd Christus mortuus est pro peccatis nostris secundũ scripturas, & quia Ionæ. 2.a. sepultus est, & quia resurrexit tertia die, secundum scripturas: & B quia uisus est Cephæ: & post hoc, Osee. 9.a. [3] undecim. Deinde uisus est plusq̃ Ioan. 20.e. quingentis fratribus simul: ex quibus multi manẽt usque adhuc, quidam autem dormierunt. Deinde uisus est Iacóbo. deinde apostolis omnibus. Nouissimè autem omnium, tanquam abortiuo, uisus est & mihi. Ego enim sum minimus apostolorũ, qui nõ sum dignus uocari apostolus, quoniam persecutus sum ecclesiam dei. Gratia autem dei sum id quod sum: & gratia eius in me uacua non fuit, sed abundantius illis omnibus laboraui: non ego autem, sed gratia dei mecum. Siue enim ego, siue illi: sic prædicauimus,

1. *Notum vobis facio*. Græcè γνωρίζω, quod Græci interpretantur ὑπομιμνήσκω, id est, reminisci vos facio, & sic ordinant contextum: reminisci vos facio euangelij, de resurrectione scilicet, qđ prædicaui vobis, in quo vos statis, per quod & saluamini, si modò tenetis qua ratione prædicauerim vobis. vel alio modo ordinari potest, reminisci vos facio, qua ratione prædicauerim vobis euangelium, si modò illud tenetis, nisi etiã frustrà credidistis.

2. *Tradidi enim*. hoc capite aduersus gentilium errorem & Sadduceorum, qui resurrectionem negabant, disputat Paulus.

3. *Post hoc vndecim*. pro vndecim Græci legunt δώδεκα, id est, duodecim. quod si legitur, dicendum numerum illum duodenariũ etiã Iuda mortuo nomen suum retinuisse. Deinde, inquit, visus est plusquam quingentis fratribus. pro plusquam, Græcè est ἐπάνω, quod significare potest supra, id est, plusquam, vel supernè visus est quingentis fratribus, sic enim Græca scholia.

4. *Adhuc*

4. *Adhuc enim estis.* quia sicut ad Romanos 4. ait, traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationē nostram. si Christus non resurrexit, adhuc estis in peccatis vestris.

5. *Si in hac vita tantum,* id est, si tantū pro hac vita speramus in Christo non sperantes aliam, miserabiles sumus, qui pro Christo vsque adeo affligi & mori sustinemus, nihil ab eo præmij post mortem, nullam post hanc beatiorem vitam expectantes.

6. *Primitiæ dormientium.* primitiæ Christus dicitur, quia primus ad immortalitatem resurrexit. *Deinde resurgent qui sunt Christi,* id est, qui ad eum spectant, qui crediderunt in aduentum eius. Græci secus habent, nimirum resurgent in aduentu eius, qui ad eum spectant.

7. *Deinde finis.* Græcè τέλος quod etiam consummationē significare potest. Nam Theodoretus Græcus hoc loco τέλος, pro consummata omnium resurrectione sumit. Deinde, inquit, finis, hoc est, generalis omnium resurrectio, tūc enim finem acceptura sunt omnia. Non est autem hoc loco ordo pro temporis ordine, vt prius tempore iusti resurgant, deinde impij, quum in momento & ictu oculi futura sit resurrectio, sed pro ordine dignitatis ac meriti.

& sic credidistis. Si autem Christus C
prædicatur quòd resurrexit à mortuis: quomodo quidam dicunt in uobis, quoniā resurrectio mortuorum non est? Si autē resurrectio mortuorū non est, neq; Christus resurrexit. Si autē Christus nō resurrexit, inanis est prædicatio nostra, inanis est & fides uestra. inuenimur autē & falsi testes dei: quoniā testimoniū diximus aduersus deum, q. suscitauerit Christum, quem nō suscitauit si mortui nō resurgūt. Nam si mortui non resurgūt, neq; Christus resurrexit. Quòd si Christus nō resurrexit, uana est fides uestra, [4] *adhuc enim estis in peccatis uestris. Ergo et qui dormierunt in Christo: perierūt.* [5] *Si in hac uita tantū in Christo, sperantes sumus, miserabiliores sumus oībus hominibus. Nunc autē Christus* Colo. 1.c.
resurrexit à mortuis, [6] *primitiæ dormientiū. quoniā quidē per hominē* Apo. 1.b.
mors, & per hominem resurrectio mortuorū. Et sicut in Adā oēs moriūtur: ita & in Christo omnes uiuificabūtur, unusquisq; autē in suo D
ordine. Primitiæ, Christus. deinde ij 1. Th. 4.d.
qui sunt Christi, qui in aduentum eius crediderunt. [7] *Deinde finis,*

8. *Tradiderit regnum.* id est, ecclesiam fidelium & congregationem electorum, non quòd in ea non regnet deus, dicente Christo: regnum dei intra vos est, sed quòd nonnihil adhuc in eam dominetur peccatum & diabolus. Cyrillus enim & Photius Græci interpretantur, *Tradere regnum patri,* pro eo quod est, electorum ecclesiam ab omni perturbatione & afflictione liberam, & à dæmonū insidiis & insultibus tutam, patri reddere: quòd indicat sequentia, *cum euacuauerit,* id est aboleuerit & eneruauerit *omnem principatum & potestatē,* scilicet dæmonum potestatem & tyrannidem, quam exercent aduersus fideles. Mihi videtur hic sensus esse posse. Deus pater misso in mundum filio suam illi regendam ecclesiam tradidit, à qua etiam assumptus in cælum non abest, dicente ipso, Ego vobiscum sum vsque ad consummationem seculi: quinimò instar boni regis ab omni eam aduersariorum impugnatione defendit. quo defensore ipsi ecclesiæ opus est quādiu hic aduersus tot hostes dimicat. Quum autem generalis resurrectio fuerit, nullum iam ab hostibus ecclesiæ periculum erit, neque iam defensore opus: & tūc Christus demandatum suæ custodiæ ecclesię regnum patri reddet, non iam regnans super eam: quæ (vt ĩquit Basilius) perpurgata ab omni macula, tota in deum rapietur, nec iam illi mandato opus erit, vt iam imperium in illam exercere desinat. neque quū patri regnum tradit ecclesiæ, ab sese abdicat: sicut quum à patre accepit, non illi abstulit.

cum [8] *tradiderit regnum deo & patri, cum euacuauerit omnem principatum & potestatem & uirtutem.* [9] *Oportet autem illum re-* Psal. 109.a Heb. 1.d. & 10 c.
gnare: donec ponat omnes inimicos sub pedibus eius. Nouissime autem inimica destruetur mors.

9. *Oportet autem.* necesse est enim ob vndique instantes hostes, ecclesiæ suæ regimē & curam Christum susципere. nam electos propter fragilitatem carnis labi & vinci contingit: vnde imperatore illis opus est Christo, donec omnes ĩimicos ecclesiæ suæ sibi subiecerit. *Regnare oportet,* dicunt Græci, hoc est, quæ imperatoris & regis sunt præstare, vigilare, hostes debellare, *Donec ponat omnes inimicos sub pedibus suis,* vbi ὃ donec, vt Græci exponūt, nō indicat finem imperij Christi futurum subiectis inimicis, sed tunc magis imperaturum. ὃ γὰρ ἄχρις οὗ ἕως, id est, vsque & donec, vt aiunt, nequaquam hic ponuntur vt terminus temporis, sed pro semper: vt eo loco, vobiscum sum vsque ad consummationem seculi, non quòd

postea nobiscum esse desinat, qui meliori modo tũc adfuturus est, & illud, Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellũ pedum tuorum, non quòd postea non sit sessurus is qui sedebit & regnabit in domo Iacob inæternum.

10. *Omnia subiecit*, id est, omnium illi potestatem dedit deus, vt subii cere sibi possit omnia: non quòd patrem aut spiritũ qui bus est consubstantialis subiicere posse credatur. Nõdũ autem plenè diabolicas potestates sibi subiecit, sinens eas ad exercitationem electorũ sibi reluctari: & ideo inquit, Quum autem subiecta fuerint illi omnia.

Psal. 8. d. Heb. 2. d.

[10] *Omnia enim subiecit sub pedibus eius. cum autem dicat, Omnia subiecta sunt ei: sine dubio præter eum qui subiecit ei omnia. Cum autem subiecta fuerint illi omnia:* [11] *tunc & ipse filius subiectus erit ei, qui subiecit sibi omnia,* [12] *ut sit deus omnia in omnibus. Alioquin quid facient qui* [13] *baptizantur pro mortuis, si omnino mortui non resurgunt? Vt quid & baptizantur pro illis? Vt quid & nos periclitamur omni hora? Quotidie morior*[14] *propter uestram gloriam fratres, quã habeo in Christo Iesu domino nostro.* [15] *Si (secundum hominem) ad bestias pugnaui Ephesi: quid mihi prodest, si mortui non resurgunt? manducemus & bibamus, cras enim moriemur. Nolite seduci. Corrumpunt mores bonos colloquia mala.*

Esa. 22. d. Sap. 2. b. Menãder.

11. *Tunc & ipse filius*, id est, Christus secundum humanitatẽ subiectus erit patri, non quòd antea non esset. Et ideo interpretatur Photius Græcus. hoc est, manifestabitur re vera patri subiectus & obediens, cuius voluntatem impleuerit, quum ecclesiæ regnum ab omni tyrannide liberum & seditione reddiderit. Quidã interpretatur subiectus in suis membris scilicet electis, quibus tunc planè dominabitur.

12. *Vt sit deus*, id est, sic, & vt, euẽtum dicit, atque ita erit deus omnia in omnibus, hoc est, omnem ac plenam in omnia subiectionem habens, vel vt sit in omnibus, scilicet electis, omnia. id est, pro rebꝰ omnibus.

13. *Baptizantur*. varii varia huc afferunt. mihi hic videtur duplex esse posse sensus, prior ad quem accedit Chrysosto. si mortui non resurgunt, quid facient qui baptizantur pro mortuis, id est, pro spe mortuorum? quia (inquit Chrysost.) in primitiua ecclesia recitabãt baptizandi symbolum integrum, in quo est hic locus, Credo resurrectionem mortuorum: cum qua spe resurgendi à mortuis baptizabantur, haudquaquam baptizandi ac veterem vitã immutaturi, nisi ad immortalem se resurrecturos sperarent, & hoc est quod Paulus vocat baptizari pro mortuis, vel quia Paulus docebat fideles baptizari, nihil aliud esse quàm in spiritu & aqua Christo cõmori & consepeliri, vt consepulti simul cũ eo resurgerent, si quidẽ per imitationem mortis illius coinsiti in illũ sint, sicut ad Romanos sexto docet: ideo, inquit, quid facient qui baptizantur. i. veteri homini pristi-

pristinisque deliciis moriuntur in Christo, illique consepeliuntur pro mortuis, id est, pro spe quam habent resurgendi à mortuis? Mihi quoque videtur alius esse sensus, vt baptismus pro afflictione & supplicio sumatur, sicut Christus filiis Zebedæi dicit Marci. 10. Potestis baptismo quo ego baptizor baptizari, id est, supplicio pati quod ego sum passurus? hoc modo ergo sẽsus esset, quid facient qui baptizantur, id est, affliguntur pro mortuis, id est, vel pro spe mortuorũ atque ad vitam non interiturã resurgẽdi, vel pro mortuis, id est, pro asserta mortuorũ resurrectione, ꝓ qua morti se exponere non dubitarũt martyres. Quòd autem baptizari pro affligi hic sumatur, coniicio ex sequentibus locis, vt quid periclitamur? quotidie morior, ad bestias pugnaui, &c.

14. *Propter uestrã gloriã*. Græci sec⁹ habẽt. ὑπὲρ τὴν ὑμετέραν καύχησιν i. per nostrã gloriationem. Est autẽ ὑπὲρ particula obtestantis, sicque hoc loco obtestatur Paulus se quotidie pro spe mortuorum mori. i. variis periculis & mortibus subiacere. Photius tamen legit nobiscum ὑμετέραν, id est vestram, & duobus modis exponit, per vestrã gloriam: vno modo, vt sit iurantis: secundo modo, morior propter vestram gloriationem, id est, vt gloriari possim de vobis Christo per me acquisitis.

15. *Si secundum hominem*. Oecumenius Græcus ita exponit, si secundum hominem, id est, propter hominum gloriam, & non ob spem futuræ resurrectionis & retributionis ad bestias pugnaui Ephesi, quid mihi prodest? deinde quod sequitur, si mortui non resurgunt, connectendum cum sequentibus, manducemus & bibam⁹. Bestias autem vocat Demetrium argentarium & Iudæos Ephesi habitantes, nihil propè à bestiis differentes: alij dicunt Paulum Ephesi obiectum esse bestiis, quanquam nihil de hoc in Actis. Photius exponit, κατ' ἄνθρωπον ꝓ εἰς ἄνθρωπον, id est quantũ homini fuit possibile ad bestias pugnaui, pro quo Græci habent ἐθηριομάχησα. mihi autem videtur θηριομαχεῖν non modo esse ad bestias pugnare, sed

sed vsque ad extremū spiritū more bestiarū pugnare. sensus ergo esset, si secūdū hominem, vt Photius explicat, q̄tū hoi est possibile vsq; ad extremū spiritū pugnaui p defensione euangelii, quid mihi prodest?

16. *Euigilate*. i. sic expergiscimini à peccato, vt iusti sitis. Græci legūt δικαίως. i. iustè.

17. *Ad reuerētiā*. i. verecūdiā, Græcè φίλοτιμον, id est, verecundiam.

18. *Nisi prius moriatur*. quia erant qui de corporum resurrectione desperarent, videntes ea in terra putrefieri, exemplo grani docet nō prius resurrecturum corpus ad immortalitatis fructum, nisi pri⁹ mortuū ī terra fuerit: sicut ad frugē granū euadere neq̄t nō antè mortuū.

19. *Alia claritas solis*. exemplo corporum cęlestiū quorum alia clariora sunt aliis, docet in resurrectione iustorum futura illorum pro diuersis meritis diuersa præmia: sicut Christus in euangelio dicit, in domo patris mei multæ mansiones sunt.

20. *Corpus animale*. animale corpus dicitur à sensitiua & vegetatiua facultate animę, quarū facultatū actionibus hic, dū viuimus, corpus indiget, post mortē aūt iā illi nō erit opus: quia spirituale erit. i. incorruptibile, non iam alimento indigens, & ideo corpus nostrum quod hic est animale & corruptibile, semi-

16 *Euigilate iusti, & nolite peccare. ignorantiam enim dei quidam habent.* 17 *Ad reuerentiā uobis loquor. sed dicit aliquis, Quomodo resurgunt mortui? quali autem corpore uenient? Insipiens tu, quod seminas non uiuificatur,* 18 *nisi prius moriatur. Et quod seminas: nō corpus quod futurum est seminas, sed nudum granum, utputa tritici, aut alicuius cæterorū. Deus autē dat illi corpus sicut uult, & unicuiq; seminum proprium corpus. Non omnis caro, eadē caro: sed alia hominū, alia pecorū, alia autē uolucriū, alia piscium. Et corpora cælestia, & corpora terrestria. sed alia quidē cælestiū gloria: alia aūt terrestrium.* 19 *Alia claritas solis, alia claritas lunæ, & alia claritas stellarum. Stella enim à stella differt in claritate: sic & resurrectio mortuorum. Seminatur in corruptione: surget ī incorruptione. Seminatur in ignobilitate: surget in gloria. Seminatur in infirmitate: surget in uirtute. seminatur* 20 *corpus animale: surget corpus spirituale. Si est corp⁹ animale: est & corp⁹ spirituale, sicut scriptū est, Factus est primus homo Adam* Gen. 2. b.

natur in terram, vt surgat spirituale. Sicut enim primus Adam terrenus, secundus autem Adam Christus cælestis, ita nunc terrenum corpus habentes in resurrectione cæleste habituri sumus, si quidē cælestis Adæ imaginem, id est Christi gratiam nobiscum portauerimus. Photius corpus animale idē esse putat quod mortale. i. iræ, tristitiæ, esuriei, siti, & cæteris animæ corporisque affectionibus obnoxium. spirituale autem, immortale & nullis iam huiusmodi subditum terrenis affectionib⁹. similiter animam viuentē interpretatur corpus aīale, spiritū viuificātē corp⁹ spūale.

21. *In animam uiuentem*, viuebat enim sibi Adam, & sibi vnusquisque nostrū viuit: nō sibi aut alteri vitā largiri potest, quā solus ille dat qui spiritum viuificātem habet, nouissimus Adā, omniū nostrum via, veritas & vita.

22. *Omnes quidem resurgemus*. docet variam fuisse Græcis

21 *in animam uiuentem: nouissimus Adam in spiritum uiuificantem. sed non prius quod spirituale est, sed quod animale: deinde quod spirituale. Primus homo de terra, terrenus: secundus homo de cælo, cælestis. Qualis terrenus: tales & terreni. & qualis cælestis: tales & cælestes. Igitur sicut portauimus imaginem terreni: portemus & imaginem cælestis. Hoc autem dico fratres: quia caro & sanguis regnum dei possidere non possunt: neque corruptio incorruptelam possidebit.* Ec G *ce mysterium uobis dico.* 22 *Omnes*

suo tempore lectionem Hierony. ad Alexādrum & Mineriū. prior est, πάντες μὲν οὐ κοιμηθησόμεθα, πάντες δὲ ἀλλαγησόμεθα, id est nō omnes quidem dormiemus siue moriemur (nam dormire pro mori scriptura vsurpat) sed omnes immutabimur: vt non omnes morituri, adeóque nec resurrecturi sint, sed omnes à mortali corpore sint immutandi ad immortale. Verùm cum nec ipsi Christo mors pepercerit, præstat dicere omnes morituros & resurrecturos, cúmque ecclesia & nostra lectione, quam etiam præfert Hieronymus, sentire: præsertim quū quidam Græci codices Hieron. tēpore sic haberēt, & mihi nup ī man⁹ venit Greca Cyrilli in hūc locū expositio nostræ versioni per oīa cōsentiens, quā hic addere visū est, ne nostrā lectionē nullis græc. placuisse lectores credāt. Sic aūt habet Cyrill⁹, ἀναβιώσονται. οὐ γὰρ ὁμολογουμένως τὰ πάντων σώματα τῇ τῆς ἀφθαρσίας χάριτι κατημφιεσμένα, ἀλλαχθήσονται δὲ πάντες: ἀλλὰ δὲ οὐ φαῦλοι ἀπομένουσιν ἐν τῷ τῆς ἀτιμίας χιτῶνι, οἱ δὲ δίκαιοι ἀλλαχθήσονται μόνοι πρὸς τῷ τῆς ἀφθαρσίας ἀγαθῷ καὶ τῆς θείας δόξης

ξης κ. ἐξαναστήσονται πάντες πολλῷ i. resurgẽt qdẽ ĩdubiè omniũ corpora ĩmortalitatis induta gratiã, at nõ omnes immutabuntur: sed inhonori permanebũt impii, soli verò immutabuntur iusti, nimirum ad immortalitatis commodũ immutati, & diuinæ gloriæ indumento ditati. Sensus ergo est cum nostra lectione, quòd oẽs quidẽ moriẽtur, sed nõ omnes immutabuntur, in peccato suo ac miseria permanentibus impiis. Quinetiam Græca in Paulum scholia Veronæ impressa, vtranque lectionẽ habent, quinimò ἐ, non omnes dormiemus, ita interpretantur ad mentem Augustini hoc modo: ϕ verò ait, nõ omnes dormiemus, sic accipiendum est, quòd nequaquam longum somnum dormiemus, adeò vt sepultura sit opus, & in corruptionem oẽs resoluemur, sed ϕ breuẽ mortem qui tunc viui inuenientur, sustinebũt, propter eam quæ in momẽto futura est, resurrectionem. potes Græca videre scholia Veronæ impressa, quæ vtranque lectionem approbant.

quidem resurgemus: sed non omnes ĩmutabimur. In momẽto, in ictu oculi, ſ[23] *nouissima tuba (canet enĩ tuba) & mortui resurgent incorrupti: & nos immutabimur. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem: & mortale hoc induere immortalitatem. Cum autem mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet sermo qui scriptus est, Absorpta est mors in victoria. Vbi est mors victoria tua? Vbi est mors stimulus tuus?*[24] *Stimulus autem mortis peccatum est: uirtus uerò peccati lex. Deo autem gratias,*

23. *Nouissima tuba.* Tuba angeli vocem significare videtur ad iudicium omnes sistẽtis: ad quã alludere videtur Ioãnes in Apocalypsi, dicẽs, In dieb⁹ vocis septimi ãgeli, cũ cœperit tuba canere, cõsummabitur mysterium dei: & tunc, inquit, mortui resurgent incorrupti, quia cum boni tum mali ad immortalitatem corporis resurgent. Nos verò, id est iusti, immutabimur, quia de miseria ad gloriam transibimus. quod autem hic dicit nos immutabimur, & non omnes, facit pro interprete qui antea vertit, non omnes immutabimur.

24. *Stimulus mortis peccatum*, quia per peccatum mors inualuit & aucta est viribus eo vtens tanquam stimulo ad nos pungendos. *Virtus verò peccati lex.* Græcè δύναμις, id est potentia, quia sine lege peccatum mortuum erat & infirmum.

1. *Vnam*

quĩ dedit nobis uictoriã per dominũ nostrũ Iesum Christũ. Itaq; fratres mei dilecti, ſtabiles cſtote, & immobiles: abundantes in opere domini ſemper, ſciẽtes quòd labor ueſter non eſt inanis in domino.

ARGVMENTVM Cap. 16.

¶ *Ad eleemoſynas in ſanctos cõferẽdas inuitat. Deinde Timotheo ac nõnullis aliis cõmẽdatis, ſalutatiõibus epiſtolã claudit.*

CAP. XVI.

De collectis autem quæ fiunt in ſanctos: ſicut ordinaui eccleſiis Galatiæ,

A *ita & uos facite. Per*[1] *unã ſabbati unuſquiſq; ueſtrũ apud ſe ſeponat, recõdens quod ei bene placuerit: ut nõ cũ uenero, tũc collectæ fiãt. Cũ aũt præſẽs fuero: quos probaueritis per epiſtolas, hos mittã perferre gratiã ueſtrã i Hieruſalẽ. Quòd ſi dignũ fuerit ut ego eã: mecũ ibunt. Veniã autẽ ad uos, cũ Macedoniã pertrãſiero. nã Macedoniam pertranſibo. Apud uos autem forſitan manebo, uel etiam hyemabo, ut uos me deducatis quocunque iero. Nolo enim uos modo in tranſitu uidere. ſpero enim me aliquantulum tempo*

B *ris manere apud uos: ſi dominus permiſerit. Permanebo autem Epheſi uſque ad pentecoſten.* [2] *Oſtium enim mihi apertum eſt magnum & euidens, & aduerſarii multi. Si autem uenerit Timotheus: uidete ut ſine timore ſit apud uos. opus enim domini operatur, ſicut & ego. Ne quis ergo illum ſpernat. deducite autem illũ in pace, ut ueniat ad me. Expecto enim illum cum fratribus. De*

C *Apollo autem fratre uobis notum facio, quoniam multum rogaui eum ut ueniret ad uos cum fratribus. & utique non fuit uoluntas eius ut nunc ueniret: ueniet autem cum ei*[3] *uacuum fuerit: Vigilate, ſtate in fide, uiriliter agite & confortamini: omnia ueſtra in charitate fiant. Obſecro autem uos fratres, Noſtis domum Stéphanæ & Fortunati, & Achaici, quoniam ſunt*[4] *primitiæ Achaiæ, & in miniſterium ſanctorum ordinauerunt ſeipſos:*[5] *ut & uos*

1. *Vnam ſabbati*, id est, primã hebdomadæ. i. diẽ dominicam, ĩquit Theophylactus, & Græca ſcholia.

2. *Oſtium*, id est occaſio.

3. *Vacuum*. i. quum opportunitatem nactus erit.

4. *Primitiæ*. vel primi ex credentibus, vel præcipui inter credentes.

5. *Vt & uos*. obſecro, ſcilicet vt ſubditi ſitis illis, noſtis enim illos.

i *ſubdi*

6. Maranatha Ambrosius dicit esse verbum partim Hebræum, partim Syrum, & significare dominus noster venit, & tunc sensus est, Si quis non amat dominum Iesum, si anathema: venit enī dominus vindex illius.

subditi sitis eiusmodi, & omni cooperanti & laboranti. Gaudeo autem ī præsentia Stéphanæ & Fortunati & Achaici: quoniam id quod uobis deerat, ipsi suppleuerūt. D Refecerunt enim & meum spiritum & uestrum. Cognoscite ergo qui eiusmodi sunt. Salutant uos omnes ecclesiæ Asiæ. Salutant uos in domino multum, Aquila & Prisćilla cum domestica sua ecclesia apud quos & hospitor. Salutant uos omnes fratres. Salutate inuicem in osculo sanćto. Salutatio mea manu Pauli. Si quis non amat dominū nostrum Iesum Christum, sit anáthema. 6 maranatha. Gratia domini nostri Iesu Christi uobiscum. Charitas mea cum omnibus uobis in Christo Iesu. Amen.

¶ Argumentum secundæ epistolæ ad Corinthios.

SEcundam epistolam ad Corinthios scribit, excusans se quòd eos, vt erat pollicitus, nondum inuiserit, similiter & fornicatorem in ecclesiæ consortium recipi iubens. Interim verò aduersus insolescentes Iudæos euangelii præ lege excellentiam ostendit, suo exemplo ad persecutiones ferendas cohortans, & infidelium matrimonia inhibens. Demum ad eleemosynam inuitatos, à pseudapostolis cauere admonet: aduersus quos dignitatem suam tutan di gratia in afflictionibus & reuelationibus gloriari cogitur. Demū Corinthiis ni resipuerint, interminatur.

Epistola

EPISTOLA DIVI PAVLI APOSTOli ad Corinthios II.

ARGVMENTVM Cap. I.

¶ Epigraphe proposita quicquid agit ac suffert, in illorum gratiam fieri ostendit, excusans quòd nondum eos reuisere sibi licuerit.

CAPVT I.

A

Paulus apostolus Iesu Christi, per uoluntatem dei & Timótheus frater: ecclesiæ dei quæ est Corinthi, cum omnibus sanćtis qui sunt in uniuersa Achaia, gratia uobis & pax à deo patre nostro, & domino Iesu Christo. Benedictus deus & pater domini nostri Iesu Christi, pater misericordiarum & deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra: ut possimus & ipsi consolari eos qui in omni pressura sunt, per [1] exhortationem qua exhortamur & ipsi à deo. quoniam sicut B abundant [2] passiones Christi in nobis: ita & per Christum abundat & consolatio nostra. siue autem tribulamur, pro uestra exhortatione [3] & salute: siue consolamur, pro uestra consolatione & salute, quæ

Eph. 1.a. 1. Pe. 1.c.

1. Exhortationem. Græcè παράκλησις, id est, consolationem, & exhortamur: Græcè παρακαλούμεθα, id est, cōsolamur passiue. nam Græcum anceps est ad exhortationem, & consolationē. 2. Passiones Christi, id est, quas pro Christo ferimus: quas, vt suas reputat Christus, dicens, quæcunque feceritis vni ex minimis istis, mihi feceristis: & ita Græca scholia. 3. Et salute. sub. tam Græcè quàm latinè, tribulamur. vt sit sensus, siue tribulamur, siue affligimur, siue à deo cōsolamur, cedūt omnia ad vestram cōsolationem & salutem: quæ quidem cōsolatio vestra & spes salutis operatur tolerātiā &c. id est, quæ vos animat ad afflictiones nobiscum ferendas.

4. Vt *spes nostra*, id est, adeò vt spem firmam de vobis conceperim[9], Græci legunt & spes nostra firma est, deinde subdunt id quod in nostra versione præcessit. Siue consolamur &c.

5. *Responsum mortis.* Græcè ἀπόκριμα τοῦ θανάτου, vsque adeò ἴquit, ac supra vires afflicti sumus, vt tæderet viuere, ac de vita desperaremus: (vtrunque enim hoc loco significat Græcum, ὥστε ἐξαπορηθῆναι ἡμᾶς καὶ τοῦ ζῆν,) quinimò responsum mortis habuimus, id est eramus perìde atq; ifirmi, q desperatur à medicis & morti adiudicantur. Neque tantũ, inquit Photius, aliorum opinione, sed nostro etiam iudicio desperati fuimus ac pro mortuis habiti: sed hoc in nobisipsis mortis responsum ἀπόκριμα & sicut ipse interpretatur κρίσιν, habuimus. Interpretatur enim Photius ἀπόκριμα, κρίσιν medicorũ, quasi diceret, vsque ad hanc afflictionum extremitatem deuenimus, vt quum planè & nostra & aliorum opinione morti adiudicati essemus ac tandem deo nos eripiente exuscitati, doceremur cõfidere non in nobis, sed in deo. vel responsum mortis habuimus, intellige quòd tam graues erant afflictiones & molestiæ, vt nihil aliud portendere ac loqui viderentur, quàm instantem mortem. sic enim inquit Chrysostomus. τοῦτο ἡμῖν τὸ πρᾶγμα ἀπωκρίνατο. id est, hoc nobis molestiæ illæ respondebant.

6. Vt *ex multarum*, locus est subobscurus, nec multominus Græcis, hoc modo, ἵνα ἐκ πολλῶν προσώπων τὸ εἰς ὑμᾶς χάρισμα διὰ πολλῶν εὐχαριστηθῇ ὑπὲρ ὑμῶν. Græci exponunt ἐκ πολλῶν προσώπων, à multis personis: & διὰ πολλῶν, multis modis, atque hoc modo sensus est, speramus quòd nos deus eripiet, si nos vestris adiuueritis orationibus, vt per multos de dono ĩ nos collato multimodæ nostra causa deo gratiæ agantur.

7. *Gratia dei.* non in sapiẽtia, inquit, carnali, sed in gratia dei, id est, vel in sapientia, vel in virtute signorum & miraculorũ: qua etsi vbique vsi sumus, abundãtius tamẽ apud vos.

8. *Non enim alia.* dixerat se ĩ simplicitate cordis & non subdolè ambulasse, ad quæ subdit, non enim alia scribimus vobis, quàm quæ audistis & legistis.

9. *Spero autem*, id est, vt Photius inquit, quanquam nunc ex parte, id est, in parte noueritis quòd gloria vestra sumus, & vos nostra, id est ego de vobis, vos de me gloriari possitis, spero tamen quòd illud cognoscetis vsque in finẽ, Græcè, εἰς τέλος, id est τελείως, hoc est perfectè cognoscetis in die domini nostri.

10. *Secundam gratiam*, id est duplex & iteratum beneficium inquit Photius, alterum ex priore epistola, alterum ex mea præsentia, pro χάριν autem, id est gratiam, χαρὰν, id est, gaudium, quidam legunt.

11. *Quæ cogito.* Græcè ἃ βουλεύομαι, id est, quæ delibero ac statuo. nunquid secundum carnem, id est, secundum homines qui leues & ĩstabiles sũt, in leuitate & ĩstabilitate hęc decerno, vt sit apud me, est & nõ, id est, inconstantia ꝓmissionis. Nam sequẽtibus locis ὲ est, ꝓ asseueratione sumitur, ὲ nõ est, ꝓ negatione. Nã Græci ꝓ est, habẽt

operatur tolerantiam earundem passionum quas & nos patimur: [4]*ut spes nostra firma sit pro uobis, scientes quòd sicut socii passionum estis: sic eritis & consolationis. Non enim uolumus ignorare uos fratres de tribulatione nostra quæ facta est in Asia, quoniam supra modum grauati sumus supra uirtutem, ita ut tæderet nos etiam uiuere. Sed ipsi in nobisipsis* [5]*responsum mortis habuimus, ut non simus fidentes in nobis, sed in deo qui suscitat mortuos, qui de tantis periculis nos eripuit & eruit: in quem speramus quoniam & adhuc eripiet, adiuuantibus & uobis in oratione pro nobis:* [6]*ut ex multarum personis facierum, eius quæ in nobis est donationis, per multos gratiæ agantur pro nobis. Nã gloria nostra hæc* C *est, testimonium cõscientiæ nostræ, quòd in simplicitate cordis, & synceritate dei, & non in sapientia carnali, sed in* [7]*gratia dei conuersati sumus in hoc mundo, abundantius autem ad uos.* [8]*Non enim alia scribimus uobis, quàm quæ legistis & cognouistis.* [9]*Spero autem quòd usque in finem cognoscetis: sicut & cognouistis nos ex parte, quòd gloria uestra sumus, sicut & uos nostra in die domini nostri Iesu Christi. Et hac confidentia uolui prius uenire ad uos, ut* [10]*secundam gratiam haberetis: & per uos transire in Macedoniam, & iterum à Macedonia uenire ad uos, & à uobis de* D *duci in Iudæam. Cum ergo hoc uoluissem, nũquid leuitate usus sum? Aut* [11]*quæ cogito, secundum carnem cogito, ut sit apud me* EST *& Nõ?*

ναὶ, particulam affirmantis: & pro *non est*, οὒ negantis. verùm τὸ est & non, incertitudinem significat modò affirmatis, modò negatis.

12. *Fidelis deus*, particula obtestantis. i. deum veracem testor.

13. *Est in illo fuit*, id est, constans asseueratio, &, vt inquit Photius, ἀσάλευτος ὁ περὶ χριστοῦ λόγος, id est, fixa & inconcussa fuit de Christo prædicatio.

14. *In illo est*. sub. sunt, id est, promissiones dei constantes sunt & veraces.

15. *Dicimus amen deo*. Interpres explicandi gratia addidit, dicimus. Est autem sensus, Et ideo per ipsum Christum omnes dei promissiones confirmamus ac veras declaramus. Nam Amen Hebræis confirmandi particula est, à verbo Aman quod significat firmum esse.

16. *Deus*. sub. est qui confirmat & qui dedit, &c.

17. *Parcens vobis*. ne scilicet cum animaduersione ad vos venirem & vos contristarẽ, .i. ideo hoc verens. *Non vltrà*: Græcè, οὐκ ἔτι, id est, nondum veni Corinthum. quia verò vsus erat verbo parcendi, ne videretur imperiosus esse, subdidit, *Non quia dominamur fidei vestræ*, id est, non quòd fidei vestræ imperitare velim, quæ volũtaria esse debet: sed quia magis cooperari gaudio vestro volumus. quippe qui statis in fide ac firmi estis. Photius interpretatur, οὐχ ὅτι κυριεύομεν ὑμῶν τῆς πίστεως, non quòd dominemur vobis fide, id est, propter fidem vestram, quod enim (inquit Photius) dixit parcens vobis, non ita dictum est quasi vestræ fidei causa quam accepistis à nobis potestatẽ, autori-

12 *Fidelis autem deus, quia sermo noster qui fuit apud uos, non est in illo* EST & NON, *sed est in illo* EST. *Dei enĩ filius Iesus Christus, qui in uobis per nos prædicatus est per me & Syluanum & Timóthe um, non fuit in illo* EST & NON, *sed* 13 EST *in illo fuit. Quotquot enim promissiones dei sunt,* 14 *in illo* EST. *Ideo & per ipsum* 15 *dicimus amen deo ad gloriam nostram. Qui autem confirmat nos, uobiscum in Christum, & qui unxit nos,* 16 *deus: qui & signauit nos, & dedit pignus spiritus in cordibus nostris. Ego autem testem deum inuoco in animam meam, quòd* 17 *parcens uobis non ueni ultrà Corinthum. non quia dominamur fidei uestræ: sed adiutores sumus gaudij uestri. Nã fide statis.*

ARGVMENTVM *Cap. 2.*

¶ *Pœnitentem fornicarium in ecclesiæ cõsortium recipi mãdat, syncritatem suam in prædicando verbo commendans.*

CAPVT II.

A 1 *Statui autem hoc ipsum apud me, ne iterum in tristitia uenirem ad uos. Si enim ego contristo uos: & quis est qui me lætificet: nisi qui contristatur ex me?* Et *hoc ipsum scripsi uobis, ut non cùm uenero, tristitiã super tristitiam habeam, de quibus oportuerat me gaudere: confidens in omnibus uobis quia meum gau-*
B *dium omnium uestrum est. Nam ex multa tribulatione, & angustia cordis scripsi uobis per multas lachrymas: non ut contristemini, sed ut sciatis quam charitatem habeam abũdantius in uobis. Si quis aũt contristauit me,* 2 *nõ me cõtristauit, sed ex parte, ut non onerẽ omnes uos.* 3 *Sufficit illi qui eiusmodi est, obiurgatio hæc quæ fit à pluribus: ita ut econtrario magis donetis, & consolemini, ne fortè abũdantiori tristitia*
C *absorbeatur qui eiusmodi est. Propter quod obsecro uos, ut confirmetis in illum charitatem. Ideo enim & scripsi uobis, ut cognoscam experimẽtum uestrum an in omnibus obediẽtes sitis.* 4 *Cui autem aliquid donastis, & ego. Nam & ego quod donaui, si quid donaui: propter uos in persona Christi, ut non circumue*

autoritatémque mihi velim tribuere in vos animaduertendi, ac rursum vobis parcendi.

1. *Statui autem*. causam dicit retardati itineris, quia decreuerat non venire ad eos in tristitia: quod necessum erat contristatis suo aduentu his ipsis, ac nondum emendatis per quos lætificandus veniebat. Hoc autẽ loco, *Et quis est*. &c. superfluit δὲ &, similiter Græcum καὶ.

2. *Non me contristauit*. sub. solum, *sed ex parte*, sub. vos contristauit. sic enim Theodorus Græcus, οὐ ἐμὲ λελύπηκε μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑμᾶς ἐν μέρει, τοῦτο γὰρ τὸ ἀπὸ μέρους, id est, non me contristauit tantum, sed & vos in parte. hoc enim indicat ἀπὸ μέρους id est, ex parte. Sed vos ergo, inquit, nõ omnes, sed ex parte. *Vt non onerem vos omnes*, quasi fornicarij illius delicto consentiẽtes. Nam priore epistola videbatur omnes taxasse indifferenter dicens, & vos inflati estis, ac nõ magis luctum habuistis.

3. *Sufficit illi*. Recipi vult fornicarium pœnitentem.

4. *Cui autem aliquid donastis*, id est, si eam pœnitenti culpam condonauerits, & ego cõdonabo. Dãnauerat enim illum fornicarium non solus Paulus, sed Corinthiorum ecclesia, sicut dixit priore epistola, Cõgregatis vobis & meo spiritu iudica-

ui huiusmodi hominem tradere satanæ . & ideo vult illum pariter ab illis absolui,vnde & prædixit, vt è contrario magis donetis : & nunc,cui aliquid donastis,& *ego in persona Christi*, id est , ob gloriã Christi,vel Christi nomine,cuius autoritate id facimus.vbi non otiosum est donandi verbum,quod annotãs Theophylactus,inquit, donetis præterea dixit , ne fornicarius ille,& quia fatebatur peccatum,& satis iam pœnituerat, solutum se iam & liberũ esse à scelere existimaret. Videãt igitur qui excommunicationem negligunt,antiquissimam ecclesiæ disciplinam,non satis esse excõmunicato,si ad meliorem frugem redierit , nisi in ecclesiæ consortium receptus , & ab illa absolutus declaretur.

5. *Ostium*.i. occasio sese offeret Christum prædicandi.

6. *Triumphat* .i. triumphare nos facit per Christum.

7. *Odorem notitiæ suæ*, id est, bene fragrantem sui cognitionem.

8. *Bonus odor*,id est,prædicatio nostra illi placet & accepta est,siue credulis siue infidelibus prædicamus: quia quod ad nos attinet, saluari omnes cupimus:licet aliquibus est odor mortis in mortem,id est , graue illis olet & displicet: vnde & mortem æternam incurrent:aliis autem odor vitæ.

9. *Quis tam idoneus*,id est,quis tam capax est horum intelligendorum vt nos ? Græci non legunt,tam,& tunc sensus esset , quis idoneus,id est,nullus.

10. *Adulterantes*,id est,falsificantes. Græcũ καπηλεύοντες,id est, caponantes,& ad quæstum verbo dei abutentes. Græci interpretantur,Non adulteramus verbum dei.i.neque gratiam eius extinguimus,

niamur à sathana. non enim ignoramus cogitationes eius . Cùm uenissem autem Troadem propter euangelium Christi, & [5] *ostium mihi apertum esset in domino : non habui requiem spiritui meo , eo quòd non inuenerim Titum fratrem meum: sed ualefaciens eis , profectus sum in Macedoniam. Deo autem gratias* D *qui semper* [6] *triumphat nos in Christo Iesu,* & [7] *odorem notitiæ suæ manifestat per nos in omni loco , quia Christi* [8] *bonus odor sumus deo, in iis qui salui fiunt,* & *in iis qui pereunt: aliis quidẽ odor mortis in mortem, aliis autẽ odor uitæ in uitam. Et ad hæc* [9] *quis tam idoneus ? Non enim sumus (sicut plurimi)* [10] *adulterantes uerbum dei, sed ex synceritate, sicut ex deo coram deo, in Christo loquimur.*

mus,asserentes nos ad illam prædicandam idoneos esse.

1. *Incipimus*, &c. quia ad finem præcedentis capitis visus erat se laudare,atque ideo suspicari poterant commendãdi sui gratia, seq; in illorum beneuolentiam insinuandi ea dixisse,tollit hanc suspicionem, *Incipimus iterum*,inquit,nosipsos commendare,aut beneuolẽtiæ vestræ insinuari quærimus? Nũquid egem[9] aliorũ commendatitiis epistolis ad vos,aut ex vobis ad alios?

2. *Epistola nostra*.i. estis mihi vice epistolæ commendatitię, quorum virtutes in nostri commendationem omnibus proferimus. *Epistola*, inquit, *scripta in cordibus nostris*,id est,vos estis indelebiliter animo meo inscripti & infixi, *quæ scitur & legitur ab omnibus*. Dum enim vestrarum virtutum mentionem vbique facio,hinc legitur & intelligitur quòd estis nobis vice commendatitiæ epistolę, *manifestati*,inquit, *quòd estis epistola Christi*,id est, dũ manifestum est,quòd menti vestrę Christus inscript[9] est,

ARGVMENTVM CAP. 3.

¶ *Non indigere se epistolis cõmendatitiis asserit, cõmendationũ satis habẽs ex illorum fide. Dein excellentiorẽ euãgelii quã legis gloriã, Iudæorũq; cæcitatem aperit.*

CAP. III.

A I [1] Ncipimus iterũ nosmet ipsos cõmẽdare? Aut nũquid egem[9] (sicut quidã) cõmendatitiis epistolis ad uos , aut ex uobis? [2] Epistola nostra uos estis, scripta in cordibus nostris, quæ scitur & legitur ab oĩbus hominibus, manifestati q; epistola estis Christi, ministrata à nobis , & scripta non atramẽto, sed spiritu dei uiui, nõ in tabulis lapideis, sed in tabulis cor- B dis carnalibus. [3] Fiduciam autem *Heb. 4. d.*

cuius leges & mandata in corde scripta habetis , & hoc modo epistola estis, *ministrata à nobis*, qui per prædicationem nostram Christo vos præparauimus & ministrauimus, scripta inquam , epistola à nobis spiritu dei viui, quẽ in vobis illo largiẽte inscripsim[9], nõ in lapideis, quomodo olim lex, sed in carneis mẽtis vestræ tabulis.

3. *Fiduciam autem habemus*, scilicet quòd epistola nostra estis ministrata à nobis deique spiritu inscripta, non nostro merito , qui nos inidoneos ministros agnoscimus, sed dei gratia, qui nos idoneos fecit ministros noui testamenti, *non litera, sed spiritu*, id est, non secundum literam, sed spiritum. Græci habent literæ & spiritus, vt intelligas apostolos ministros spirit[9] nõ literę. Literã aũt hoc loco legẽ intelligit Mosaicã, quæ occidit, dũ sui transgressores capitaliter punit. *Spiritũ* aũt legẽ Euangelicã, quæ viuificat vitã eternã largiẽdo.

4. *Quòd*

4. *Quòd si ministratio.* Contendit hoc loco legem euangelicam cum lege Mosaica, administrationémque vnius cum administratione alterius, *quòd si.* inquit, *ministratio mortis,* id est, lex suis transgressoribus mortem afferens, *deformata,* id est, insculpta & descripta in lapidibus adeo gloriosa fuit, vt in faciem Moysi intueri non possent è monte descendentis, legéque adferentis, ob inumbrátem eum domini gloriam: quæ tamen, inquit, *euacuatur,* id est, euanescit ac perit, (neque enim perpetuò resplenduit facies Moysi) quánto magis *ministratio spiritus,* id est, lex euangelica, gloriosa, quę spiritum largitur, erit? si enim *ministratio damnationis,* id est, lex damnationis administra, quia suos præuaricatores morte damnabat gloriosa fuit, gloriosiorem oportet esse legem euángelicam: *iustitiæ,* id est, iustificationis administratricẽ: quanquam, inquit, *quod claruit,* id est, lex quæ glorificata est in legislatore Moyse. non verè glorificata est *in hac parte,* id est, ad comparationem legis euangelicæ, propter excellentẽ eius gloriam. sic enim Græci interpretantur οὐ δεδόξασται, & referunt ad glorificatum est, non ad claruit.

talem habemus per Christũ ad deum, non quòd sufficientes simus cogitare aliquid à nobis quasi ex nobis: sed sufficiẽtia nostra ex deo est. qui & idoneos nos fecit ministros noui testamenti, non literæ, sed spiritus. litera enim occîdit, spiritus aũt uiuificat. 4 *Quòd si ministratio mortis literis deformata in lapidibus, fuit in gloria, ita ut non possent intendere filij Israel in faciem Moysi propter gloriam uultus eius quæ euacuatur: quomodo non magis ministratio spiritus erit in gloria? nã si ministratio damnationis in gloria est, multo magis abũdat ministeriũ iustitiæ in gloria. Nam nec glorificatum est quod claruit in hac parte, propter excellentẽ gloriam. Si enim* 5 *quod euacuatur, per gloriã est: multò magis quod manet, in gloria est.* 6 *Habentes igitur talem spem, multa fiducia utimur: & nõ sicut Moyses ponebat uelamen super faciem*

5. *Quod euacuatur* .i. lex quæ antiquatur, euangelium enim manet, & in finem vsque perdurat.

6. *Habentes igitur spem* de permanente gloria euangelij, *multa fiducia vtimur.* Græcè, πολλῇ παῤῥησίᾳ, aperta scilicet loquendi libertate, id est, planè & apertè euangelium prædicamus, *& non sicut Moyses.* hic eclipsis est, & ideo supplendũ, facimus aut quid simile, vt sit sensus, apertos

apertos nos euãgelij præcones ostẽdimus, neq; facimus sicut Moyses, qui legem adferes Iudæis velabat faciem suã, ne intenderent ac prospicerent in faciẽ eius. descendentis enim de monte Moysi cùm splendentem faciẽ ferre nõ possent Iudæi, faciem suã velabat. hanc verò Moysi historiã mysticè Paulus accipit. *Velamẽ* enim quo splẽdentem faciẽ velabat Moyses, carnalium cęremoniarũ obseruantiam, aut rerũ temporaliũ promissiones significabat quæ nõ sinebant Iudæos carni inhærentes *in faciem Moysi* prospicere. i. claram ac lucidã & spiritualem legis intelligẽtiam habere, obtusam mentem habẽtes: quòd carnalium cęremoniarum & intelligentiarum velamen, adhuc Pauli tempore faciem illos Moysi. i. clarã legis ac veteris testamenti cognitionem intueri, ac nosse nõ sinebat: quod tamẽ

suam, ut non intenderent filij Israel 7 *in faciem eius quod euacuatur: sed* D *obtusi sunt sensus eorũ. Vsq; in hodiernũ enim diem idipsum uelamen in lectione ueteris testamẽti manet non reuelatum (quoniã in Christo euacuatur) sed usque in hodiernũ diem, cùm legitur* 8 *Moyses, uelamen positum est super cor eorũ. Cùm autem conuersi fuerint ad dominum: auferetur uelamẽ. Dominus autem* Ioan. *spiritus est. Vbi autem spiritus do-* 4.c. *mini: ibi libertas.* 9 *Nos uerò omnes*

velamen *euacuatur,* inquit, & tollitur à Christo docẽte nos legis in se completæ cognitionem spiritualẽ: quippe quod auferetur ab eis quoties *conuersi ad dominum fuerint,* id est, ad spiritũ. quoties scilicet relicta litera, spiritui sancto spiritualem sensum docenti adhęserint.

7. *In faciem, &c.* id est in claram legis euacuandæ & abolendę cognitionem. Quidam Græci legunt pro in faciem εἰς τέλος, id est, in finem eius, quod euacuatur, scilicet legis, quæ abrogatur, & ita sensus est, & velamẽ carnaliũ cęremoniarũ & terrenarũ promissionũ, quas tantum Iudæi spectabant, in finẽ legis, id est, in Christum intendere non sinebãt. Finis enim legis Christus est ad salutem omni credenti, vel *in faciem,* id est, spiritualem legis cognitionem.

8. *Moyses,* id est, lex, vt scriptum est, habent Mosen & prophetas.

9. *Nos verò.* Christianos cũ Iudæis comparat. Moysi gloriã nõ poterant videre Iudæi, & eius velata esset facies, nos verò, nõ sic: quia *reuelata Moysi facie,* id est, spirituali legis cognitione intellecta, quæ nos Christũ venisse docuit, *gloriam domini speculantes.* i. nunc per fidem velut in speculo cognoscentes *in eandem cum illo imaginem transformamur,* dum illi quotidie per fidei & virtutum incrementa incor-

incorporamur, transformamur autem à claritate in claritatem, siue à gloria in gloriam, id est, dum gloriosiores ab eo efficimur, clariores q; subinde patris cognitionem nanciscimur. pro eo autē quod est speculantes. Græcè est κατοπτριζόμενοι, quod magis officiū apostolorum exprimit. Est enim κατοπτρίζεσθαι, susceptam in se imaginē tanq̄ speculum repręsentare: & hoc modo sensus est, Nos verò gloriam domini tanq̄ speculum recipientes, receptamq; aliis videndam exhibentes, nō instar Moysi faciem velantes *à claritate in claritatem*, siue à gloria in gloriam, (vtrunque enim significat Græcum δόξα) id est, per abundantem dei gloriā in nos transfusam transformamur in eandem cum illo imaginē, id est, ad eius imaginē & similitudinē accedimus: quia sicut Ioānes ait, quū apparuerit, tunc similes ei erimus. trāsformamur autem *tanquam à domini spiritu*, id est, domini spiritu sic nos transformante.

reuelata facie gloriam domini speculantes: in eādem imaginē transformamur à claritate in claritatem, tanquam à domini spiritu.

ARGVMENTVM Cap. 4.

¶ Non suam gloriam in prædicando, sed Christi se quærere asserit: à quo, ministerio euangelico dignatus, modis omnibus affligi sese ait, sed non deiici tamen, neque deficere obspem repositæ sibi æternæ gloriæ.

CAPVT IIII.

A *Deo habentes hanc ministrationē, iuxta quod misericordiam cōsecuti sumus,*[1] *non deficimus, sed*[2] *abdicamus occulta dedecoris, non ambulantes in astutia, neque*[3] *adulterantes uerbū dei. sed in manifestatione ueritatis commendantes nosmetipsos ad omnem conscientiam hominum coram deo.* [4] *Quòd si etiā opertum est euangelium nostrū, in ijs qui pereunt est opertum: in quibus deus huius sæculi excæcauit mentes infidelium, ut nō fulgeat illis illuminatio euangelij gloriæ Christi, qui est*

B *imago dei.* [5] *Non enim nosmetipsos prædicamus, sed Iesum Christum, dominum nostrum: nos autem, seruos uestros per Iesum.* [6] *quoniā deus qui dixit de tenebris lucem splendescere, ipse illuxit in cordibus nostris* [7] *ad illuminationē scientiæ claritatis dei in facie Christi.*

1. *Non deficimus.* Græcè οὐκ ἐγκακοῦμεν, id est, nullis malis & afflictionibus succumbimus in hac nostra administratione: *iuxta quod.* Græcè καθὼς ἠλεήθημεν, id est, prout misericordiam consecuti sumus.

2. *Abdicamus occulta dedecoris.* i. occulta & simulata facinora: quæ manifesta quum fiunt, ignominiam adferunt perpetranti. Arguit enim pseudoapostolos, qui quū pietatis ac sanctitatis umbrā quandam præ se ferrent & externā speciem, intus tamen essent impuri.

3. *Adulterantes.* Græcè est δολοῦντες, id est, dolosè tractantes, siue adulterantes, hoc est, falsificantes, *sed in manifestatione veritatis, &c.* id est, in aperta euangelij prædicatione *commendantes.* Græcè συνιστῶντες, id est, non per hypocrisim religionem simulātes, sed quales

sumus & coram deo & coram hominibus nosmetipsos prodentes & manifestātes. Est enim συνίστημι notum facio ac manifesto. Vult enim Paulus his verbis quòd non religionem palam simulet, clàm autem mundo & carni seruiat more pseudoapostolorum: sed qualis est, talis deo & hominibus apparere velit.

4. *Quòd si etiam.* quia prædixerat omnes reuelata facie domini gloriam cōtemplari, præoccupat id quod sibi opponi posset, dicens, si aliquibus incognitū est euāgelium, per eorum infidelitatē stare: ob quam, ne agnoscerent, illorum mentes excæcauit *deus huius sæculi*, quem hoc loco Cyrillus diabolū vocat, & Christus principē mundi appellat. Chrysostomus refert τὸ huius sæculi ad τὸ infidelium, vt sit sensus, quòd deus infideliū huius sæculi mētes excæcauit, deserendo, scilicet: vt nō fulgeat illis, &c. vbi τὸ vt, euētum rei dicit, nō causam.

5. *Non enim.* refertur ad id quod præcessit, commendantes nosmetipsos: non enim, inquit, *prædicamus nosmetipsos*, id est, ad gloriam & quæstum nostrum, sed Christum, id est, ad Christi gloriam.

6. *Dixit.* id est, iussit.

7. *Ad illuminationem, &c.* id est, illuxit deus nobis, vt luceremus aliis, claramq; & gloriosam ipsius cognitionem (hoc est enim quod vocat scientiā claritatis dei) illucescere aliis faceremus *in facie Christi*, id est, cognitione Christi, quia ipse testatur, Qui videt me, videt & patrem, pro eo autem quod est, *in facie Christi.* Græci habent ἐν τῷ προσώπῳ, id est, in persona: & hoc modo sensus esse potest, illuxit deus nobis, vt aliis cognitionē eius prædicaremus in persona Christi. i. vice Christi: sicut alibi ait, legatione pro Christo fungimur. Græci explicant, illuxit nobis in persona Christi. i. per Christum, per quem nobis cognitus est pater: sicut ipse ait, Ego te pater clarificaui super terram: & manifestaui nomen tuum hominibus.

8. *Habe-*

8. *Habemus thesaurum istum*, id est, augustum illud euangelicæ prædicationis munus, in vasis fictilibus, id est, fragili hoc corpore, *vt sublimitas sit virtutis dei, & non ex nobis*, id est, ne nostris meritis tantam dignitatem tribueremus, sed sublimi dei potentiæ ac virtuti, qui fictilibus vasis tantum diuinæ sapientiæ thesaurum credere dignatus est.

9. *Aporiamur*. Græcè iucunda alluſio ἀπορούμενοι, ἀλλ' οὐκ ἐξαπορούμενοι. ἀπορεῖσθαι autem significat multa, vt puta, dubius sum animi, consilij inops, ac perplex[9] sum, indigeo: ἐξαπορεῖσθαι autem, ingenti rerum necessariarum inopia, vsque ad langorem & extremam debilitatem opprimi. Est ergo, vt alluſio reddatur, Græcorum hic sensus, Rerum omnium penuria premimur, sed non opprimimur: vel laboramus egentes, non autem egestate afflicti, aut egestati succumbentes.

10. *Mortificationem*. Græcè νέκρωσιν, quod Ambrosius interpretatur mortem. Circunferre autem mortem Iesu, est similitudine quadam mortem Christi exprimere: quod faciebat Paulus, tot afflictionibus, & vt ita dicam mortibus propter euangelium quotidiè obnoxius. Circunferimus autem, inquit, *vt vita Iesu manifestetur in corporibus nostris*, id est, vt dum corpora nostra ad extremam redacta internecionem & afflictionem, statim propter spem & fidem, quam in Christum habemus, vegetiora fiunt, manifestetur Christus resurrexisse & viuere, qui nos quotidie ab his periculis & mortibus eripiet. Locus sequens, *Semper enim*, hunc explicat: & ad eundem modum exponendus est.

11. *Mors in nobis operatur*, id est, vim suam exercet. & vita in vobis, &c. Photius interpretatur vitam, fidem, & religionem, quæ in illis per apostolorum afflictiones augebatur. alij Græci interpretantur

ritatis dei, in facie Christi Iesu. [8] *Habemus autem thesaurũ istum in uasis fictilibus, ut sublimitas sit uirtutis dei, & nõ ex nobis. In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur.* [9] *aporiamur: sed nõ destituimur. persecutionem patimur: sed non derelinquimur. humliamur: sed non confundimur. deiicimur, sed nõ perimus: semper* [10] *mortificationem Iesu Christi in corpore nostro circunferentes, ut & uita Iesu manifestetur in corporibus nostris. Semper enim nos qui uiuimus, in mortem tradimur propter Iesum: ut & uita Iesu manifestetur in carne nostra mortali. Ergo* [11] *mors in nobis operatur, uita autem in uobis. Habentes autem* [12] *eundem spiritum fidei, sicut scriptum est, Credidi, propter quod locutus sum. & nos credimus, propter quod & loquimur: scientes quoniam qui suscitauit Iesum, & nos cum Iesu suscitabit & constituet uobiscum.* [13] *Omnia enim propter uos, ut gratia abundans per multos in gratiarum actione, abundet in gloriam dei. Propter quod non deficimus: sed licet is* [14] *qui foris est noster homo corrumpatur: tamen is qui intus est, renouatur de die in diem. Id enim quod in præsenti est momentaneum & leue tribulationis nostræ: supra modum in sublimitate æternũ gloriæ pondus operatur in nobis, non contemplantibus nobis quæ uidentur, sed quæ non uidentur. Quæ enim uidentur, temporalia sunt: quæ autẽ non uidẽtur, æterna sunt.*

Psal. 115.a.

nos morimur ob euangelium, vt vos per illud meliorem & æternam vitam viuatis.

12. *Eundem spiritum*. Photius interpretatur habentes eundem spiritum fidei cum Dauid, de quo scriptum est, Credidi, &c. & nos credimus cum illo: in Christum scilicet & resurrectionẽ. propter quod & loquimur & confidenter prædicamus, scientes nos fore resurrectionis illius participes.

13. *Omnia enim*, scilicet toleram[9]. vel omnia bona, quin & ipsa resurrectio propter vos. i. vestri ob gratiã & vtilitatem fiet, *vt gratia abundans*. i. vt exuberans dei in vos gratia, exuberet etiã in gloriam dei, *Per multos in gratiarum actione*. i. multis gratias agẽtibus, id est, vt dum intelligetis tot vobis à deo collata dona, pro tot exuberãtibus donis in commune gratias agentes abundè deũ glorificetis.

14. *Qui foris est*. i. etsi externus homo noster quotidie affligitur & intermoritur in dies, tamen internus homo noster, qui spiritu constat, renouatur & reflorescit in dies: quinimò temporariæ & momẽtaneæ afflictiones, quæ noxiæ nobis à pleriſq; existimantur, excellentissimam æternamq; ac solidam gloriam nobis pariunt, qui non ad hæc visibilia & transitoria, sed æterna & inuisibilia mentis oculos dirigimus. *Pondus autem gloriæ*, soliditatem gloriæ indicat, vt à vana gloria distinguat, pro eo quoque quod est *supra modum & in sublimitate*, Græcis est καθ' ὑπερβολὴν εἰς ὑπερβολήν. Epitasis est Hebræorum, quibus conduplicatio vehementiam indicat.

1. *Terrestris domus.*i.si terrenũ hoc opus dissoluatur.i.intereat,habemus in spe ædificationem aliam, *& domum in cælis non manufactam*, quã domũ quidam glorificatũ corpus,quidã vitã æternã intelligũt.

2. *Nã in hoc.* Græcè ἐν τούτῳ.i.vel in hoc corpore,vel propter hoc,qa speramus æternã domum,ingemiscimus cupientes habitationẽ nostrã, qu æ de cælo est.i. animam nostrã,quæ ad imaginẽ dei creata est & tota cælestis,gloria eterna superindui : si tamen vestiti fide ac bonis operibus & non nudi inueniamur: vel intellige habitationẽ nostram cælestẽ, corpus glorioſum quod tale de cælo futurum est.

3. *In hoc tabernaculo.*i.in hoc corpore caduco & fragili.

4. *Eo quòd nolumus*, hoc est, non quòd velimus spoliari, & hoc corpore in perpetuũ priuari: sed illud magis immortali gloria superuestiri: vt per apprehensionem vitæ æternę absorbeatur ipsi[2] corruptio & mortalitas.

5. *Efficit*, vel vt Græci legũt effecit in hoc ipsum,id est, in hunc finem creauit,vt immortales & incorruptibiles essemus,& gloriæ ipsius participes: *deus*, sub. est qui nos in hoc ipsum effecit.

6. *Pignus.*i.gratiã suam, qui est pignus & arrabo futuræ immortalitatis& glorię,modo eã solicitè custodierim[9].

7. *Audentes igitur.*i.quapropter de hac immortali gloria confidentes,nec ignari quòd quandiu in hoc corpore sumus *peregrinamur.*i. lõgè absumus à domino, qppe qui Per *fidẽ ambulamus & nõ per speciem.*i.ænigmaticam tantum in fide,& non claram in sua specie & essentia

ARGVMENTVM Cap. 5.

¶Terreni huius corporis dissolutionẽ, vt glorioso tandẽ induatur exoptat, sequoq; Christo,quem iudicẽ expectat,nõ hominibus placere ostendit:cuius se legatũ asserit, vt per eum nos patri reconciliatos annuntiet.

CAPVT. V.

Scimus enim quoniam si A
S [1]terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quòd ædificationẽ ex deo habemus,domũ non manufactã, æternam in cælis.[2] Nam & in hoc ingemiscimus: habitationem nostram quæ de cælo est, superindui cupientes: si tamẽ uestiti, & non nudi inueniamur. Nam & qui sumus[3] in Apo. 16.c
hoc tabernaculo,ingemiscimus grauati:[4] eo quòd nolumus expoliari, sed supuestiri, ut absorbeatur quod mortale est,à uita. Qui autem[5] efficit nos in hoc ipsum,deus: qui dedit nobis[6] pignus spiritũ.[7] Audẽtes igitur semper, & scientes quoniã dum B

essentia dei cognitionem habemus, confidenter optamus peregrinari à corpore,& præsentes esse ad dominũ.hoc est,quod alibi dicit,Cupio dissolui & esse cũ Christo.hoc verò loco: Audemus autẽ, τὸ autẽ,similiter & Græcũ δέ, παρέλκει ac supfluit vt plerũq; solet.

8. *Propria corporis*,id est,ea quæ in corpore viuens egit.

9. *Hominibus suademus*, sub. hunc timorem. Theophylactus interpretatur suadem⁹, id est,seruimus,atq; illis nos accõmodamus, ne quem offendamus.

10. *Deo autem.*i. quales sumus deus nouit : spero autẽ & in conscientiis vestris manifesti sumus,id est, & planè nos ipsi nostis.

11. *Non iterum* i. nõ gloriam à vobis quærimus,sed occasionem damus vobis nostro nomine gloriãdi : aduersus pseudoapostolos: vt habeatis,sub.occasionem glorian di aduersus eos, *qui in facie gloriantur, & non in corde*, id est,qui externam tantum & fallacem non veram cordis gloriam quærunt : in facie enim idem sonat, quod in speciem.

12. *Mente excedimus*. Græcè ἐξέστημεν,id est,si rationis limites egressi magnificẽtius aliquid ,ac diuinius loquimur: vel etiam de nobis magnificè sentiamus, *Deo.*i. ad

sumus in hoc corpore, peregrinamur à domino (Per fidem enim ambulamus,& nõ per speciem) audemus autem,& bonã uoluntatẽ habemus magis peregrinari à corpore,& præsentes esse ad dominum. Et ideo contendimus,siue absentes,
Ro. 14.b. *siue præsentes placere illi. Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi: ut referat unusq;sq;*[8] *propria corporis, prout gesśit.siue bonũ, siue malum. Scientes ergo timorẽ domini,*[9] *hominibus suademus:*[10] *deo autem manifesti sumus. Spero autẽ, & in cõscientiis uestris*
C *manifestos nos esse.* [11]*Nõ iterũ commendamus nos uobis: sed occasionẽ damus uobis gloriãdi pro nobis, ut habeatis ad eos,qui in facie glorian tur,& nõ in corde. Siue enim*[12] *mente excedimus,deo: siue sobriũ sumus, uobis. Charitas enim Christi urget nos: æstimantes hoc, quoniam si unus pro omnibus mortuus est, ergo*

dei honorẽ,sub.id facimus, id est, ne de doctrina ipsius nobisque ministris abiectius sentiatis: *siue sobrii sumus.* Græcè σωφρονοῦμεν, id est,modesti sumus,ac modum seruantes ad mediocria nos & humilia demittimus. *Vobis*,id est,propter vos id facimus, vt vos modestos esse doceamus.

13. *Neminem nouimus secundum carnẽ*.i. nullius affinitatẽ spectamus, nullius carnalẽ præsentiã veremur, aut reueremur: qui omnibus ex æquo prodesse cupimus, & si nouimus aliquãdo Christũ *secundũ carnem*.i. carnalẽ ipsius viuẽtis præsentiã reueriti simus, sed iã nũc non nouimus.i. nõ ea ratione eũ veneramur, q̃ visibili corpe præsens esse desierit: in persona autẽ apostolorũ magis q̃ sua loquitur. Græca scholia explicãt nõ nouimus ipsum secũdũ carnẽ.i. naturalibus carnis affectionibus obnoxiũ, vt fatigationi, esuriei, siti, nõ qualis ante resurrectionẽ erat. Vult ergo Paulus quòd quẽadmodũ Christus resurgens nõ iã secundũ carnẽ viuit.i. carnis naturalib⁹ affectionib⁹ obnoxius, ita neq; nos postq̃ cũ eo ad vitẽ nouitatẽ p baptismũ resurrexim⁹, volũtariis & puersis carnis affectionib⁹ viuere oportet, neq; in eiusmodi ambulantes nosse & approbare.

14. *Si qua ergo*. Græcè εἴτις ἐν χριστῷ καινὴ κτίσις, & potest duplex esse sensus: primus, si qua est in Christo noua creatura.i. si quis in Christo per baptismũ renouatus est, quantũ ad illũ attinet vetera transierũt, vt neq; iã vetera delicta sequi, neq; vetustę legi parẽre debeat: vel si quis in Christo est.i. qui in Christum credit, noua creatura est: illi vetera transierunt.

15. *Reputans illis*, id est, imputans.

16. *Posuit in nobis*, id est, euangelium remissionis peccatorum & reconciliationis nobis prædicandum commisit.

17. *Peccatum fecit*, id est, peccati nostri expiatricem victimam & piacularem hostiam fecit, vt nos essemus iustitia dei & iustificatio, hoc est, iustificati à deo in ipso, id est, per ipsum.

oẽs mortui sunt. & p omnib⁹ mortuus est Christus: ut qui uiuũt, iam nõ sibi uiuãt, sed ei qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit. Itaq; nos, ex hoc [13] *neminẽ nouimus secundũ carnẽ. Et si cognouimus secundũ carnẽ Christũ: sed nunc iam nõ nouimus.* [14] *Si qua ergo in Christo noua creatura: uetera transierunt. Ecce facta sunt omnia noua. Omnia autem ex deo, qui nos reconciliauit sibi per Christum: & dedit nobis ministerium recõciliationis. Quoniam quidem deus erat in Christo mundum reconcilians sibi: non* [15] *reputãs illis delicta ipsorum, &* [16] *posuit in nobis uerbũ recõciliationis. Pro Christo ergo legatione fungimur, tanq̃ deo exhortãte per nos. Obsecramus pro Christo, reconciliamini deo. Eũ qui non nouerat peccatum, pro nobis* [17] *peccatum fecit: ut nos efficeremur iustitia dei in ipso.*

ARGVMENTVM Cap. 6.

¶ Vt in aduersis et prosperis veros dei ministros sese exhibeãt, seq; vicissim ab sedilecti diligãt, hortatur: interim illis quòd templum dei sint, matrimonia infidelium inhibens.

CAPVT VI.

A Diuuantes autem exhortamur, Ne in uacuũ gratiam dei recipiatis. (Ait enim, Tẽ- Esa. 49.c. pore accepto exaudiui te: & in die salutis adiuui te. Ecce nũc tẽpus acceptabile: ecce nũc dies salutis.) Ne- mini [1] dantes ullã offensionẽ, ut non uituperetur ministeriũ nostrũ: sed in oĩbus exhibeamus nosmetipsos sicut dei ministros, in multa patiẽtia, in tribulationib⁹, in necessitatibus, in angustiis, in plagis, in carceribus, in seditionib⁹, in laboribus, in uigiB liis, in ieiuniis, in castitate, in scientia, in lõganimitate, in suauitate, in spiritu sancto, in charitate nõ ficta, in uerbo ueritatis, in uirtute dei, per arma iustitiæ [2] à dextris & à sinistris, p gloriã et ignobilitatẽ, p infamiã & bonã famã: [3] ut seductores & ueraces: sicut q ignoti, & cogniti: [4] quasi moriẽtes, et ecce uiuim⁹ ut castigati, et nõ mortificati: quasi tristes, semp aũt gaudẽtes: sicut egẽtes, multos autẽ locupletãtes: tanq̃ nihil habẽtes, et oĩa possidẽtes. [5] Os nostrum patet ad uos ô Corinthij: cor

1. *Dantes*, istud referendum est ad *nõ* recipiatis, & quæ intercedunt, per parenthesim legenda.

2. *A dextris*, id est, siue in prosperitate, siue in aduersitate.

3. *Vt seductores*, id est, siue fallaces existimamur, siue veraces: exhibeamus nos sicut dei ministros.

4. *Quasi morientes*, id est, etsi quotidie ob innumeras afflictiones pro mortuis habemur, castigamur tamen à domino, & non occidimur.

5. *Os nostrum patet ad vos*, id est, non possum silere & vos de necessariis non commonefacere. Photius obiurgandi modo interpretatur, quasi diceret, vos ego conuenio ô Corinthij, *Cor nostrum dilatatum est*, id est, amor noster planè in vos omnes diffusus est, *Non angustiamini in vobis*, id est, cùm in corde nostro p meã amicitiã sitis, nõ angusto ibi loco sedetis, sed plenè in toto corde nostro habitatis.

Vos autem angustiamini in uisceribus vestris, id est, charitatis vestræ viscera vsq; adeò angusta sunt, vt me in mutuam beneuolentiam recipere non possitis.

6. *Eandem autem*. Græcè deest habentes, & pro eo supplendum est, vel habentes, vel (quod magis hoc loco quadraret) afferentes: sic enim Photius supplet, id est, vos mihi parem gratiam referentes, meamque erga vos beneuolentiam remunerantes, *dilatemini in vobis, vt me totum in amicitiam recipiatis*, hoc est, effusè me diligite, sicut ego vos.

7. *Nolite iugum ducere cum infidelibus*. Græci putant nō modo de matrimoniis contrahendis loqui Paulum, sed inhibere ne qua nobis cum infidelibus necessitudo sit & familiaritas.

8. *Quoniam inhabitabo*. probat ex hoc loco fideles esse templum dei.

9. *Propter quod*. & hoc loco consuetudinem fidelium eū infidelibus inhibet, multóque magis mutua inter illos connubia.

nostrum dilatatum est. Non angustiamini in nobis: angustiamini autem in uisceribus uestris. 6 *Eandem autem habentes remunerationem (tanquam filiis dico) dilatamini & uos.* 7 *Nolite iugum ducere cum infidelibus. Quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate? Aut quæ societas luci ad tenebras? Quæ autem* 1.Co. 3.d. & 6. d. *conuentio Christo ad Belial? Aut quæ pars fideli cum infideli? Quis autem consensus templo dei cum* D *idólis? uos enim estis templum dei uiui, sicut dicit deus.* 8 *Quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo* Leui. 26.b. *inter eos. & ero illorum deus: &* Esa. 52.c. *ipsi erunt mihi populus.* 9 *Propter quod exite de medio eorum: & separamini dicit dominus. & immūdum ne tetigeritis: & ego recipiam uos. & ero uobis in patrem,* Hier. 31.d. *& uos eritis mihi in filios & filias, dicit dominus omnipotens.*

ARGVMENTVM Cap. 7.

¶ Ad puritatem eos adhortatur, tum animi tum corporis, mutuámque sui erga illos, & illorum erga se beneuolentiam protestatus, de obiurgatione ob fornicariū contristatos consolatur, cōgratulatúrque eam illis in bonum profecisse tristitiam, ac Titum benignè ab illis acceptum, per quem de eorum profectu intellexerit.

CAP.

1. *Has ergo habentes promissiones*, scilicet quòd templum dei sumus, & ℣ habitauit deus in nobis.

2. *Capite nos*. Græcè χωρήσατε, id est, amplexamini nos, capaces estote nostri: alludit enim ad id quod ante dixit: dilatemini & vos, quasi diceret, facite ne angusta sint charitatis vestræ viscera, sed adeò capacia, vt totos nos in amicitia continere possint.

CAPVT VII.

A 1 *Has ergo habētes promissiones charissimi, mūdem*⁹ *nos* H *ab omni inquinamēto carnis & spiritus, perficiētes sanctificationē in timore dei.* 2 *Capite nos. Neminē læsimus, neminē corrupimus,* 3 *neminē circūuēnimus.* 4 *Nō ad cōdemnationē uestrā dico. Prædixi*mus enim q̄ in cordib⁹ *nostris estis ad cōmoriendū, & ad cōuiuendū.* 5 *Multa mihi fiducia est apud uos: multa mihi gloriatio pro uobis. Repletus sum cōsolatione, superabūdo gaudio in omni tribulatione nostra. Nā & cùm uenissemus in Macedoniā, nullā requiem habuit caro nostra. sed omnē tribulationē passi su-*
B *mus: foris, pugnæ: int⁹, timores. Sed qui cōsolatur humiles, cōsolatus est nos, deus, in aduētu Titi. Nō solum autē in aduētu eius: sed etiā in cōsolatione,* 6 *qua cōsolatus est in uobis, referens nobis uestrū desideriū, uestrū fletū, uestrā æmulationē ℣ me, ita ut magis gauderē. Quoniā & si cōtristaui uos in epistola, nō me pœnitet: & si pœniteret, uidens quòd epistola illa (etsi* 7 *ad horā) uos con-*

3. *Neminem circumuenimus*. Græcè ἐπλεονεκτήσαμεν, quod etiam significat cupidè aliquid ab alio extorquere, quod hoc loco magis quadrat, quasi diceret nemi nē fraudauim⁹, nihil à quoquam auaritiæ studio exegimus.

4. *Non ad condemnationem*, id est, non hæc dico quòd vos arguam, *estis enim in cordibus nostris*, id est, mihi chari & dilecti *ad commoriendum, & conuiuendum*, id est, siue in aduersis, siue in prosperis: vt neque in his vobis inuideam, nec in illis vos deseram.

5. *Multa mihi fiducia*, id est, multum de vestra fide & amicitia erga me cōfido gloriorque de vobis.

6. *Qua consolatus est*, id est, per quam consolatus est de vobis, ob vestri emendationem, & feruentem vestrum erga me amorem, hoc enim significat τὸ æmulationem.

7. *Ad horam*, id est, ad tempus, non in perpetuum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

8. *Salutem ſtabilem.* ἀμεταμέλητον. i. fixam & immobilẽ. quidam legunt ἀμεταμέλητον impœnitibilem, hoc eſt non pœnitendam.

9. *Secundum deum.* i. quòd ſecundum deum cõtriſtati eſtis ob fornicatorem, quantam in vobis peperit ſolicitudinem. i. quàm diligentes ac ſolicitos vos fecit?

10. *Sed defenſionem &c.* hoc toto loco docet Photius ἀλλά. i. ſed, ſumi pro &.

11. *Indignationẽ.* aduerſus peccatorem. *æmulationem*, dei & mei. *vindictam*, in ſcelera tum.

12. *Incontaminatos eſſe negotio.* id eſt, per omnia oſtendiſtis vos à fornicarij delicto puros & immunes, de quo tantopere doluiſtis. eſſe autem hoc loco, ſicut ἦναι, Græcis περισσεύειν & ſuperfluit.

13. *Nec propter eũ qui paſſus eſt.* i. non propter eum qui patri iniuriã fecerat nouerca vtendo, neque propter patrem qui paſſus eſt & accepit hanc iniuriam ſcripſi vobis, ſed vt oſtenderem ſolicitudinem quam de vobis habeo.

14. *Non ſum confuſus.* i. nõ puder me huius gloriationis, qua de vobis gloriatus ſum apud Titũ, ſed ſicut omnia ĩ veritate illi locuti ſum⁹, ita gloriatio noſtra quæ fuit ad Titum, veritas facta eſt. Ita & gloriatio noſtra quæ fuit ad Titum, id eſt, gloriatio noſtra de vobis qua gloriati ſumus apud Titum: *Veritas facta eſt*, id eſt, vera inuenta eſt, *Viſcera enim eius*, id eſt, charitas eius in vos multa eſt.

1. *Gratiam dei quæ data eſt*, id eſt, gratiam quam habuerunt Macedones tum in conferendis eleemoſynis, tum in afflictionibus ferẽdis.

2. *Multo experimento*, id eſt, quo magis affligebantur, eo gaudebant magis: & quo pauperiores erant, eo largiebantur amplius & candidi⁹. Id enim ſignificat *diuitias ſimplicitatis*, id eſt, à ſimplici & candido aĩo profectas.

3. *Secundum virtutem*, id eſt, pro viribus ac ſupra vires voluntarij fuerunt. Græcè αὐθαίρετοι, id eſt, ſpontanei, & vltronei in largiendo.

4. *Obſecrantes nos.* ſub. vt acciperemus. Nam Theophylact⁹ hic indicat aliquid deeſſe: gratiã, ſcilicet eleemoſynas colligendi & communicationem miniſterij quod fit in ſanctos, id eſt, vt participaremus in miniſterio qđ erga ſanctos impenditur in colligenda & accipienda ꝑ illis eleemoſyna.

5. *Et non ſicut ſperauimus*, id eſt, contra quàm ſperabamus. Quis enĩ ſperaſſet ab egenis & afflictis munificentiã? ſed, inquit, præter ſpem noſtrã non ſua modo, verum ſe quoque ipſos deo & nobis obtulerunt.

6. *Ita vt rogaremus &c.* Macedonum, inquit, beneficẽtia adducti Titũ rogauimus ad vos proficiſci: vt quẽadmodũ cœpit. i. iam in animum induxit facere, *perficiat in vobis gratiam iſtam*. i. ad imitandam gratuitam Macedonum beneuolentiam vos hortetur.

omnibus confido in uobis.

ARGVMENTVM Cap. 8.

¶ Macedonũ & Chriſti exemplo ad largiendas in vſum eccleſiæ eleemoſynas Corinthios hortatur.

CAP. VIII.

A Otam autem facimus uobis fratres [1]gratiam dei quæ data eſt in eccleſiis Macedoniæ: quòd in [2]multo experimento tribulationis, abundantia gaudii ipſorum fuit, & altiſſima paupertas eorum abundauit in diuitias ſimplicitatis eorum. quia [3]ſecundum uirtutem (teſtimonium illis reddo) & ſupra uirtutem uolũtarii fuerunt, cum multa exhortatione [4]obſecrantes nos gratiam & communicationem miniſterii quod fit in ſanctos. [5]Et non ſicut ſperauimus, ſed ſemetipſos dederunt, primum domino, deinde nobis per uoluntatẽ dei: [6]ita ut rogaremus Titum, ut quemadmodũ cœpit, ita perficiat in uobis & gratiam hanc. ſed ſicut in omni abundatis fide & ſermone & ſcientia & omni ſollicitudine & charitate ueſtra in nos, ut & in hac gratia abundetis. Non dico imperans, ſed per alterius ſollicitudinem & ueſtræ charitatis ex operationem comprobans. Scitis enim gratiam domini noſtri Ieſu Chriſti, quoniam propter uos egenus factus eſt cum ſit dives, ut illius inopia uos diuites eſſetis. Et consilium in hoc do: hoc enim uobis utile eſt, qui non ſolum facere cœpiſtis, ſed & uelle ab anno priore. Nunc autem & facti perficite: ut quemadmodum prompta uoluntas eſt uelle, ita & perficere ex eo quod habetis. Si enim uoluntas prompta eſt, ſecundum id quod habet accepta eſt, non ſecundum id quod non habet. Non enim ut aliis ſit remiſſio, uobis autem tribulatio, ſed ex æquo. In præſenti tempore ueſtra abundantia illorum inopiam ſupplente, ut & illorum abundantia ueſtræ inopiæ ſit ſupplementum, ut fiat æqualitas, ſicut ſcriptum eſt: Qui multum, non abundauit: & qui modicum, non minorauit. Gratia autem deo, qui dedit eandem ſollicitudinem pro uobis in corde Titi: quoniam exhortationem quidem ſuſcepit, ſed cum ſollicitior ſit, ſponte profectus eſt ad uos. Miſimus autem cum illo fratrem, cuius laus eſt in euangelio per omnes eccleſias: non ſolum autem hoc, ſed & ordinatus eſt ab eccleſiis comes peregrinationis noſtræ cum hac gratia, quæ miniſtratur a nobis ad gloriam ipſius domini, & noſtram uoluntatem: deuitantes hoc, ne quis nos uituperet in hac plenitudine, quæ miniſtratur a nobis: prouidentes bona non ſolum coram deo, ſed & coram hominibus. Miſimus autem cum illis fratrem noſtrum, quem multoties experti ſumus in multis ſollicitum eſſe, nunc autem multo ſollicitiorem, confidentia multa in uos: ſiue pro Tito, ſocius meus & in uos adiutor: ſiue fratres noſtri, apoſtoli eccleſiarum, gloria Chriſti. Ostentationem ergo dilectionis ueſtræ & noſtræ gloriationis pro uobis in faciem eccleſiarum oſtendite in eos. De miniſtratione enim quæ fit in ſanctos ſupervacuum eſt mihi ad uos ſcribere. Scio enim promptum animum ueſtrum, pro quo de uobis glorior Macedonibus, quia Achaia parata eſt ab anno priore: & æmulatio ueſtra prouocauit plurimos. Miſi autem fratres, ne gloriatio noſtra de uobis euacuetur in hac parte, ut quemadmodum dixi, parati eritis: ne forte ſi uenerint mecum Macedones & inuenerint uos imparatos, confundamur nos (ut non dicamus uos) in hac confidentia gloriationis. Neceſſarium ergo arbitratus ſum fratres ut præueniant ad uos, & præparent benedictionem uestram, quam prius repromiſiſtis, ut ita parata eſſe poſſit ſicut benedictio, & non ſicut auaritia. Hoc autem dico: qui parce ſeminat, parce & metet: & qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. Vnuſquiſque prout deliberauit in corde ſuo non ex triſtitia aut ex neceſſitate. Hilarem enim datorem diligit deus. Potens autem deus omnem gratiam abundare facere in uobis, ut in omnibus ſemper omnem ſufficientiam habentes, abundetis in omne opus bonum, ſicut ſcriptum eſt: Diſpertiuit, dedit pauperibus, iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi. Qui autem miniſtrat ſemen ſeminanti & panem ad manducandum, miniſtret & multiplicet ſemen ueſtrum, & augeat incrementa frugum iuſtitiæ ueſtræ: ut in omnibus locupletati, in omnem ſimplicitatem, quæ operatur per nos gratiarum actionem deo. Quoniam miniſterium officii uestri non ſolum explet inopias ſanctorum, ſed & redundat per multas gratiarum actiones deo: per probationem miniſterii huius honorificantes deum in obſequio confeſſionis ueſtræ in euangelium Chriſti, & in ſimplicitate communicationis in illos & in omnes: & ipſorum obſecrantium pro uobis, & propter eminentem gratiam dei in uobis. Gratias deo ſuper inenarrabili dono eius.

CAP. IX.

Nam de miniſtratione quidem quæ in ſanctos eſt, ſuperfluum eſt mihi ad uos ſcribere. Scio enim promptum animum ueſtrum, pro quo de uobis glorior Macedonibus, quia Achaia parata eſt ab anno priore: & æmulatio ueſtra prouocauit plurimos. Miſi autem fratres, ne gloriatio noſtra de uobis euacuetur in hac parte, ut quemadmodum dixi, parati eritis: ne forte ſi uenerint mecum Macedones & inuenerint uos imparatos, confundamur nos (ut non dicamus uos) in hac confidentia gloriationis. Neceſſarium ergo arbitratus ſum fratres ut præueniant ad uos, & præparent benedictionem uestram, quam prius repromiſiſtis, ut ita parata eſſe poſſit ſicut benedictio, & non ſicut auaritia. Hoc autem dico: qui parce ſeminat, parce & metet: & qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. Vnuſquiſque prout deliberauit in corde ſuo non ex triſtitia aut ex neceſſitate. Hilarem enim datorem diligit deus. Potens autem deus omnem gratiam abundare facere in uobis, ut in omnibus ſemper omnem ſufficientiam habentes, abundetis in omne opus bonum, ſicut ſcriptum eſt: Diſpertiuit, dedit pauperibus, iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi. Qui autem miniſtrat ſemen ſeminanti & panem ad manducandum, miniſtret & multiplicet ſemen ueſtrum, & augeat incrementa frugum iuſtitiæ ueſtræ: ut in omnibus locupletati, in omnem ſimplicitatem, quæ operatur per nos gratiarum actionem deo. Quoniam miniſterium officii uestri non ſolum explet inopias ſanctorum, ſed & redundat per multas gratiarum actiones deo: per probationem miniſterii huius honorificantes deum in obſequio confeſſionis ueſtræ in euangelium Chriſti, & in ſimplicitate communicationis in illos & in omnes: & ipſorum obſecrantium pro uobis, & propter eminentem gratiam dei in uobis. Gratias deo ſuper inenarrabili dono eius.

7. Vt *in hac*. Eclipsis est hoc loco, & ideo ante hæc verba supplendum, obsecramus vel facite, aut quid simile: vt sit sensus, sicut in illis abūdatis, ita obsecram⁹, vel vos facite vt in hoc quoq; abūdetis.

8. Per *aliorum solicitudinem*. i. nequaquam Macedonum vobis beneficentiam repeto, quasi ex imperio ad eos imitandos vos velim cogere: sed vt per aliorum solicitudinem, Græcè, διὰ τῆς ἑτέρων σπουδῆς, id est, per studium affectúmque aliorum, hoc est, intellecto vehemēti Macedonum in erogādis eleemosynis studio, vestræ charitatis ingenuū bonū. i. ingenuā ac bonā charitatem vestram cōprobem, & vt Græci explicant, vt proposita vobis Macedonū imitatione charitatem vestram incendam ac commendabiliorem reddam.

9. Qui *non solum*. i. non solum eleemosynas facere cœpistis, Sed velle, vbi Græci interpretantur τὸ θέλειν, id est, velle volūtariè facere ac nullo exhortante, vt quēadmodum promptus est animus voluntatis. i. vt quemadmodum iā ab anno priore prōptam sanctis benefaciendi voluntatē habuistis, ita sit & perficiendi. i. sic vos prōptos ad cōferendas eleemosynas ostendatis ex eo qđ habetis.

10. *Si enim voluntas*. i. prout cuiusque sunt facultates, sic dātis voluntas deo est accepta: vt non minus accepta sit voluntas pauperis modicum dantis, quàm diuitis multum.

11. *Non enim vt aliis*. & hic est ellipsis, supplēdúmq;, nō enī exigo, vt præterq̄ facultates vestræ ferūt dilargiamini: *ita vt aliis remissio sit* nihil cōferētib⁹, vobis aūt suprà q̄ potestis dātib⁹, tribulatio sit & angustia

tum, ut quemadmodum cœpit, ita & perficiat in uobis etiam gratiā istam. Sed sicut in omnibus abunda B *tis fide & sermone, & scientia, & omni solicitudine, insuper & charitate uestra in nos,* 7 *ut & in hac gratia abundetis. Non quasi imperans dico: sed*[8] *per aliorum solicitudinem etiam uestræ charitatis ingenuum bonum comprobans. Scitis enim gratiā domini nostri Iesu Christi, quoniam propter uos egenus factus est: cum esset diues: ut illius inopia uos diuites essetis. Et consilium in hoc do. Hoc enim uobis utile est:* 9 *qui non solum facere, sed & uelle cœpistis ab anno priore. nunc uerò & facto perficite: ut quemadmodū promptus est animus uoluntatis, ita sit & perficiendi ex eo quod habetis.* 10 *Si enim uoluntas prompta est:* C *secūdum id quod habet, accepta est, non secundum id quod non habet.* 11 *Non enim ut aliis sit remissio, uobis aūt tribulatio:* 12 *sed ex æqualitate. In præsenti tēpore uestra abūdātia illorū inopiā suppleat: ut & illorū abūdātia uestræ inopiæ sit supplemētū, ut fiat æqualitas, sicut scriptū* Exo. 16. d. *est, Qui multū, nō abūdauit: & qui modicū, nō minoraut. Gratias aūt ago deo, qui dedit eādē solicitudinē* D *pro uobis ī corde Titi, quoniā* 13 *exhortationē quidē suscepit: sed cū solicitior esset, sua uolūtate profectus est ad uos. Misimus etiā cū illo*[14] *fratrē nostrū, cuius laus est in euangelio per oēs ecclesias. nō solū aūt, sed & ordinatus est ab ecclesiis comes*

gustia rei familiaris: vel vt aliis sit remissio. i. vt alij vestra beneficētia ditati remissius viuant & delicatius in otio, vobis autem sit rei familiaris angustia.

12. *Sed ex æqualitate*. i. sed volo, vt ī p̄senti tpe ex æqualitate. i. p quādā æqualitatē vestra abūdātia. i. opulētia, illorū inopiā suppleat. illis enim indigētib⁹ ac vobis abūdātib⁹ multa est inæqualitas. Quòd si vestris facultatib⁹ illorū indigētiā sustuleritis, iā fiet q̄dā æqualitas: dū ipsi ex eo qđ satis est cōtēti, tātūdē habebūt q̄tū & ditissimi: nimirū q̄tū volēt. volo ergo vos illis subuenire, *vt fiat æqualitas*. i. vt æqualiter oībus necessaria sufficiāt: sicut scriptū est, q̄ multū. s. collegit, nō abūdauit: & q̄ modicū collegit, nō minoraut. i. nihil minus habuit. Adaptat aūt hoc loco Paul⁹ hist oriā sūptā Exo. 16. vbi dicitur q̄ iussis filiis Israel mānā colligere quantum cuique satis esset ad vescendum, quū alius plus, alius min⁹ collegisset: q̄ plus q̄ par erat sibi collegerat, nō pl⁹ reperit q̄ illi opus erat: neq; q̄ min⁹ eo collegerat, minus q̄ sibi op⁹ erat reperit. Quia ergo licet alij pl⁹, alij minus collegerat, ex quo q̄tū cuiq; satis erat tātūdē reperit, in hoc iuēta est æqualitas. Similiter si diuites de supfluo factis necessaria suppeditēt, tūc fiet æqualitas: q̄a vtrisq; sorte sua cōtētis satis erit. sic mihi videt intelligēdus locus. Quod verò ītercedit, vt & illorū abūdātia vestrę inopię sit supplemētū. i. vt ipsi de spūalibus bonis q̄bus abūdant, vestrā penuriā supleāt: p parēthesim est legēdū. Quòd verò q̄dā ītērp̄tātur æqualitatē, cōpēsationē bonorū spūaliū q̄ à factis accipiūt, nō videtur mihi quadrare cū loco allegato, qui multū, nō abūdauit: præsertim quū verbū Græcum ἰσότης. i. æqualitas, nō sumatur, p remuneratione.

13. *Exhortationē suscepit*. i. etsi ad hoc exhortati illum sum⁹, sua tamē volūtate. i. alioqui volens & lubens est profectus, *quum de vobis solicitior* esset. i. magno vestri studio ac zelo teneretur.

14. *Fratrē nostrū*. quidā Lucā hūc putāt, q̄dā Barnabā, ꝓpter id qđ sequitur, ordinat⁹ est comes peregrinationis nostræ in hāc gratiā q̄

ministrat â nobis.i.ad colligẽdâ fideliũ eleemosynâ, q̃ cõfertur in ſctõs q̃ illis à nobis administratur ad dei gloriã,& deſtinatã volũtatẽ noſtrã.Græc.προθυμίαν.i.iuxta prõptam animi noſtri volũtatẽ.

15.*Deuitantes*.i.imprimis cauentes:& refertur ad miſimus.

16.*Plenitudine*.i.eleemoſynarum abundantia.

17.*Prouidemus*.i.enitimur,vt bene audiam⁹ deo,& hoĩb⁹, & rectè ac ꝓbè nõ corã deo tantũ verſemur,ſed etiã corã hoĩbus,ne quẽ offẽdam⁹.ſic græca ſcholia.

18.*Solicitũ*.id eſt,ſtudioſum. miſimus, ĩquit,& aliũ fratrẽ quẽ ſæpe expti ſum⁹ ſolicitũ eſſe:nũc aũt multo ſolicitiorẽ.i.ſtudioſiorẽ veſtri,multa cõfidẽtia ĩvos.i.ob multã cõfidẽtiã quã de vobis habet.

19.*Siue pro Tito*.Græcè.εἴτε ὑπὲρ τίτου κοινωνὸς ἐμὸς, εἴτε ἀδελφοὶ ἡμῶν.vel hic vn⁹ locus arguit Paulũ,qđ ipſe fatetur,ĩperitũ fuiſſe ſermõe: eſt enĩ hoc loco ſolœciſmus ὑπὲρ τίτου κοινωνὸς ἐμὸς.i.ꝓ Tito ſocius me⁹.ſimiliter εἴτε ἀδελφοὶ ꝓ ἀδελφῶν. vnde ſermonis incommodum vitans Ambroſius ita legit, ſiue per Titum qui eſt ſocius meus,ſiue ꝓ fratres noſtros apoſtolos. Eſt aũt ſenſus,miſimus aliũ fratrẽ ſtudioſum veſtri,& cõfidẽtẽ de vobis. Alĩ ỳ cõfidẽtiã referũt ad ἃ miſimus,ĩtelligẽtes de Paulo,vt ſit ſẽſus,miſim⁹ & aliũ fratrẽ multũ cõfidẽtes de vobis ſiue ꝓ Tito,ſiue ob Titũ q̃ hãc mihi aut illi confidentiam peperit:ſiue,ſub.hanc mihi confidentiã pepererunt fratres noſtri apoſtoli eccleſiarum.

20.*Oſtẽſionẽ*.Græc.ἔνδειξιν ὑμῶν εἰς αὐτοὺς.i.ſpecimẽ exhibete veſtrę charitatis,& noſtræ gloriæ,καυχήσεως.i.gloriatiõis ꝓ vobis.i.oſtẽdite ꝙ & me amatis,& ego iure de vobis glorior.oſtẽdite aũt in facie eccleſiarũ.i ita vt eccleſiæ,vnde ad vos miſſi ſunt, cognoſcãt ex veſtra ĩ illos noſtro noĩe beneuolẽtia,ꝙ nos amatis,neq; ĩiuria de vobis glorior.ꝓ eo aũt qđ eſt in facie, Græci habẽt εἰς πρόσωπον.i. in pſonã eccleſiarũ:quaſi diceret,charitatẽ quã in illos impẽditis,ĩ eccleſias impenderitis.

peregrinationis noſtræ,ĩ hãc gratiã quæ miniſtratur à nobis ad domini gloriã & deſtinatã uolũtatem noſtrã.[15] *deuitãtes hoc,ne quis nos uituperet ĩ hac*[16] *plenitudine, quæ miniſtratur à nobis in domini gloriã.*
[17] *prouidemus enim bona:nõ ſoliũ coram deo,ſed etiã corã hominibus.* Ro. 12.d.
Miſimus aũt cũ illis & fratrẽ noſtrũ, quẽ ꝓbauimus ĩ multis ſæpe[18] *ſolicitũ eſſe:nũc aũt multo ſolicitiorẽ,cõfidentia multa in uos,*[19] *ſiue pro Tito qui eſt ſocius meus & in uobis adiutor,ſiue fratres noſtri,apoſtoli eccleſiarum,gloria Chriſti.*[20] *Oſtenſionẽ ergo quæ eſt charitatis ueſtræ & noſtræ gloriæ pro uobis,in illos oſtendite in facie eccleſiarum.*

1.*Nam de miniſterio*.i.de faciendis eleemoſynis,*ex abundanti eſt mihi*, hoc eſt,ſuperuacaneum eſt vobis iam ad hoc paratis ſcribere.

2. *Achaia*.i. non modò Corinthus,ſed vniuerſa Achaia parata eſt ſanctis largiri eleemoſynas.

3.*Ne quod gloriamur*.i.ne gloriatio noſtra de vobis inanis repiatur.

4.*In hac ſubſtantia*.Græcè,ἐν τῇ ὑποστάσει ταύτης τῆς καυχήσεως.i.in hac ſubſtantia gloriationis huius.i. ne erubeſcamus nos de hoc genere gloriationis,quo gloriati ſumus de veſtra in ſanctos beneficẽtia: *vt non dicamus vos*, & hoc per parentheſim, id eſt,vt interim de vobis taceamus, ὑπόστασις autem naturam cuiuſque rei ſignificat, & ideo mihi videtur nõ ineptè reddi poſſe, in hoc genere gloriãdi.Significat etiam ὑπόστασις audaciam animíque confidentiam, quo ſignificato forſan hic non malè quadrat: vt ſit ſenſus, ne erubeſcamus quòd tam cõfidenter de vobis hac in parte gloriati ſumus.

5.*Vt præueniant ad vos*,id eſt, vt antè ad vos veniãt & prę parent repromiſſam benedictionem *hanc paratam eſſe*, Græcè, ἕτοιμον εἶναι. Vbi deeſt τὸ ὄφος,vel ὂν εἶναι ſuperfluit, vt plerunque accidit, ſicut in illo,ἑκὼν εἶναι,pro ἑκὼν,id eſt,volens: atque ita ſenſus eſt,qui prę parent antè promiſſam benedictionem vt parata ſit. Præparent autẽ, *ſic,quaſi benedictionem,non tanquam auaritiam*.i.tanquam à liberali & non auaro ingenio profectam. *benedictionem* autem & Græcè εὐλογίαν vocat

A *Nam de miniſterio quod ſit in ſanctos,ex abundanti eſt mihi ſcribere*
uobis.Scio enim promptum animũ ueſtrum:pro quo de uobis glorior
apud Macedones.Quoniam & Achaia parata eſt ab anno præterito,
& ueſtra æmulatio prouocauit plurimos.Miſimus autem fratres, ut ne
B *quod gloriamur de uobis,euacuetur in hac parte. ut (quemadmodũ dixi) parati ſitis:ne cùm uenerint Macedones mecum,& inuenerint uos imparatos, erubeſcamus nos, ut nõ dicamus uos in hac ſubſtãtia. Neceſſarium ergo exiſtimaui rogare fratres, ut præueniant ad uos, & præparent repromiſſam benedictionem hanc paratam eſſe, ſic,quaſi benedictionem, non tanquam auaritiam.*

ARGVMENTVM Cap. 9.

¶ *Declarat ſe ad eos mittere qui eleemoſynas colligant, quas ex hilaritate dari vult. deinde oſtendit multum eos & abũdantem fructum ex illis recepturos eleemoſynis.*

CAP. IX.

[1] *Nam de miniſterio quod ſit in ſanctos,ex abundanti eſt mihi ſcribere uobis.Scio enim promptum animũ ueſtrum:pro quo de uobis glorior apud Macedones.Quoniam &* [2] *Achaia parata eſt ab anno præterito, & ueſtra æmulatio prouocauit plurimos.Miſimus autem fratres, ut*[3] *ne quod gloriamur de uobis,euacuetur in hac parte. ut (quemadmodũ dixi) parati ſitis:ne cùm uenerint Macedones mecum,& inuenerint uos imparatos, erubeſcamus nos, ut nõ dicamus uos* [4] *in hac ſubſtãtia. Neceſſarium ergo exiſtimaui rogare fratres,* [5] *ut præueniant ad uos, & præparent repromiſſam benedictionem hanc paratam eſſe, ſic,quaſi benedictionem, non tanquam auaritiam.*

vocat eleemosynas, quæ in sanctos conferebantur, sic dictas ἀπὸ τῦ λέγειν, id est, à colligendo.

6. *Destinauit in corde.* i. prout illi visum fuerit, modò non coactus, aut tristis det, sed hilaris.

7. *Abũdare facere.* i. vt hęc vestra beneficentia vbertim in vos per spiritualium bonorum acceptionem redũdet, ita vt quod attinet ad hæc temporalia, non indigeatis. Cæterum in omni bono opere exuberetis.

8. *Semen vestrum.* i. bona tẽporalia & incrementa frugum iustitiæ vestræ. i. prouẽtum bonorum spiritualium, per quæ iustificemini.

9. *In omnem simplicitatẽ.* Vocat autem simplicitatem, cãdidam ac liberalem elargiendi voluntatem, quæ operatur per nos gratiarũ actionem deo. i. per quã & ꝓpter quam deo gratias agimus.

10. *Quoniã ministeriũ.* i. quia harum eleemosynarum administratio non solum necessaria sanctis submministrat, *sed & abundat per multas gratiarum actiones in domino.* i. facit vt plurimæ deo atque à multis gratiæ agantur.

11. *Glorificantes, &c.* neq; Græcè, neque Latinè est quo referatur hoc participium, & ideo supplendũ est, quia sunedictionem non tanquã auaritiã. Hoc autem dico: *Qui parcè seminat, parcè & metet. & qui seminat in benedictionibus, de benedictionib⁹ & metet.* Vnusquisq; prout[6] *destinauit in corde suo: non ex tristitia aut ex necessitate. Hilarem enim datorẽ diligit deus. Potẽs est aũt deus omnẽ gratiã[7] abundare facere in uobis, ut in oĩbus semper omnẽ sufficientiã habẽtes, abundetis in omne opus bonũ, sicut scriptũ est: Dispersit, dedit paupibus, iustitia eius manet in seculum seculi. Qui aũt administrat semen[8] seminanti: & panem ad manducandũ præstabit, & multiplicabit[8] semen uestrum, & augebit incrementa frugum iustitiæ uestræ: ut in omnibus locupletati abũdetis[9] in oẽm simplicitatẽ quæ operatur per nos gratiarũ actionẽ deo.* [10] *Quoniam ministerium huius officij non solum supplet ea quæ desunt sanctis, sed etiam abundat per multas gratiarum actiones in domino: per probationem ministerij huius* [11] *glorificantes deum in obedientia cõfessionis uestræ in euangelio Christi, & simplicitate cõmunicationis uestræ in illos, & in omnes, & in ipsorum obsecratione pro uobis, desiderantium uos propter eminentẽ gratiam dei in uobis. Gratias ago deo super inenarrabili dono eius.*

Psal. 111.b.

ARGV

mus. s. glorificãtes: alioqui solœcismum oportet hic agnoscere. Est autem sensus, ꝙ multi ex his eleemosynis animãtur ad gratias deo agendas glorificantes deum per probationem huius ministerij. i. ꝙ hoc ministerium probatum acceptumque fuerit vobis: glorificantes quoque in obediẽtia vestra & simplicitate communicationis vestrę. i. in synceritate & candore vestræ beneficentiæ, & in eo quòd deum pro vobis obsecrant, qui vos desiderant. i. vobis afficiuntur propter eminentem dei gratiam in vobis.

ARGVMENTVM Cap. 10.

¶ *Aduersus pseudoapostolos qui se vilipendebant, dignitatem suam tutatur, & authoritatem magnificat, grauem obiter censorem agens.*

CAPVT X.

A

I Ipse autẽ ego Paulus obsecro uos per mansuetudinẽ & modestiã Christi,[1] *qui in facie quidẽ humilis sum inter uos: absens autem confido in uobis.* [2] *Rogo autem uos, ne præsens audeam per eam confidentiam qua existimor audere in quosdam, qui arbitrantur nos tanquam secundũ carnem ambulemus. In carne enim ambulantes, non secundum carnem*

B *militamus.* (*Nam arma militiæ nostræ non carnalia, sed*[3] *potentia deo ad destructionem munitionum*)

1. *Qui in facie.* vel secundum faciem, Græcè πρόσωπον, quod significare potest vel in præsentia vel in speciem, .i. secundum quod externè apparet. Ironicè autem hoc dicit in pseudoapostolorum persona, qui contemptibilem Paulum facere volentes dicebãt nihil illo esse abiectius ac timidius. Cęterum in absentia minacem & audacem. Hoc enim significat confido, Græcè θαῤῥῶ, quod significat audaciam sumere ac præsumere.

2. *Rogo autẽ uos*, id est, sic vos in bonum componite, vt *ne præsens.* i. cùm venero ad vos *audeam.* i. audacia ac potestate mea vtar, *per eam confidentiam.* i. potestatem qua existimor audere in quosdam. i. qua in suspicionem aliquorum venio tanquam insolentior, qui nos arbitrantur *secundum carnem ambulare.* i. more carnalium vindictæ gratia potestate nostra vti. in carne enim ambulantes non secundum carnem militamus. i. non carnaliter viuimus.

3. *Potentia deo.* i. vsque adeo per dei gratiam valida, vt principis huius

ius mundi munitiones omnes & machinamenta destruere possint, & euertere.

4. *Consilia destruentes.* Græcè, καθαιροῦντες, in quibus verbis solœcismus est, nisi ita legamus: Non secundum carnem militamus, consilia destruentes, vt quæ intercedunt, per parenthesim legantur: vel dicamus quòd participio, p verbo vsus est, & ab hoc incipiat sententia, consilia enim destruimus, &c. vbi pro τὰ cōsilia Græcè est λογισμὸς, quod Theophylactus interpretatur syllogismos & humanas philosophorum rationes, quibus se ad euertēdam Christi fidē muniebāt.

4 cōsilia destruētes, & omnē altitudinem extollentem se aduersus scientiam dei & in captiuitatem redigentes omnem intellectum 5 in obsequium Christi, & 6 in promptu habentes vlcisci omnem inobedientiam, cùm impleta fuerit uestra obedientia. 7 Quæ secundū faciem sunt, uidete. Si quis confidit sibi Christi se esse: 8 hoc cogitet iterum apud se, q sicut ipse Christi est, ita & nos. Nā & si amplius aliquid gloriatus fuero de potestate nostra quam dedit nobis dominus in ædificationem & non in destructionem uestram: non erubescam. Vt autem non existimer tanquam terrere uos per epistolas, (Quoniam quidem epistolæ, inquiunt, graues sunt & fortes, præsentia autem corporis infirma, & sermo contemptibilis) hoc cogitet qui eiusmodi est, quia quales sumus uerbo per epistolas absentes, tales & præsentes in facto. Non enim audemus 9 inserere aut cōparare nos quibusdam, qui seipsos cōmendant: sed ipsi in nobis nosmetipsos metientes, & comparātes nosmetipsos nobis. Ephe. 4. d. *10 Nos autem non in immensum gloC*

5. *In obsequium Christi.* i. ita vt Christo pareat & obediat.

6. *In promptu habentes*, id est, ad manum habentes potestatē animaduertēdi in inobedientes, denique illorū inobedientiam vlciscendi, *quum impleta fuerit uestra obedientia*, id est, modo vos planè obediatis. aduersus enim pseudoapostolos fideiq; apostatas hæc dicit: quibus tamen ad tempus parcere sese ait, ne aduersus simplices Corinthios illorum seductione inobedientes vnà animaduertere cogatur.

7. *Quæ secundum faciem sunt, videte.* Græcè βλέπετε, quod indifferēs est ad videtis vel videte. si legimus videtis, interrogatiuè legendū erit: an tantum, *quæ secundum faciem sunt*, id est, externam hominis personam videtis & consideratis? Si videte, ironicè legendū, quasi iam recitata potestate sua dicat, videte tantum nunc quę in faciē sunt, id est, considerate nunc tantum me secundum externam personam abiectū, non internā virtutē & potestatem. neq; est ꝓ vestri pseudapostoli Christi se discipulos iactēt, nam & ipsi etiam sumus.

8. *Hoc cogitet.* Erant pseudapostoli qui dicerent epistolas minaces Pauli terriculamenta tantum anilia esse, qui præsens id non auderet, quod

ret, quod scriberet absens. Existimate, inquit, quòd quales sumus verbo, tales sumus & facto.

9. *Inserere.* i. non audemus nos in illorum familiam cooptare, aut illis comparare, qui seipsos commendant sibique magni videntur, & hoc modo ironicè legendum, quum alibi dicat, nihil minus feci à magnis illis apostolis. Alij interpretantur, non audemus illis nos similes facere qui sibi placent, seque commendant, atque aliis præferūt: sed ipsi in nobis nosmet ipsos metientes, participiū pro verbo. i. metimur nos nostro pede, & cōparamus nosmetipsos nobis non aliis: Græci pro, *sed ipsi in nobis*, legunt ipsi semetipsos in se metientes, & sibimetipsi s. se cōparātes non intelligūt. i. ipsi dum se ad nullius regulam metiuntur, & componunt, & comparant sibi semetipsos, dum dedignantur se cum quouis alio comparare, existimantes nullum sibi superiorem, aut æqualem esse, ὃ σωιῶσι, hanc enim particulam addunt Græci, id est, non intelligūt, scilicet vt Photius supplet, quòd ridiculi sunt hominibus. Theophylactus vtroque modo explicat, & ꝓ metientes, ac ꝓ comparātes ad pseudapostolos refert & ad Paulum.

10. *Nos autem im.* Iactabant se pseudapostoli, vt Græci aiunt, omnes terrarum partes prædicando obiuisse, ideóque maiorem sibi quàm Paulo habendam fidem, quibus opponit Paulus: Non vltra modū gloriabimur nos omnes regiones prædicando esse peruagatos, sed secundum mensuram regulæ qua mensus est nobis deus mensuram pertingendi ad vos, id est, secundū terminos quos nobis deus præstituit obeundos, qui quidē vsque ad vos pertingunt: mittens enim in orbem terrarum prædicatum Apostolos, suos cuique deus partitus erat terminos. mihi videtur commodior esse connexio Græci sermonis, si ꝓ pertingendi, referamus non ad ὃ mensuram, sed ad gloriabimur: neque enim Græcum ἀφικέσθαι aptè iungitur cum τοῦ μέτρου: sensus ergo is mihi videtur esse: Non supra modum & mensuram gloriabimur laborasse in prædicando, sed iuxta mensuram quam partitus est nobis deus, gloriabimur, sub. ἀφικέσθαι, id est,

est,peruenisse & pertigisse vsque ad vos·quasi diceret, glorientur illi vt volent, hoc tantum gloriabimur prædicationem nostram ad vos peruenisse: *Non enim quasi non pertingentes ad vos superextendimus nos*,id est,neque enim hac in re vltra quàm par est iactamus nos, tanquam non peruenerimus ad vos.si enim ad vos non peruenissemus,nos ipsos superextenderemus vltrà quàm deceret ob vos gloriantes. non autẽ vltrà quàm par est extendimus gloriam nostram: quippe qui ad vos pertigimus & peruenimus, *in euangelio Christi*.i. prædicantes euangelium,non in immensum gloriantes,*in alienis laboribus*.i. de iis qui aliorũ apostolorum labore & opera sunt conuersi, quẽadmodum pseudapostoli faciebãt, *Spem autem habentes crescentis fidei vestræ*,magnificari in vobis secundum regulam nostram in abundantia: id est, sperantes crescente fide vestra (Genitiuus enim Græcus absolutus est)abundè magnificari in vobis, nam ὑπὸ abundantia refertur ad magnificari,& spem habentes euangelizandi *in illa quæ vltra vos sunt*,εἰς τὰ ὑπερέκεινα ὑμῶν,id est,in illis regionibꝰ quæ vltra vos sunt,& spem habentes gloriari,id est, gloriandi non in aliena regula,id est,non in nationibus per alios apostolos visitatis & conuersis,in his scilicet locis *quæ præparata sunt*,id est, quibus iam seminatum est ab aliis euangelij verbum. Obscurus est omnino loci huius contextus,qui mihi ita videtur reddi posse familiarius:Non enim audemus nos in eorum numerum cooptare,neque illis cõparare, qui cùm sibi videãtur esse aliqui,vltrò se vulgo cõmendabiles faciunt,non intelligentes quòd interim sunt mundo ridiculi:sed nostro nos ipsi pede metimur,non aliis æquari quærentes aut præferri,sed nosmet inter nos conferentes.Neque verò vltra modũ gloriabimur nos omnes orbis regiones prædicando esse peruagatos,sed iuxta terminos quos nobis deus ad euangelij prædicationem

riabimur:sed secũdũ mensurã regulæ qua mensus est nobis deus mensurã pertingendi usque ad uos. D *Non enim quasi non pertingẽtes ad uos, superextendimus nos. Vsque ad uos enim peruenimus in euãgelio Christi:non in immensum gloriantes in alienis laboribus: spem autem habentes crescentis fidei uestræ,in uobis magnificari secundum regulam nostram in abũdantia:etiam in illa quæ ultra uos sunt euangelizare:nõ in aliena regula,in iis quæ præparata sunt gloriari. Qui autem gloriatur,in domino glorietur. Nõ enim* 1.Co. 2.d. Hier. 9.g.

dicationem præstituit obeundos gloriabimur quidem ad vos vsq; peruenisse:neq; enim hac in re gloriam nostram suprà quàm par est extẽdimus : tanquã ad vos ipsi non peruenerimus: peruenimus siquidem euangelium Christi prædicantes,& nequaquam ex alienis laboribus immensam captantes gloriam,sed spe multa freti crescente & augescente fide vestra nõ parum nos ex vobis magnificatum iri, atque in illis etiã quæ vltra vos sunt regionibus euangeliũ prædicare, ac multam inde reportare gloriam, non ex iis qui ad aliorum iam apostolorum normam ac regulam sunt instituti,neque iis in locis quæ susceptо verbi semine,ad ferendã euãgelicã frugem iam sunt præparata.

1. *Vtinam*.Coactus laudũ suarum mẽtionem facere,veniam præfatur,eam enumerationem modestè insipientiam appellans.

2. *Aemulor*.i.ardenter vos in deo depereo.

3. *Despondi enim*.i. ego enim tanq̃ spiritualium nuptiarũ paranymphus & pronubus despondi vos vni viro, scilicet *Christo virginem castã exhibere vos*.i.vt vos illi exhibeatis tanq̃ virginẽ castã: Corinthiorũ enim ecclesiam alloquitur.

4. *Nam si is*.Notat hic pseudapostolos nõ missos,sed semet intrudẽtes : vnde ait,qui venit & non missus.*Si autem*,inquit,*illi aliũ Iesum prædicant*,&c.id est,vt inquit Theophylactus, si eadẽ illi prædicãt quę & nos antè prædicauimus,cur eos cum tanta attentione exigi,vt hoc loco sumamus alius pro excellentior, & hoc modo sensus est: si præstantiorem alium Christum, si perfectius euangelium quàm nos,prędicarent:si alium spiritum,id est,potiora spiri-

qui seipsum commendat,ille probatus est:sed quem deus commendat.

ARGVMENTVM CAP. II.

¶ Suum erga Corinthios studiũ aperit,vt pote à quorum seductione timeat,quibus gratis euangelium prædicarit,vt oẽm amputaret pseudapostolis ansam obloquẽdi. Deinde suam aduersus illos authoritatem tutatur,coactus in laudes suas erumpere, ac se vel magnis apostolis conferre,tũ in prædicãdo verbo,tũ i ferẽdis afflictiõib⁹.

CAP. XI.

A

1 Tinã sustineretis modicũ quid insipientiæ meæ: *sed & supportate me.* 2 *Aemulor enĩ uos dei æmulatione.* 3 *Despõdi enim uos uni uiro uirginẽ castam exhibere Christo. Timeo autem ne sicut serpens Euam seduxit* Gen. 3.a. *astutia sua,ita corrumpantur sensus uestri,& excidãt à simplicitate quæ est in Christo.* 4 *Nam si is qui*

tus ſancti dona ab illis acceperitis quàm à nobis, *rectè pateremini*, Græcè, ἀνέχεσθε, id eſt, illorum iure exactionem ferretis, vel rectè illis obediretis. Nam obedire quoque ſignificat τὸ ἀνέχεσθαι.

5. A *magnis apoſtolis*, id eſt, præ magnis apoſtolis, hoc eſt, nihilo me, inquit, illis inferiorem exiſtimo. quidam autem hic veros apoſtolos intelligũt, quibus ad tutandam ſuam aduerſus pſeudapoſtolos dignitatem comparare ſe cogitur. Alij pſeudapoſtolos intelligunt per ironiam magnos appellatos, ob id quod ſequitur: Nã etſi imperitus ſum ſermone, ſed non ſcientia. hæc enim ratio nihil ad veros apoſtolos faceret, qui Paulo nihilo elegantiores erant. Taxat autem pſeudapoſtolos Paulus, qui quum nihil præter ſermonis nitorem & eloquentiã haberẽt, magnos ſe apoſtolos exiſtimarent, quibus ipſa tantum ſermonis eloquentia cedit Paulus, ſcientia ac cæteris virtutibus longè ſuperior. Paulum autem re vera imperitum ſermone fuiſſe manifeſtant tot ἀναῤῥόδοτα, tot hyperbata, tot eclipſes, & ſolœciſmi Græci: ne quis vitio interpretis tribuat.

6. *Hæc gloriatio*, id eſt, non ſi nam hanc mihi gloriationẽ apud Achaicos excidere: *gloriam* autem vocat, euangelium gratis prædicare, quam ſe tutaturum dicit, vt occaſionem tollat pſeudapoſtolis gloriandi, ſi ſimiles Paulo inuenirentur. Hoc eſt enim quod ait paulò pòſt, *qui volunt*, id eſt, quærunt occaſionem, *vt in quo gloriantur*, id eſt, vnde gloriantur, *inueniantur ſicut & nos*, id eſt, pares nobis: ſed in hoc inferiores ſunt, quòd prædicare nolunt gratis ſicut & nos. Nam religionem ſimulantes euangelium quoque vt Paulus prædicabant, ſed non pietatis gratia, verùm vt inde quæſtum facerent, quod ſi ob euangelium ſumptus acciperet Paulus, ei ſe illi æquarent.

uenit alium Chriſtum prædicat quẽ non prædicauimus, aut alium ſpiritum accipitis quem non accepiſtis, aut aliud euangelium quod non recepiſtis, rectè pateremini. exiſtimo enim nihil me minus feciſſe 5 *à magnis apoſtolis. Nam etſi imperitus* B *ſermone, ſed non ſcientia. In omnibus autem manifeſtus ſum uobis. Aut nunquid peccatum feci, meipſum humilians, ut uos exaltemini, quoniam gratis euangelium dei euãgelizaui uobis, alias eccleſias expoliaui, accipiens ſtipẽdia ad miniſterium ueſtrum? Et cùm eſſem apud uos, & egerem, nulli oncroſus fui. nam quod mihi deerat, ſuppleuerũt fratres qui uenerunt à Macedonia: & in omnibus ſine onere me uobis* C *ſeruaui: & ſeruabo. Eſt ueritas Chriſti in me, quoniam*[6] *hæc gloriatio non infringetur in me, in regionibus Achaiæ. Quare? quia non diligo uos? deus ſcit. Quod autem faci-*

cio, & faciam, ut amputem occaſionẽ eorum qui uolunt occaſionem: ut in quo gloriantur, inueniantur ſicut & nos. Nam eiuſmodi pſeudapoſtoli, ſunt operarij ſubdoli: trãſfigurantes ſe in apoſtolos Chriſti. D *Et non mirum: ipſe enim ſatanas transfigurat ſe in angelũ lucis. non eſt ergo magnũ, ſi miniſtri eius trãſfigurentur uelut miniſtri iuſtitiæ: quorum finis erit ſecundum opera ipſorum.*[7] *Iterum dico: ne quis me putet inſipientem eſſe. alioquin uelut inſipientem accipite me: ut & ego modicum quid glorier.*[8] *Quod loquor: non loquor ſecundum deũ, ſed quaſi in inſipientia, in hac ſubſtantia gloriæ. Quoniam multi gloriantur ſecundum carnem: & ego* E *gloriabor.*[9] *Libenter enim ſuffertis inſipientes: cùm ſitis ipſi ſapientes. Suſtinetis enim, ſi quis uos in ſeruitutem redigit, ſi quis deuorat, ſi quis accipit, ſi quis extollitur, ſi quis in faciem uos cædit. Secundum ignobilitatem dico: quaſi nos infir-*

7. *Iterum dico.* Laudes ſuas aggreſſurus iterum obteſtatur, ne hoc illi ad inſipientiam vertatur, alioquin malle ſe inſipientis nomen habere, quàm non gloriari cum detrimento euangelij.

8. *Quod loquor in hac ſubſtantia gloriæ*, id eſt, quòd ſtatim de hoc genere gloriationis ſecundum nobilitatem carnalem glorior, non loquor ſecundum deum: nullum enim locum habet apud deum nobilitas generis, ferã me in hac re inſipientem dici.

9. *Libenter enim.* Ironicè hoc ait: veluti ſi dicat, poteſtis inſipientiam meam ferre ipſi ſapientes quum ſitis, & grauiora multò feratis: ſuſtinetis enim &c. quibus verbis imperioſam in illos pſeudapoſtolorum dominationem notat: ſuſtinetis, inquit, ſi quis vos deuorat, ſi quis cædit, *ſecundum ignobilitatem dico*, Græcè, ἀτιμίαν, hoc eſt, ignominiam, id eſt, rem ignominioſam dico. Hæc autem, inquit, ſuſtinetis ab illis quaſi nos infirmi fuerimus, id eſt, imbecilles & inualidi, nec eodem quo illi erga vos imperio vti potuerimus: quaſi diceret, poteramus ſanè ſed id minus libuit.

10. *In quo quis audet*, sub. gloriari, audeo & ego: quanquàm hac in re sum insipiens.

11. *Quadragenas*, sub. plagas.

12. *Periculis ex genere*, id est, à Iudæis affinibus meis & cõgeneribus.

13. *Falsis fratribus*, se Christianos mentientibus.

14. *Præter illa*, id est, præter eas molestias quæ mihi extrinsecus accidunt. enumeratis enim multis afflictionibus, quum omnes non posset, hoc addidit. Quod autem sequitur, *instãtia mea*, substantiuum est fœmininum, Græcè, ἐπισύστασις, quod significat factiosam conspirationem, & hoc modo Theophylactus interpretatur, factiosa Iudæorum & quotidiana in me cõspiratio.

15. *Quæ infirmitatis meæ*, id est, de afflictionibus gloriabor.

mi fuerimus in hac parte.

10 *In quo quis audet (in insipientia dico) audeo & ego. Hebræi sunt: & ego. Israelitæ sunt: & ego. Semen Abrahæ sunt: & ego. Ministri Christi sunt (ut min⁹ sapiẽs dico) plus ego. In laboribus plurimis, in carceribus abundantius, in plagis supra* F *modum, in mortibus frequenter. A* Act. *Iudæis quinquies* 11 *quadragenas,* 16.d *una minus, accepi. Ter uirgis cæsus* Act. *sum, semel lapidatus sum, ter nau-* 14.e *fragium feci, nocte & die in pro-* Act. *fundo maris fui, in itineribus sæpe,* 27.h *periculis fluminum, periculis latronum,* 12 *periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in ciuitate, periculis in solitudine, periculis in mari, periculis* 13 *in falsis fratribus, in labore & ærumna, in uigiliis multis, in fame & siti, in ieiuniis multis, in frigore & nuditate.*

14 *Præter illa quæ extrinsecus sunt, instãtia mea quotidiana, solicitudo omnium ecclesiarum. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non uror?* G *Si gloriari oportet,* 15 *quæ infirmitatis meæ sunt, gloriabor. Deus & pater domini nostri Iesu Christi qui est benedictus in secula, scit quòd non mentior. Damasci præpositus gentis Aretæ regis custodiebat ciuitatem Damascenorum, ut* Act. *me comprehenderet: & per fenestram in sporta demissus sum per* 9.h *murum, & sic effugi manus eius.*

ARGV-

ARGVMENTVM Cap. 12.

¶ Aduersus pseudapostolos reuelationes sibi factas proponit, excusans quòd id coactus faciat. Deinde suam in illos benevolentiam præfatus, hortatur, vt se in aduẽtum illius probè & honestè componant.

CAP. XII.

A *I gloriari oportet (*1 *non*
S *expedit quidem) ueniã*
autẽ ad uisiones, & Act. *reuelationes domini.* 2 *Scio hominem* 9.a. *in Christo, ante annos quatuordecim (siue in corpore, siue extra corpus, nescio: deus scit) raptum huiusmodi usque ad tertium cælum. Et scio huiusmodi hominẽ (siue in corpore, siue extra corpus, nescio: deus scit) quoniam raptus est in paradisum: & audiuit arcana uerba, quæ non licet homini loqui.* 3 *Pro huiusmodi gloriabor: pro me autem nihil, nisi in infirmitatibus meis. Nã & si uoluero gloriari, non ero insipiens, ueritatem enim dicam. Parco autem ne quis me existimet* 4 *supra id quod uidet in me, aut aliquid audit ex me. Et ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi* B *stimulus carnis meæ* 5 *angelus satanæ, qui me colaphizet. Propter qđ ter dominum rogaui, ut discederet à me: & dixit mihi, Sufficit tibi gratia mea.* 6 *nam uirtus in infirmitate perficitur. Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me uirtus Christi. Propter quod placeo mihi in infirmi*

1. *Non expedit.* Græcè, συμφέρει, id est, nihil mihi confert: vult enim quòd non suæ vtilitatis gratia, sed ad retundendam pseudapostolorum insolentiã gloriari cogatur.

2. *Scio hominem in Christo*, id est, per Christum raptum vsque in tertium cælum. i. sedem beatorum.

3. *Pro huiusmodi*, scilicet homine sic rapto. nam singulare est pro quo Græci habẽt τοιοῦτον.

4. *Supra id quod videt*, id est, præstantiorem quàm aut viderit, aut audierit. neq; enĩ mihi curæ est hominum de me existimatio.

5. *Angelus satanæ*, siue stimulus carnis. Quidã hunc motus in carnem interpretantur, alij cùm sathã Hebræis aduersarium significet, multitudinem aduersariorũ sibi in euangelio aduersantium, qui me, ait, colaphizet. i. quouis modo affligat. Photius interpretatur oẽs Pauli afflictiones.

6. *Nam virtus.* Græci addũt μοῦ, id est, mea, vt sit sensus, quòd potentia dei in martyrum afflictionibus perfectior & illustrior redditur, dum per illas tyrannis fortiores euadunt.

7. *Qui sunt supra modum apostoli*, id est, ab excellentibus illis apostolis, siue veros apostolos intelligas, siue per ironiam pseudoapostolos.

8. *In omni*. vno verbo omnes explicat afflictiones, inter quas tamen signis & miraculis apud eos claruerit.

9. *Hanc iniuriam*. ironicè hoc legendum.

10. *Impendam*, id est, non mea tãtum, sed vitam etiam ipse vestra causa profundã. hoc enim significat superim pendar ipse.

11. *Sed esto*. Occupat argumentum quod quis facere posset, etsi nihil à nobis acceperis, dolosè tamen misisti, qui nos expilarent.

12. *Circunueni*, id est, auaritiæ studio quidpiam exegi.

13. *Olim*. Interpres legit πάλαι, alij πάλιν. i. rursus.

14. *Humiliet me deus*. i. ve-

tatibus meis, in contumeliis, in necessitatibus, in persecutionibus, in D *angustiis pro Christo. Cùm enim infirmor: tunc potens sum. Factus sum insipiens: uos me coegistis. Ego enim à uobis debui commendari. Nihil enim minus feci ab iis*[7] *qui sunt supra modum apostoli: tametsi nihil sum. Signa tamen apostoli facta sunt super uos*[8] *in omni patientia, in signis, & prodigiis, & uirtutibus. Quid est enim quod minus habuistis præ cæteris ecclesiis, nisi* E *quòd ego ipse non grauaui uos? Donate mihi*[9] *hanc iniuriam. Ecce tertio hoc paratus sum uenire ad uos: & non ero grauis uobis. Non enim quæro quæ uestra sunt: sed uos. Nec enim debent filij parentibus thesaurizare: sed parentes filiis. Ego autem libentissime*[10] *impendam & superimpendar ipse pro animabus uestris, licet plus uos diligens minus diligar.*[11] *Sed esto. Ego uos non grauaui: sed cùm essem astutus, dolo uos cepi. Nũquid per aliquem* F *eorum, quos misi ad uos,*[12] *circunuẽni uos? Rogaui Titum: & misi cum illo fratrem. Nunquid Titus uos circunuẽnit? nonne eodem spiritu ambulauimus? nonne iisdem uestigiis?*[13] *Olim putatis quòd excusemus nos apud uos? Coram deo, in Christo loquimur. Omnia enim charissimi propter ædificationem uestram. Timeo enim ne* G *forte cùm uenero, non quales uolo, inueniam uos: & ego inueniar à uobis qualem non uultis, ne fortè contentiones, æmulationes, animositates, dissensiones, detractiones, susurrationes, inflationes, seditiones sint inter uos. ne iterum cùm uenero*[14] *humiliet*

me deus apud uos: & lugeam multos ex iis qui ante peccauerunt, & non egerunt pœnitentiam super immunditia, & fornicatione, & impudicitia, quam gesserunt.

ARGVMENTVM Cap. 13.

¶ Minatur Corinthiis Paulus, nisi resipuerint, se cum animaduersione vẽturum ad illos: demum illis bene precatur.

CAPVT XIII.

A Deu. 17.b. Matt. 18.b. Ioan. 8.c. Heb. 10.c. *Ecce tertio hoc uenio ad uos. In ore duorũ uel triũ testiũ*[1] *stabit omne uerbum. Prædixi enim & prædico, ut præsens uobis,*[2] *& nunc absens iis, q̃ ante peccauerũt et cæteris omnibus, quoniã si uenero iterũ, nõ parcã. An experimentũ quæritis eius, q̃ in me loquitur Christus: qui in uobis*[3] *nõ infirmatur. sed potẽs est ĩ uobis? Nã etsi crucifixus est ex infirmitate: sed uiuit ex uirtute dei. Nã &* B *nos infirmi sumꝰ in illo. sed uiuimus cũ eo ex uirtute dei ĩ uobis. Vosmet* 1.Co. 11.f. *ipsos*[4] *tẽtate, si estis in fide, ipsi uos ꝓbate. An nõ cognoscitis uosmetipsos, quia Christus Iesus ĩ uobis est?*[5] *nisi fortè reprobi estis. Spero autẽ q̃ cognoscetis, quia nos nõ sumus re-* C *probi. Oramus autẽ deum, ut nihil mali faciatis: nõ ut nos probati appareamus, sed ut uos quod bonũ est faciatis, nos autẽ ut reprobi simus.*

reor ne qui gloriari de vestra probitate solebam apud Macedones, humiliari cogar, quum ad vos venero: & qui de vobis magnificè loqui solebam, humiliter sentire.

1. *Stabit omne verbum*, id est, confirmabitur per duos aut tres testes, ne celare posse vos putetis.

2. *Et nunc*, pro ita & nunc, vt hoc loco, Sicut in cælo & in terra, pro ita & in terra.

3. *Non infirmatur*, id est, non est imbecillis & debilis.

4. *Tentate*, id est, periculum facite de vobis ipsis, an non per Christum habitãtem in vobis potẽtes estis: adeò vt per illum miracula faciatis. nã in primitiua ecclesia credentes etiam miracula faciebant.

5. *Nisi fortè reprobi sitis*. non videtur hic reprobus sumi vt sit contrarium prædestinato, sed pro improbo: Græcè enim est ἀδόκιμοι. Oramus enim deum, inquit, vt nihil mali faciatis, *Nõ vt nos probati appareamus*, id est, mũdo probi videamur, sed oramus vt vos quod bonum est faciatis. *Nos autem vt reprobi simus*, id est, nos verò si ita vestro bono cedit, tanquam improbi existimemur. Græcè enim nõ est ,ꝑ vt, ἵνα, sed ὡς. i. tanquã, oramus autem

vt rectè agatis, nos verò interim si sic fieri oportet, tanquam improbi mundo existimemur. nõ enim gloriam hominum quærimus, parum nobis est si abiecti vobis cẽsemur & inglorij, modo à peccato abstineatis, & qđ bonum est faciatis.

6. *Non possumus*, id est, si vos grauiter deliquisse inuenerimus, non possumus nõ castigare, alioqui aduersus veritatem & iustitiam faceremus.

7. *Gaudemus*. iuuat, inquit, si debiles & abiecti censemur pseudoapostolis, vos autem potentes in Christo sitis ad sectandam virtutem & fugienda vitia. vel εἰρωνικῶς ista legenda sunt.

8. *Vestram consummationem*, id est, vt in omni bono perfecti sitis.

9. *Idipsum sapite*, id est, vnanimes estote.

[6] *Non enim possumus aliquid aduersus ueritatem: sed pro ueritate.* [7] *Gaudemus enim quoniam nos infirmi sumus: uos autem potentes estis. Hoc & oramus,* [8] *uestram consummationem. Ideo hæc absens scribo, ut non præsens durius agam secundum potestatem, quam dominus dedit mihi in ædificationem, & non in destructionem. De cætero fratres gaudete, perfecti estote, exhortamini,* [9] *idipsum sapite, pacem habete, & deus pacis, & dilectionis erit uobiscum. Salutate inuicem in osculo sancto. Salutant uos omnes sancti. Gratia domini nostri Iesu Christi, & charitas dei, & communicatio sancti spiritus sit cum omnibus uobis. Amen.*

¶ Argumentum epistolæ Ad Galatas.

GAlatas (qui & Gallogræci sunt Asiæ populus) ab apostolo conuersos pseudoapostoli Iudæochristiani seduxerant, asserentes vnà cum baptismo circunciſione opus esse, sicq; in reliquas legis ceremonias illos protrudebant. Quamobrem hanc illis epistolam scribit Paulus, acriter obiurgans quòd se seduci & in ceremoniarum seruitutem trudi passi sint, obiter suam aduersus pseudoapostolos dignitatem & authoritatem vendicans. Latini ab Epheso, Græci ab vrbe Roma scriptam epistolam dicunt.

1. *Non*

1. *Non ab hominibus neque per hominem.* Victorinus in epistolam ad Galatas, exponit nõ ab apostolis, vt Mathias, neq; per alium quemuis hominem prophetam vel alium. quia verò dixit neque per hominem, & subdidit, *Sed per Iesum Christum*, arguit hinc satis à Paulo Christi deitatem confirmari: ne verò quis putet propter huiusmodi correctionem, *sed per Iesum* in affirmata Christi deitate negari humanitatem, subdidit Paulus, *qui suscitauit illũ à mortuis*, vnde ipsius Christi, qui mortuus sit cõfirmatur humanitas.

2. *Ecclesiis Galatiæ*, sub. salutem dicunt.

3. *Patre nostro*. quidam Latini cum Græcis quibusdam legunt, A *deo patre & domino nostro Iesu Christo*, quia Græci quidá habẽt καὶ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ: Dionysian⁹ tamẽ codex Græcus, habet, ἀπὸ θεοῦ πατρὸς ἡμῶν καὶ κυρίου ἰησοῦ χριστοῦ .i. à deo patre nostro & domino Iesu Christo.

4. *Miror quòd sic tã citò*. Græcè est, θαυμάζω ὅτι οὕτως ταχέως μετατίθεσθε ἀπὸ τοῦ καλέσαντος ὑμᾶς ἐν χάριτι χριστοῦ εἰς ἕτερον εὐαγγέλιον: quo loco vtranq; τὸ οὕτως significationẽ interpres expressit, quum vertit sic tã citò: nam οὕτως significat sic, & adeò, & cum eo legunt Tertulianus, Augustin⁹, Ambrosius, Cyprianus. Sensus autẽ Græcæ lectionis potest esse duplex. Prim⁹: Miror quòd ita ac tam citò transferimini

EPISTOLA DIVI PAVLI APOSTOLI ad Galatas.

ARGVMENTVM Cap. I.

¶ *Abductos ab euangelio Galatas dolet, & contra id prædicantibus maledicit, suam obiter dignitatem tuens, ostendensq; se apostolum à deo patre & Christo delegatum: veteris quoque vitæ mentionem faciens, nihil se ab aliis apostolis in euangelio adiutum docet.*

CAPVT I.

A PAulus apostolus,[1] nõ ab hominibus, neq; per hominẽ, sed per Iesum Christum, et deũ patrem, qui suscitauit eum à mortuis, & qui mecum sunt omnes fratres: [2] ecclesiis Galatiæ. Gratia uobis et pax à deo [3] patre nostro, & domino Iesu Christo, qui dedit semetipsum pro peccatis nostris, ut eriperet nos de præsenti seculo nequa, secundũ uoluntatem dei et patris nostri, cui est gloria in secula seculorum. Amen. [4] *Miror q*

mini & deficitis ab eo, scilicet patre, qui vos vocauit in gratiam Christi, in euangelium aliud: sic enim & Chrysostomus & Græca scholia: putabant enim (inquiunt) legalibus adhærentes deum patrem se placare. Ideo ostendit Paulus quòd qui ab euangelio filij deficit, à deo patre, qui nos in Christo & per Christi gratiam vocauit, deficiat. Secundus sensus potest esse, Miror quòd adeò cito transferimini & deficitis in aliud euangeliũ ab eo, qui vos per gratiam suam vocauit, Christo, vt τοῦ χριστοῦ, referatur ad ἀπὸ τοῦ καλέσαντος, nõ ad χάριτι.

sic tam cito trãsferimini ab eo, qui uos uocauit in gratiã Christi in aliud euangeliũ, 5 *qđ nõ est aliud, nisi sunt aliqui qui uos cõturbãt, & uolũt cõuertere euangeliũ Christi. Sed* B *licet nos, aut angelus de cælo euangelizet uobis præterq̃ quod euãgelizauimus uobis:* 6 *anathema sit. Sicut prædiximus, et nũc iterũ dico, Si qs uobis euãgelizauerit* 7 *præter id qđ accepistis: anathema sit.* 8 *Modo enim hoĩbus suadeo, an deo? An quæro hoĩb*9 *placere?* 9 *Si adhuc ho-*

5. *Quod non est aliud*, id est, quanquam non est aliud euangeliũ præter id quod prædicam9: *Nisi sunt aliqui*, istud refertur ad miror, miror q̃ tam cito deficitis ab euãgelio, nisi q̃ sunt aliqui, vel nisi aliqui sint qui vos cõturbant, *& volunt conuertere euangelium Christi.* Græcè μεταστρέψαι, id est, inuertere & subuertere: quasi diceret, nequaquam defecturi eratis, nisi allecti & seducti ab aliis.

6. *Anathema*, vide quid sit anathema, Roman. nono, & primæ Corinth. vltimo.

7. *Præter id quod accepistis*, hic & in eo quod præcessit præterquam quod vobis euangelizauimus vobis, Græcè est, παρ' ὅ, id est, præterquam quod, siue contraquam: si quis euangelizat vobis contraquam vobis euangelizauimus aut vos accepistis, anathema sit. contrariam enim euangelio doctrinã prædicantes damnat, non prorsus aliam si conformem.

8. *Modo enim hominibus suadeo, an deo?* Græcè est, ἄρτι γὰρ ἀνθρώπους πείθω, ἢ τὸν θεόν. id est, ad verbum: Adhuc enim homines suadeo an deum? Chrysostomus interpretatur an apud homines causam dico, an apud deum? Theophylactus an humana suadeo, an diuina?

9. *Si adhuc hominibus placerem*, id est, in gratiam & ob gloriam hominum prædicarem, Christi seruus non essem, omnia enim (vt idem apostolus præcipit) in dei gloriam facienda. ἀρέσκω autem, quo hic vtitur Paulus, non significat simpliciter placere, aut gratam esse rem aliquam, sed vsque adeo gratam quæ animum expleat, & vltra quam nihil expectes: mihi quoque ἀρέσκω sumi posse videtur pro assentari, vt ἄρεσκος pro blando & assentatore homine, atque ita esset sensus: si assẽtari ho

1. cor. 15. a. *minibus placerem Christi seruus non essem. Notum enim uobis facio fratres euangelium quod euangelizatum est à me, quia non est* 10 *secundum hominem. neque enim ego ab homine accepi illud, neque didici: sed per reuelationem Iesu* C *Christi. Audistis enim conuersationem meam aliquãdo in Iudaismo, quoniam supra modum persequebar ecclesiam dei, & expugnabã illam: &* 11 *proficiebam in Iudaismo suprà multos coætaneos meos in genere meo, abundantius æmulator existens paternarum mearum traditionum.* 12 *Cum autem placuit ei qui me segregauit ex utero matris meæ, & uocauit per gratiam suam, ut reuelaret filium suum in me, ut euangelizarem illum in* D *gentibus: continuò non acquieui carni & sanguini. Neque ueni Hierosolymam ad anteceſſores meos apostolos: sed abii in Ara-*

tionis tui mihi traditum.

11. *Proficiebã in Iudaismo.* i. ritu legis Iudaicæ supra coætaneos & æquales meos adolescentes, in genere meo. i. in gente ac natione mea Iudaica. *Abundantius æmulator existẽs.* i. plus æquo studiosus traditorũ à patribus ĩstitutorũ.

12. *Cum autem placuit, &c.* i. cũ visũ est ei q̃ me segregauit ex vtero matris meæ, & per gratiam suã vocauit, reuelare filiũ suũ in me, vt euãgelizarem illum in gẽtibus, continuo: &c. Erasmus vertit, & vocauit per gratiã suã in hoc vt reuelaret filiũ suũ per me: & sic refert ἐν ἀποκαλύψαι non ad ἐυδόκησεν, sed ad καλέσας, & Græci hoc modo legissẽt, καλέσας ἐν ἀποκαλύψαι: ideo præstat legere cum placuit, siue visum est ei reuelare filium suum in me, & non per me. i. notum illum mihi facere: sic enim Victorinus philosophus in epistolam ad Galatas: prius enim est ait vt cognoscat, deinde vt euãgelizet. Græca scholia sic explicant ἐν ἐμοί, id est, in me: in me dixit, volens ostendere, q̃ nõ verbo tãtũ externo edoctꝰ à deo esset, sed ĩtus corde atq;

animo, cum ergo ei placuit reuelare filium suum in me vt illum euangelizarem, continuo, &c. Matrem autem à cuius vtero se segregatum ait, quidam Antiochenam ecclesiam interpretantur, in qua dictum est à spiritu sancto, Segregate mihi Saulum ac Barnabã: alij ac verius, synagogam interpretantur, à cuius vtero & cõsortio quũ deo, inquit, visum est me se segregare ad filium suum euãgelizandum, *continuò non acquieui carni & sanguini.* quo loco pro acquieui, Græc. est, οὐ προσανεθέμην σαρκὶ καὶ αἵματι, id est, non contuli cum carne & sanguine, nec adhibui in consilium carnẽ & sanguinem. Quidam per carnem & sanguinem Pharisæos intelligunt, quòd Iudæos cognatos suos vocare soleat. Alij apostolos intelligunt, qui etiam cum Iudæi essent, caro & sanguis Pauli dici poterant. Hieronymus non vult de his intelligi, ob id quod sequitur, neque veni ad antecessores meos apostolos. mihi carnis & sanguinis nomine, quiuis homo intelligi posse videtur, quũ Christus dicat Petro, Caro & sanguis non reuelauit tibi. i. nullus hominum, sed pater me[9]. Vult ergo Paulus quòd acceptum à Christo euãgelium cum nemine contulerit, ne quid adiutus ab aliquo homine videretur.

biam, & iterum reuersus sum[13] *Damascum. Deinde post annos tres ueni Hierosolymam uidere Petrum: & mansi apud eum diebus quindecim. Alium autem apostolorum uidi neminem: nisi*[14] *Iacobum fratrẽ domini. Quæ autem scribo uobis:*

13. *Damascum.* Damascus ciuitas est Syrophœnices, totius Syriæ caput, inter Libanum & Antilibanum sita: profectionis autem in Arabiam non meminit Lucas, neque aliorũ multorũ quæ gessit Paulus: ideo existimandũ statim à sua cõuersione à Damasco profectũ in Arabiam, vt per absentiam suam persecutionis à se factæ opinionem extingueret, & post triennium reuersum esse Damascum, atque inde Hierosolymam.

14. *Iacobũ fratrem.* hic est Iacobus nõ Zebedæi filius, frater Ioãnis, sed Iacobus Alphæi, qui minor dicitur, cognatus domini, atq; ideo Hebræorũ more frater: quãquã & frater dicatur præ alijs, & Christo simillim[9] fuerit: hic prim[9] Hierosolymorũ epũs, & canonicã epistolã scripsit. Hũc multi etiã ex veteribus falsò putauerũt verè fratrem esse domini, filiũ Ioseph. de quo in hũc locũ ita Photi[9], ἀδελφὸν τοῦ κυρίου· οὐκ ὢν, ἀλλ' ἐνομίζετο. i. fratrẽ domini. non erat frater, se putabatur. nimirum propter similitudinem.

15. Ecce

[15]*ecce coram deo, quia non mentior. Deinde ueni in partes Syriæ & Ciliciæ. Eram autem ignotus facie ecclesiis Iudææ: quæ erant in Christo. Tantum autem auditum habebant, Quoniã qui persequebatur nos aliquando, nunc euangelizat fidẽ, quã aliquando expugnabat, & in me clarificabant deum.*

ARGVMENTVM Cap. 2.

¶ *Cum apostolis euangelium se contulisse ait, non vt quidpiam ab illis disceret, quos sibi nihil contulisse testatur, sed ne non illi approbasse viderentur, à quibus tantum colligendarum eleemosynarũ ministerium accepit. Apostolis quoque adeo se non inferiorem ostendit, vt eorum principem Petrum gentes quodãmodo ad Iudaismum cogentem, non veritus sit increpare: demum nos fide & non lege iustificari ostendit.*

CAPVT II.

A Deinde post ãnos quatuordecim, iterũ ascendi Hierosolymam cum Barnaba, assumpto & Tito. Ascendi autem secundum reuelationem: & cõtuli cum illis euãgelium quod prædico in gentibus, seorsum autem, iis [1]qui uidebantur aliquid esse: ne forte in uacuum currerem, aut cucurrissem. [2]Sed neque Titus qui mecũ

15. *Ecce coram deo.* i. ecce deũ testor & nõ mentior. hebraismus est.

1. *Qui videbantur esse aliquid.* Græcè τοῖς δοκοῦσιν, id est, qui ĩ precio erant, ac magni nominis. Photius interpretatur τοῖς ὄυσί τι, τοῖς κορυφαίοις. i. iis qui erant aliquid & principibus ac capitibus. Cõtuli autem cum illis non & eorum doctrina confirmationéve egerem, sed ne fortè in vanum currerẽ aut cucurrissem, id est, ne frustra prædicarem & inanis esset prædicationis nostræ fructꝰ. si quibusdam videretur nequaquam illis doctrina mea probari.

2. *Sed neque Titus.* arguebant leuitatis Paulum quòd modo circuncisionem commẽdaret, modo tolleret: cõtra quos ostendit nulla se ratione adduci potuisse, vt Titũ gentilem circunciderẽt. Nõ est, inquit, compulsus circũcidi, *sed propter subintroductos &c.* Hieronymus putat hoc loco ὲ sed, & Græcum δὲ, παρέλκον esse, ac superfluũ, tractimque legendum: Nõ est compulsus circũcidi propter falsos fratres, id est, quãuis plerique ad circunciden dum Titum me impellerẽt, licet id sine vlla spe in circũcisionem facere possem: qđ in Timotheo factum legimus,

mus, adduci tamen nõ potuit Paulus ob falsos fratres, quia suo exẽplo cæteros ad circũcisionem impulissent, & rursum sub legis iugũ redegissent: quibus ne ad tempus quidem cedere voluerit. mihi videtur si διὰ sumatur pro per, vt ferè cum genitiuo sumi solet, hic esse sensus, Sed neque Titus compulsus est circuncidi etiam per falsos fratres, vt δὲ Græcum μὴ & ἔτι, id est, etiam sumatur. id est, quãquam falsi fratres vrgerent.

3. *Cessimus subiectiõi*, hoc est, ad subiectionem, id est, quibus neque ad tempus cessimus: ne si impellentibus illis circunciderem us, subesse ipsis videremur. Græci exponunt, quorum subiectioni qua nos rursum legi subigere volebant, neque ad horam cessimus.

4. *Ab iis autem qui videbantur esse aliquid*, id est, qui in pretio erant, sub. nihil collatum est. eandem verò sententiam propter ὑπέρβατον prioris oblitus repetit, dicens, mihi enim, &c.

5. *Euangelium præputii*, id est, munus prædicandi gentibus, & circuncisionis euangelium, id est, munus prædicandi Iudæis.

6. *Dextras dederunt*, id est, nos adsciuerunt in socios & coapostolos, vt nos in gentes, subaudi, prædicatum iremus, ipsi autem in circuncisionem, id est, gentem Iudaicam prædicatum irent.

7. *Tantum vt pauperum*, sub. id muneris iniunxerunt, vt pauperum memores essemus.

erat, cum esset gentilis, compulsus est circuncidi: sed propter subintroductos falsos fratres, qui subintroierunt explorare libertatem nostram quam habemus in Christo Iesu, ut nos in seruitutem redigerent. Quibus neque ad horam[3] *cessimus subiectioni: ut ueritas euãgelii permaneat apud uos.* [4] *Ab iis autem qui uidebantur esse aliquid (quales ali quando fuerint, nihil mea interest. Deus enim personam hominis non accipit) Mihi enim qui uidebantur esse aliquid, nihil contulerunt. Sed contrà, cum uidissent quòd creditũ est mihi*[5] *euangelium præputij, sicut & Petro circuncisionis (qui enĩ operatus est Petro ĩ apostolatũ circuncisionis: operat*[9] *est & mihi iter gẽtes) & cum cognouissent gratiam quæ data est mihi, Iacóbus & Cephas & Ioannes, qui uidebantur columnæ esse,* [6] *dextras dederunt mihi & Bàrnabæ, societatis: ut nos in gẽtes, ipsi autem in circuncisionem,* [7] *tantum ut pauperum memores essem*[9].

B Deut. 10.d. 2.Par. 19.c. 10ob 34.b. Sept. 6.b. Eccl. 35.b. Rom. 2.b. ephes 6.b. Colo. 3.d. C Act. 10.c. 1.Pe 1.c.

8. *Reprehensibilis*. interpres legit κατάγνωστος. Græci legũt κατεγνωσμένος, reprehensus scilicet à gentibus, à quibus se subtrahebat. Ad loci huius cognitionem aduertendum est quòd quum Antiochiæ Petrus ageret, promiscue cũ gentibus, quibuslibet cibis vescebatur: hæc illo agente superuenere ab Hierosolymis ex Iudæis Christiani nõdũ planè Moysem dedocti, qui gentiũ consortia ferrent iniquius neque ferebat eorum infirmitas castigari durius, sensim enim erant ab illa superstitione auocandi: hi quum futurum esset vt promiscua Petri cũ gentibus esitatione offenderentur, genti suæ consultum volens, à gentilium mensa se subtrahebat: vnde contigit offendi gentes, suspicãtes se à Petro velut impuras contemni, ac certis cibis velut in lege abstinendum esse: quinimò plerique ex Iudæis ad fidem conuersi, & inter eos Barnabas, ex illo Petri facto nutare cœperunt. Paulus autem vtrique populo cautum volens, Petro in faciem restitit, vt videntes Iudæi Petrum palàm obiurgari nec repugnare, intelligerent vel ex ipso silentio nihil iam esse immundum, similiter & gentes. An autem hoc loco peccarit Petrus, multa fuit inter Augustinum & Hieronymum digladiatio: Augustino asserente quòd peccarit per imprudentem dissimulationem: Hieronymo autem cum Græcis sentiente, Petrum non peccasse, sed de industria sic inter Petrum & Paulum cõuenisse, vt ex reprehensione Petri captata occasione vtrumque populum à ceremoniis illis auocaret.

9. *Timens eos qui ex circuncisione*, id est, eis: ne scilicet eos offenderet. sic enim Oecumenius, Græca require si voles. Quod verò ait timens eos, non hoc dicit quasi quidpiam damni aut iniuriæ vereretur ab illis accipere: sed timẽs ne suo facto offensi à fide resilirẽt.

10. *Duceretur ab illis in illã simulationẽ*. Græca paulò secus habẽt, ὥστε καὶ Βαρνάβας συναπήχθη αὐτῶν τῇ ὑποκρίσει, id est ad verbũ, adeò vt & Barnabas coabduceretur in illorũ simulationẽ. i. vnà cũ Iudæis cæteris simulatione teneretur eadem.

11. *Nos natura Iudæi, & non ex gentibus peccatores.* quod attinet ad huius loci ordinationem, si loco sequente. Scientes autem. tollamus δὲ autem, quod Græci non habent, continue legendum est, nos natura Iudæi non ex gentibus peccatores, scientes ꝙ non iustificatur, &c. & nos in Christo Iesu credimus, siue vt Græci habent, in Christũ Iesum credidimus. Si verò legimus, Scientes autem, tunc supplendum est verbũ, sumus, nos natura Iudæi sumus & non ex gentibus peccatores: cæterum sciẽtes neminem iustificari ex operibus legis, &c. neque ἁμαρτωλοὺς peccatores iungi debet cũ nos. vt sit sensus, nos peccatores nati ex Iudæis parentibus: sed vt ostendat gentes non esse cogẽdas ad Iudaismũ, nos inquit natura Iudæi & nati ex parẽtibus Iudæis sumus, & non ex gentibus peccatores, id est, non proselyti nati idololatræ ex gẽtilibus parentibus. cæterum scientes neminem iustificari ex operibus legis, in Christum credidimus: quomodo ergo iudaizare gentes cogis? Græca scholia certe ita explicant, ἡμεῖς δὲ ὂντες φύσεως ἰουδαῖοι, τουτέστιν ὁ προσήλυτοι· τὸ γάρ ἐσι, τὸ οὐκ ἐξ ἐθνῶν ἁμαρτωλοί, id est, nos Iudæi nati, hoc est, non proselyti: illud enim significat, τὸ non ex gentibus peccatores.

eis in illam simulationem. Sed cum uidissem quòd non rectè ambularent ad ueritatem euangelii: dixi Cephæ coram omnibus, Si tu cum Iudæus sis, gentiliter uiuis, & non Iudaice: quomodo gentes cogis iudaizare? 11 *Nos natura Iudæi: & non ex gentibus peccatores. Scientes autem quòd non iustificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem Iesu Christi, & nos in Christo Iesu credimus, ut iustificemur ex fide Christi, & non ex operibus legis.* 12 *Propter quod ex operibus legis nõ iustificabitur omnis caro. Quòd si quærentes iustificari in Christo,* Rom. 3.c.

12. *Propter quod ex operibus.* Græcè διότι, id est, propterea ꝙ ex operibus legis nõ iustificabitur omnis caro, id est, nullus iustificabitur. q̃ autem opera legis intelligat Paulus, ex quibus nemo iustificetur indicant Græca scholia, quæ ita in hunc locum vertimus: Propterea quòd ex operibus legis non iustificabitur omnis caro: necessaria in lege vel natura ipsa docuit, hoc est, non mœchaberis, non occides, non furaberis, & reliqua huiusmodi: quæ verò sabbatum, circunciſionem, lepram, sacrificia, & asperſiones concernunt, ea sunt propria legis, & hæc vocat legis opera. De huiusmodi dixit diuinus

nus apostolus propterea quòd non iustificabitur ex operibus legis omnis caro. Hæc Græca scholia Græcè in codice Veronensi videre poteris.

13. *Inuenti sumus*, id est, si per id quòd à solo Christo iustificationẽ quærimus, & legem negligimus (sic enim Græci exponunt) inuenti sumus peccatores, nónne Christ⁹ peccati minister est qui nos ab lege ad se abduxit? Absit autem vt minister sit peccati. Hoc autem enthymema sic ad syllogismũ perfectum reducitur, Si quærentes in Christo & non in lege iustificari, per eam derelictam peccatores inuenti sumus, Christus peccati minister est: non est autem peccati minister Christus, non igitur per legis desertionem peccamus.

13 *inuenti sumus & ipsi peccatores: nunquid Christus peccati minister est? Absit.* 14 *Si enim quæ destruxi, iterum hæc ædifico: præuaricatorẽ me constituo.* 15 *Ego enim per legem, legi mortuus sum, ut deo uiuã. Christo confixus sum cruci.* Viuo autem iam non ego: uuit uerò in me Christus. 16 *Quòd autẽ nunc uiuo in carne: in fide uiuo filii dei, qui dilexit me, & tradidit semetipsũ pro me,*

14. *Si enim quæ destruxi.* non hic locus modo de ciborum discrimine, sed planè de omnibus legis ceremoniis in quibus confidebant Iudæi intelligendus est. & Græcis exponitur: si legem & circuncisionem quas abrogaui iterum instauro, præuaricator sum. nam vt Græci aiunt, si rursum legi confido cui valedixeram, ostendo me præuaricatorem & transfugam.

15. *Ego enim per legem.* quidam interpretantur per legem, Mosaicam quæ iustificandi vim nõ habet, & præuaricatores occidit. *mortuus sum*, id est, mortuum me agnoui: vt in deo, id est, spe & fide in deum viuam. Alij, vt Græca scholia: per legem euangelicam legi Mosaicæ mortuus sum, ita vt nullas post hæc illius ceremonias seruare aut debeam aut possim. Lex enim spiritus vitæ in Christo Iesu liberauit me à lege peccati & mortis. Græca scholia etiam expoñt, per legem Mosaicam eidem legi sum mortuus. lex enim Christum mihi prænuntiauit: atque ita quodammodo mortuus, id est, non eius præscripto viuens, Christi dogmata secutus sum.

16. *Quod autẽ*, id est, quòd sensibilem hãc vitam viuo in fide, id est, per fidem & misericordiam filij dei viuo, dignus qui iamdudum perirem.

17. *Non abiicio gratiam dei*, id est, gratiam dei apprehendo tanquam iustificantem. Si enim per legem iustitia est, id est, si sufficiebat ad iustificationem, legis obseruatio, Christus gratis, id est, frustra mortuus est, neque opus erat eũ de cælo auocari & in terris mori pro nostra iustificatione.

1. *Quis vos fascinauit*, id est, quis adeò vt agnitæ veritati non obediretis, oculos vestros fascinauit? Græcè βασκαίνει, quod quidam vertunt inuidit.

2. *Proscriptus*, id est, damnatus & ĩ vobis crucifix[9]: quia quantum ad vos attinet, dũ legem apprehendendo illũ abnegatis, rursum crucifigitis. Græci legunt προεγράφη, id est præscriptus & depictus, id est, ante quorum oculos, mẽtis scilicet ac fidei oculos, prædicatiõis pictura ante præscriptus & depictus est Christus, & in vobis crucifixus: quando tam certo persuasi estis, quàm si præsentes astitissetis, vestra illum gratia crucifixum esse.

3. *Ex operibus legis spiritum accepistis an ex auditu fidei*, id est, ex obedientia fidei vel ex fide quam audistis & percepistis. aduertendum autem quid in hunc locum annotat Hieronym. dicens, consideremus diligenter quia non dixerit, volo à vobis discere vtrum ex operibus spiritum accepistis, sed adiecerit ex operibus legis: sciebat enim & Cornelium centurionem spiritum ex operibus accepisse, sed non ex operibus legis quam nescisset. hoc additum volui ob eos qui putant hac & ad Roma. epistola, excludi à iustificatiõe omnia opera: qđ quidem verum est de priore iustificatione, qua ex impio iustificatur homo, iustificatus autem per opera sequentia iuncta fide, plus meretur quàm sola fide.

[17] *Non Abiicio gratiam dei. Si enim per legem iustitia, ergo gratis Christus mortuus est.*

ARGVMENTVM Cap. 3

¶Galatas arguit quòd ab euangelio ad legem defecerint ostendens eius obseruatores maledictioni esse obnoxios, neque per eam adiri cælestem hæreditatem posse, aut iustificationem haberi.

CAP. III.

Insensati Galatæ,[1] quis vos fascinauit non obedire ueritati, ãte quorũ oculos Iesus Christus[2] proscriptus est, & in uobis crucifixus? Hoc solum à uobis uolo discere,[3] Ex operibus legis spiritum accepistis, an ex auditu fidei? [4] Sic stulti estis: vt cũ spiritu cœperitis, nunc carne cõsummemini? [5] Tanta passi estis sine causa? si tamen sine causa. [6] Qui ergo tribuit uobis spiritũ, & operatur uirtutes in uobis: ex operibus legis, an ex auditu fidei? [7] Sicut scriptum est, Abraham credidit deo, & reputatum est illi ad iustitiam, Cognoscite ergo quia[8] qui ex fide sunt, ii sunt filii Abrahæ. [9] Prouidens autem scriptura, quia ex fide iustificat gentes deus, prænuntiauit Abrahæ, Quia benedicentur in te omnes gentes. [10] Igitur qui ex fide sunt: benedicentur cum fideli Abraham. [10] Quicunque enim ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt. Scriptum est enĩ, maledict[9] oĩs qui nõ permãserit in oĩbus quæ scripta sunt ĩ libro le-

Gen. 15. b. Rom. 4. a. Iaco. 2. d.

Gen. 22. Eccl. 44. d

Deu. 27. d.

4. *Sic stulti estis: vt cum spiritu cœperitis, nunc carne consummemini?* id est, vt cum fides vestra à spiritualibus donis & gratijs cœperit, nũc carnalibus ceremonijs legéque carnali consummari & perfici vos posse putetis? Theodor[9] enĩ πνεῦμα, τὴν πνευματικὴν χάριν, καὶ σάρκα, τὴν κατὰ νόμον πολιτείαν interpretatur: id est, spiritum, spiritualem gratiam, & carnem, ritum ex præscripto legis viuendi.

5. *Tanta passi estis sine causa*, id est, tantum ne afflictionum Christi gratia pertulistis frustra? nam frustra, si salua re lex poterat. Verum vt Græci aiũt, ne in desperationem eos iniiciat, subdit: *Si tamẽ sine causa* vel frustra: neque enim frustra, si quidem resipiscere vultis.

6. *Qui ergo tribuit vobis spiritum* sanctũ vel dona ipsius: & operatur, Græcè ἐνεργῶν, id est, cum efficacia operatur in vobis virtutes, id est, vim edendi miracula, ex operibus legis, sub. id facit an ex auditu fidei?

7. *Sicut scriptum est*. supplendum est, vtique ex auditu fidei, sicut scriptum est, Abraham credidit, vel ex operibus id facit an non magis ex auditu fidei? sicut scriptum est.

8. *Qui ex fide sunt*, id est, fideles imitantes Abrahæ fidem.

9. *Prouidens*, id est, longe ante futurum videns.

10. *Quicunque ex operibus legis sunt*, id est, quicunque operibus legis hærent & confidunt, maledicto sunt obnoxii: quia omnia legis opera perficere nõ possunt. scriptũ est enim, Maledictus omnis, &c.

11. *In lege*, id est, per legis opera: Moyses enim in lege non per legẽ iustificatus est, sed per mediatoris fidem.

12. *Lex autem*, id est, non docet Christi fidem sed ceremonias. Sed qui fecerit ea homo, viuet in illis. i. qui legis præcepta seruauerit, mortem euadet, quam transgrediẽtes incurrunt. quòd autem in lege nemo iustificatur, sed vita tantum temporali per eã viuent qui eam seruauerint, hinc manifestũ est, quia scriptura loquens de vita spirituali dicit, Iustus ex fide viuit, non autem ex lege.

13. *Factus pro nobis*, id est, nostram in se maledictionem suscipiens. sed & peccatum dicitur quia nostra in se peccata portauit, vt 2. Corinth. eum qui non nouerat peccatum, pro nobis fecit peccatum, vt iustitia dei efficeremur ĩ ipso, hoc est quod nũc ait, *vt benedictio Abrahæ fieret in gentibus in Christo Iesu*, id est, per Christum gentes benedictionem sibi in Abrahamo promissam perciperent, vt nos, inquit Paulus, *Policitationem spiritus*, id est, promissum spiritum sanctum accipiamus per fidem.

gis, ut faciat ea. Quòd autem[11] *in lege nemo iustificatur apud deum, manifestum est. quia Iustus ex fide uiuit.*[12] *Lex autem non est ex fide: sed qui fecerit ea homo, uiuet in illis.* *Christus nos redemit de maledicto legis,*[13] *factus pro nobis maledictum (quia scriptum est, Maledictus omnis qui pendet in ligno) ut in gentibus benedictio Abrahæ fieret in Christo Iesu: ut pollicitationem spiritus accipiam*[s] *per fidẽ.*[14] *Fratres*

abac. 2.d rom. 1.b. Leui 18.c Deu. 21.d Hie. 9.d

14. *Fratres, &c.* vult ostendere Paulus exemplo Abrahæ nihil opus esse lege ad assequendam Christi benedictionem, fratres, inquit, secundum hominem dico, id est, humana ratione humanóque exemplo docere vos volo. hominis confirmatum testamentum, id est, authoritate corroboratũ nemo spernit. Græcè ἀθετεῖ, id est, spernit, reiicit, atq; irritũ facit: aut superordinat, Græcè ἐπιδιατάσσεται, id est, quidpiam illi adiicit, sic enim Theophylactus ἐπιδιατάσσεται, τουτέστι προστίθησιν, id est, superordinat, hoc est, adiũgit. Abrahę autem & semini eius factæ sunt promissiones de benedictione gẽtium, quod est testamentum à deo ipsi Abrahæ confirmatum & iuramento corroboratum (sicut Genesis 22. dicitur, Per memetipsum iurauí dicit dominus, benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ) hominis autem testamentum nemo infirmare potest, nec illi quidpiam adiicere: multo minus ergo testamentum hoc, id est, promissio Abrahæ facta irritari potest & autiquari, aut illi quidpiam

piam adiici. Lex igitur 430. annos post Abrahæ promissionem lata, testamentum illud, id est, promissam per Christum benedictionem irritum facere non potest, neque abrogare, aut illi quicquam addere: abrogaret autem si ipsa & circunciſione, non Christo & baptismo opus esset ad illam benedictionem assequendam, aut si vnà cum Christo illis opus esset, superadderet aliquid ad hoc testamentum: quod si in testamento hominis fieri non potest, quomodo admittimus in testamento per deũ facto & corroborato? bene ergo ait: *Hoc autem dico testamentum*, hic & hoc, ad testamentum referri non potest, quia Græcè est τοῦτο neutrum, & pro testamentum, διαθήκην fœmineum. sensus ergo est, *Hoc autem dico*, id est, istud autem ipsum asserо, quòd lex quadrĩgẽtos trigita ános lata post promissionem Abrahæ factam, testamentum siue pactum (vtrunque enim significat, διαθήκην) à deo iuramento confirmatum lex irritum non facit, id est, infirmare illud non potest *ad euacuandam promissionem*, id est, adeò vt promissio per illud testamentum facta aboleatur. *Nam si ex lege esset hæreditas*. i. si per legis obseruationem cælestem hæreditatem illam adipisceremur, iam non ex promissione esset illa hæreditas, id est, non in virtute promissionis hæreditatem illam adipisceremur. Abrahæ autem & in eo gẽtibus per repromissionem donauit deus huiusmodi benedictionem, & hæreditatem, non ergo ex lege est hæreditas.

C (*secundum hominem dico*) *tamen hominis confirmatum testamentum nemo spernit, aut superordinat. Abrahæ dictæ sunt promissiones: & semini eius. Non dicit, Et seminibus, quasi in multis: sed quasi in uno, Et semini tuo, qui est Christus. Hoc autem dico: testamentum confirmatum à deo quæ post quadringentos & triginta annos facta est lex, non irritum facit ad euacuandam promissionem. Nam si ex lege hæreditas, iam non ex promissione. Abrahæ autẽ per repromissionẽ donauit deus.*[15] *Quid igitur lex?*[16] *Propter transgressionẽ posita est, donec ueniret semẽ cui promiserat: ordi-*

15. *Quid igitur lex?* id est, quid proderat si benedictionem non conferebat?

16. *Propter transgressionem*. i. vt à peccatis & diuinorum mandatorũ trãsgressione Iudęos coerceat. ꝓpter trãsgressionẽ ergo posita est,

Ordinata, id est, administrata *per angelos*, id est, sacerdotes Moysem & Aaron, siue vt Græci dicunt, verè per ipsos angelos. *In manu*, id est, in virtute & potestate Christi mediatoris: donec veniret semen cui promiserat. hoc enim per parenthesim legendum est. semen autem est Christus, per quem promissum erat benedicendas gentes, bene autem per Christū data lex asseruit, vt ostendat eius esse illam destruere, cuius fuit & constituere.

17. *Si enim data esset lex, &c.* probat his verbis legem nō esse datam aduersus promissiones, nec illis contrariam. Nam si lex viuificare posset vita. s. spirituali, verè ex lege esset iustitia. i. verè lex iustificaret, saluaret, benedictionémque adferret: sed viuificare non potest, ergo nec iustificare, nec benedictionem adferre: non igitur promissionibus est contraria. Esset enim illis cōtraria si ipsap sebenedictionē adferre posset: excluderet enim promissiones, adeoq; illis aduersaret.

18. *Sed conclusit*, i. coartauit lex Mosaica (hoc enim vocat scripturam) continuitq; omnes sub peccato, dum per sui transgressionem peccatores omnes constituit: vt dum promissam benedictionē & iustificationē præstare non potest, *promissio*. i., promissa illa benedictio daretur credentibus ex fide. i. per fidem Iesu Christi.

19. *Priusquā autem veniret fides, &c.* i. manifestaretur Christus, sub lege conclusi custodiebamur. Græcè, ἐφρουρούμεθα. i. lege velut quodā munito præsidio, ne inde egrederemur, continebamur: lex enim veluti vallo, ac munito quodam præsidio Iudæos conclusos tenebat, ne euagarentur, ac mandata transgrederentur. Custodiebamur autem, inquit, conclusi velut illius vallo, *in eam fidem*, id est, vsq; ad fidem Christi, quæ reuelanda erat per Christum.

20. *Pædagogus*. i. ad Christum manuducens, & ad Christum præparans,

nata p angelos in manu mediatoris. *Mediator autem unius non est: deus autem unus est.* Lex ergo aduersus promissa dei? Absit. 17 *Si enim data esset lex quæ posset uiuificare: uerè ex lege esset iustitia.* 18 *Sed conclusit scriptura omnia sub peccato: ut promissio ex fide Iesu Christi, daretur credentibus.* 19 *Prius autem quàm ueniret fides: sub lege custodiebamur conclusi, in eam fidem quæ reuelanda erat. Itaque lex* 20 *pedagogus noster fuit in Christo: ut ex fide iustificemur. At ubi uenit fides, iam non sumus sub pædagogo.* Omnes enim filij dei estis per fidem, quæ est in Christo Iesu. Quicunque enim in Christo baptizati estis, Christū in-

rans, vt fide in eum iustificaremur. Sicut enim pueris assignatur pedagogus, vt lasciuiens ætas refrenetur, & ad maiores disciplinas ac solidiores, per elemētorum traditionem, nunc metu, nunc munusculis præparetur, donec suapte sponte feratur ad illas, & per ætatē adolescentior factus iam monitore pædagogo non indigeat: non sec⁹ olim Iudeis data lex est vice pædagogi. pueri enim erāt crasso ac carnali ingenio, & quale pueris esse solet, spiritualium rerum non admodum capaci, in omne genus concupiscentiarū, pcliues: quapropter velut lasciuienti paruulo tanquam pedagogus data illis lex est, quæ cohiberet illorum concupiscentias, ipsosque in dei timore nunc flagris, nunc tē poralium donorum illectamentis contineret: interim rudibus carnalium obseruātiarum elementis ad solidiorem fidei, ac spiritus disciplinam instituens, ac manuducens. quemadmodū verò iam formata ætate adolescē tior factus puer, vbi magistri ac præceptoris fidei committitur, cædit pædagogi autoritas: ita *vbi venit fides*, vbi magister adfuit Christus, cuius fidei crediti sumus, & in cuius fidem credidimus, *iam non sumus sub pædagogo*, iam legis minas, & tyrannidem euasimus: quinimò non Iudæi tātū, sed vos omnes per fidē Christi, filij dei estis, & in baptismo *Christum induistis*, qui vobis est instar vestis. Quemadmodum enim si quid maculæ est in corpore, ea vestimentis celatur: si exueris, rursum apparet: ita omnes animæ maculas Christus quem per baptismum induimus, tegit & occultat, vt non imputentur: quem si per peccatum exuerimus, rursum apparebunt & imputabuntur.

21. *Non est Iudæus, &c.* i. non refert qua quisque sit cōditione, modò credat: omnes enim credentes vnum sunt in Christo. i. vno eodēq; loco apud eum, quos sine discrimine saluaturus est.

duistis. 21 *Non est Iudæus neq; Græcus, non est seruus neque liber, non est masculus neque fœmina. Omnes enim uos unū estis in Christo Iesu. Si autem uos Christi: ergo semen Abrahæ estis, secundum promissionē hæredes.*

ARGVMENTVM Cap. 4.

¶ *Ostendit legem ad tempus modò datā esse Iudæis, à qua per Christū liberati & in filios adoptati simus: atq; adeo stultè rursus ad eam illos redire. Itaque per illorum in se amicitiā obtestatur, vt se imitētur, nec pseudapostolis credant, qui eos legi rursum subiicere vellent: à qua per figuram Abrahæ nos docet esse liberos.*

1. *Dico autem.* Ostendit per Christum nos à legis imperio fore liberos. Quemadmodum, ait, pater paruulũ, ad quem morte ipsius obuentura est hæreditas, non sinit suo iure agere, sed gubernatorũ & rectorum fidei vsq; ad tempus moderandum tradit, qui perinde ac seruum contineant: ille verò etsi hæres est, & in spe dominus omnium, interim tamen nihil à seruo differt: ita & nos ludęos quũ paruuli essemus sensibus, ac carnalium tantum rerum spectatores, rectoribus ac gubernatoribus tradidit deus moderãdos, ipsis scilicet sacerdotibus, & prophetis sub quibus tanquam serui eramus: vtpote qui timore tantum agebamur ad bonum, *& sub elementis mundi*, id est, carnalibus ceremoniis seruiebamus (de mundo enim dicitur quicquid carnale est.) Sub legis autẽ imperio nos ipsis regendos, non in perpetuũ, sed ad certum præfinitumque tempus & illi soli notum tradidit. *At vbi venit plenitudo temporis*, id est, tempus ab eo statutũ impletum est, misit deus filium suum temporaliter factum, & natũ ex muliere, factumque sub lege (quia legem seruauit circuncisus) vt eos *qui sub lege erant*, id est, lege vincti & obnoxij tenebantur, redimeret: nósque per eum sibi in filios adoptaret: pro eo aũt quod interpres habet tutoribus & actoribus, Græci habent ἐπιτρόπους καὶ οἰκονόμους: quorum vtrumque eum significat, qui à patrefamilias moderandæ domui ac familiæ præficitur.

CAPVT IIII.

D *Ico autem, quanto tẽpore hæres paruulus est, nihil differt à seruo, cũ sit dominus omniũ: sed sub tutoribus & actoribus est usq; ad præfinitũ tẽpus à patre: ita & nos, cùm essemus paruuli, sub elemẽtis mũdi huius eramus seruientes. At ubi uenit plenitudo tẽporis, misit deus filium suum factum ex muliere, factũ sub lege: ut eos qui sub lege erant, redimeret, ut adoptionem filiorum reciperemus. Quoniam autem estis filij dei, misit deus spiritũ filij sui in corda uestra, clamantem abba, pater.* Rom. 8.c.

2. *Clamantem*, id est, clamare facientem. Clamare autem in scriptura non tam pro vocem exaltare sumitur, quàm pro toto animo & vehementi desiderio in deum ferri, etiã si vox nulla præcesserit, sicut dũs ad Moysem nihil antea locutũ ait, Exo. 14. Quid clamas ad me? cui ferè addi solet respõdẽdi verbũ, p exaudiri. Ionę 2. Clamaui in tribulatione mea ad dominũ, & respõdit mihi. i. exaudiuit.

3. *Non*

3. *Non est seruus*, id est, per Christum iam non sumus serui, sed filij, adeóque & hæredes.

4. *Egena elementa*, legem Moysi eiusque inutiles ceremonias ad quę pseudapostoli obseruanda Galatas compellebant, de quibus elemẽtis dicit, *Dies obseruatis*, vtputa dies sabbati, & Neomeniæ, & dies octauarum: *& menses*, sicut primum in quo 14. die phase fiebat, & 7. *tempora*, quia tribus anni vicibus Hierosolymam adoratum veniebãt. *Annos*, scilicet 7. remissionis annum, & 50. iubilei. Hæc omnia Iudæi religiose obseruabant: quod vno tempore statutum erat, nefas existimantes alio fieri. Non sic autem Christiani, inquit Hieronymus, quia in spiritu dies omnes festos, & quoque die verum phase celebrare possumus. Ambrosius cum quo videntur sentire Græca scholia, interpretatur per elemẽta mundi solis & lunæ adorationes: vt dies obseruare dicantur, qui dies fastos ac nefastos superstitiose obseruabãt: mẽses, qui lunationibus, vt ita loquar, tantũ tribuũt. Tẽpora, qui negãt veris initio quicquã fieri oportere. Annos, qui anni initiũ lano bifronti dicant: sed prę stat per egena elementa inutiles legis obseruationes intelligere, quibus subiicere Galatas pseudapostoli Iudæi volebant: neq; enim Iudæi coẽgissent ad idolorum cultum Galatas.

Itaque iam non est seruus, sed filius. Quòd si filius: & hæres per deum. *Sed tunc quidem ignorantes deum, iis qui natura non sunt dij, seruiebatis.* *Nunc autem cùm cognoueritis deum, imò cogniti sitis à deo: quomodo conuertimini iterum ad infirma & egena elementa, quibus denuo seruire uultis? Dies obseruatis, & menses, & tempora, & annos. Timeo uobis, ne sine causa laborauerim in uobis.* Estote sicut ego, *quia & ego sicut uos: fratres obsecro uos. Nihil me læsistis. Scitis autem quòd per infirmitatem carnis euãgelizaui uobis iampridem: &*

5. *Estote sicut & ego.* i. imitamini meipsum qui feruens olim ceremoniarum zelator, nunc per Christum illas negligo. *quia ego sicut vos*, subaudi, aliquando fui legis nimium studiosus.

6. *Per infirmitatem carnis*, id est, in corporalibus afflictionibus: in quibus assiduus erat ob persequentes aduersarios: & ita Græci exponunt. Hieronymus ad Galatas exponit, Euãgelizaui vobis per infirmitatẽ carnis, scilicet vestrę. i., put infirmitas vestra ferre poterat, non de altioribus mysteriis, sed quatenus ferre valebatis.

7. *Tenta*

7. *Tentationem uestram.* Græci legunt pro vestram μου. i. meam, & vocant tentationem Pauli afflictiones, vincula, plagas, & incarcerationes quas in carne sustinebat, quam, inquit, tentationem non spreuistis. i. nequaquam me ob huiusmodi afflictiones expulistis: sed velut angelum dei excepistis. Græci habent τὸν πειρασμὸν τὸν ἐν τῇ σαρκί μου .i. tentationem meam quæ est in carne mea, scilicet afflictiões quas in carne mea fero. Hier. & Ambro. legunt vestram pro vestri passiuè. i. cùm ego virium vestrarum periculum faciens, vósq; tentans, humiliter vobis abiecta & humilia prædicarẽ, hanc vestri tẽtationem, hoc viriũ vestrarum experimentũ non spreuistis. i. non me ob huiusmodi quandam vestri diffidentiã expulistis. Vestrã ergo tẽtationem in carne mea non spreuistis. i. q̃ ego vos in carne constitutus tẽtaui & periculũ viriũ vestrarum feci, non iniquè accepistis, neque me ob id spreuistis.

7 tentationem uestram in carne mea non spreuistis, neq; respuistis, sed sicut angelum dei accepistis me, sicut Christum Iesum. 8 *Vbi est ergo beatitudo uestra? Testimoniũ enim phibeo uobis, quia si fieri posset, oculos uestros eruissetis, & dedissetis mihi. Ergo inimicus uobis factus sum, uerũ dicens uobis?* A *emulantur uos non bene: sed excludere uos uolũt, ut illos æmulemini.* 10 *Bonum autem æmulamini in bono semper: &*

8. *Vbi est beatitudo uestra?* Græci habent, Τίς οὖν ἦν ὁ μακαρισμὸς ὑμῶν, i. quæ erat beatificatio vestra? quod Græca scholia explicant. primum, non interrogatiuè sed admiratiuè: quæ igitur & quanta erat vestra beatitudo à qua excidistis? alio modo exponunt, quę erat beatificatio illa qua me beatum prædicabatis? quóve illa iam abiit? nunc contrà, quia vos increpo, odiosus sum vobis: & hic mihi videtur sensus magis quadrare præcedentibus & sequentibus: premisit eñ, *excepistis me vt angelum dei, imò vt Christũ Iesum:* qd ὑπερβολικῶς intelligere oportet: Vbi est igitur beatificatio vestra. i. laudes quibus me beare solebatis? Testimonium enim perhibeo, quia etiam in mei gratiam oculos vestros eruissetis.

9. *A emulantur vos non bene.* i. fingũt se vestri ardere desiderio, sed nõ bono. *volunt enim vos excludere,* id est, à fide abducere ad legem, vt illos æmulemini in legalium obseruatione.

10. *Bonum autẽ æmulamini in bono semper.* noster interpres legit καλὸν ζηλοῦσθε, Græci legũt καλὸν δὲ ζηλοῦσθαι ἐν καλῷ. i. bonũ est æmulari semp in bono. i. bonũ est semp studio affici in rẽ bonã. quod aũt habet interpres *bonum æmulamini semper in bono,* potest ad rem bonã, & bonum præceptorem referri, quia prædixerat, volunt vos excludere vt illos æmulemini: bonum autem præceptorem æmulamini in re bona semper, non tantũ in præsentia mea, sed in absentia etiã.

nõ tãtũ cùm præsens sum apud uos. 11 *Filioli mei, quos iterũ parturio, donec formetur Christ*[9] *in uobis.* 11 *Vellẽ autẽ esse apud uos modo, & mutare uocẽ meã: quoniã*[12] *cõfundor in uobis. Dicite mihi q̃ sub lege uultis esse, legem nõ legistis? Scriptũ est enim, Quoniã*[13] *Abrahã duos filios habuit: unũ de ancilla, & unũ de libera. Sed qui de ancilla, secundum carnẽ natus est: qui autẽ de libera,*

11. *Vellem autẽ esse.* aut Græcè τὸ δέ, & Latinè *autẽ* superfluit, vt sæpe fit: aut præcedens præpositio filioli mei, &c. propter affectionem animi mansit ecliptica.

12. *Confundor in vobis.* Græcè ἀπορῶ μαι. i. dubi[9] sum animi, nescio qd dictur[9] sim de vobis. ita Cyrillus exponit.

13. *Abraham, &c.* veteris ac nouæ legis, Iudæorumq; & Christianorũ, ex ipsis Abrahæ vxoribus & filiis per allegoriam intellectis, discrimẽ aperit. Est autem allegoria, cũ manẽte historię veritate aliud verbis, aliud sensu prętẽditur. Abrahã ergo, inqt, duos habuit filios, scilicet Ismael de Agar ancilla, & Isaac de libera Sarra. Ismael autẽ *secũdũ carnẽ.* i. naturalẽ generationẽ de iuuene & fœcũda, Isaac verò præter naturę ordinẽ ex nonagenaria, & iã effœta Sarra diuinæ promissionis virtute natus est: per quos cũ matribus duo testamenta significãtur, duæq; leges, ac duo populi. vnũ testamẽtũ, scilicet vet[9], lex est Moysi in monte Sinai vel Sinai data, quę dicit Paulo *in seruitutẽ generans,* quia Iudæi nõ ingenuo amore, sed seruili timore legẽ perficerent. Legẽ ergo veterem Agar præfigurabat, Iudeos Ismael. Videbatur additurus Paulus, alterũ testamentũ est in mõte Sion in libertatẽ generãs, sed istud ob sequẽs hyperbatũ oblitus est iisdem verbis addere, quanquã in sententia subiunxit: Sarra autem libera legẽ euangelicã præfigurat, & Isaac Christianos liberos per Christum à seruitute Mosaica. Quemadmodum autẽ Ismael natu grandior, fratrem Isaac persequebatur: ita & Iudæi in cultu dei maiores natu Christianos persequebantur. vnde sicut Ismael abiectus est, & hæreditate spoliatus: ita Iudæi, quia legem neglecto euangelio retinẽr, electi sunt, & cælesti hæreditate abdicati. Nos ergo qui sumus Sarræ liberæ, & ecclesiæ filij, non debemus nos seruituti legis subiicere. Hæc de allegoria, nunc connectenda lectio.

14. Hæc

Gen. 16. d. D

Gen. 21. a.

14. *Hæc enim sunt duo, &c.* Interpres legit αὗται, id est, hæc: Græci habent αὐταὶ, id est, hæ duæ, scilicet, Agar & Sarra sunt duo testamenta, id est, significant & figurant nobis duo testamenta.

15. *Vnum quidē in monte Sina.* Interpres legit ἀπ' ὄρους, id est, in monte: Græci nunc habent ἀπ' ὄρους, id est, à monte. vnum scilicet testamentum profectū est à mōte Sina vbi latū est, & ipsum in seruitutem generās. *Quæ est Agar*, id est, quę figuratur per Agar. vbi τὸ quæ referri potest ad τὸ seruitutem, vel ad τὸ διαθήκην, id est, testamentum. hoc modo quæ seruitus est Agar, si referatur ad διαθήκην, sensus est, qđ testamentū est Agar, id est, ꝑ Agar significatur. Et hoc modo relatiuum quæ, quod refert testamentū, iungitur cum fœminino Agar.

16. *Sina enim.* Græci habent ὄρος ἀγὰρ σινᾶ, asseruntque interpretes Sina montē Arabiæ Arabicè dici Agar, qui mons, inquit, cōiunctus est ei, quæ nunc est Hierusalem. Quod verò ait quæ nunc est, id est, vocatur Hierusalem, hoc ait quia olim Iebus & Salem dicta est. Cum autem Hierusalem & Sina, longissimè distent, Gręci interpretantur coniunctus, non vicinitate locorum. sed similitudine, quia sicut in Sina lata lex est Mosaica, ita Hierosolymis in mōte Sion lex euangelica.

17. *Quæ sursum est Hierusalem.* Quidam interpretantur ecclesiā triumphantem, alij militantem, quæ *sursum* esse dicitur, quia nō terrenis & carnalibus ducitur, vt synagoga: sed supernis & cælestibus bonis, quæ, inquit, est mater nostra, licet olim sterilis, nunc tamen multorum filiorum parens, cuius fœcunditatem esse ab Esaia prædictā asserit, dicente: Lætare sterilis, &c.

18. *Desertæ.* desertam vocat ecclesiam & congregationē gentium, quæ viro suo, deo scilicet, repudiato, fornicabatur cum idolis: hæc tum sterilis erat, nullos gignens spirituales filios, vbi autem Christo adhæ-

per repromissionem, quæ sunt per allegoriam dicta. 14 *Hæc enim sunt duo testamenta.* 15 *Vnum quidem in monte Sina, in seruitutem generans: quæ est Agar* (16 *Sina enim, mons est in Arabia, qui coniunctus est ei, quæ nunc est Hierusalem*) *& seruit cum filiis suis. Illa autem* 17 *quæ sursum est Hierusalem, libera est, quæ est mater nostra. Scriptum est enim: Lætare sterilis, quæ non paris, erumpe & clama, quæ non parturis, quia multi filij* 18 *desertæ, magis quàm eius quæ habet uirum. Nos autem fratres,* 19 *secundum Isaac promissionis filij sumus. Sed quemadmodum tunc is qui secūdum carnem natus fuerat, persequebatur eum qui secundum spiritum, ita & nunc. Sed quid dicit scriptura? Eiice ancillam & filium eius. non enim hæres erit filius ancillæ cum filio liberæ. Itaque fratres, non sumus ancillæ filij, sed liberæ:* 20 *qua libertate Christus nos liberauit.*

Esa. 54.a. Luc. 23.d. Ro. 9.b. Gen. 21.a.

adhæsit, quē Synagoga repudiauit, facta est multorū filiorū mater.

19. *Secundum Isaac promissionis filii sumus*, id est, ad Isaac imitationē. sicut enim ille præter ordinē naturæ in vim promissionis ipsi Abrahamo factæ natus est, ita nos fidē & obedientiā patris & filij Isaac imitantes, in vim promissionis factæ Abrahamo de benedicēdis in semine Christo gentibus, promissionis filij spirituales per fidem facti sumus.

20. *Qua libertate.* Græci cō iūctim legunt initiū sequētis capitis, State, vt sit sensus, State ī ea libertate, qua vos Christus liberauit, & no lite sub iugo seruitutis legalis contineri & coërceri.

1. *State, & nolite iterum iugo seruitutis contineri.* pro *state* Græcè est στήκετε, qđ significat firmi estote, & posthac in fide ne vacillate, pro contineri autem, codices quidā Gręci habēt ἐνέχεσθε, quod verti potest ne immisceami ni néve implicemini iugo seruitutis scilicet legalis, qa ἐνέχειν miscere significat: aut potius ne obnoxij sitis iugo seruitutis legalis: est enim ἐνέχομαι, reus & obnoxiꝰ fio, nolite ergo vos reos constituere rursum seruitutis legalis, iugum apprehendēdo: alij codices vt Veronensis & Dionysianus, habent ἀνέχεσθε. quum autem ἀνέχομαι significat idem quod ἀναβαστάζω, id est, baiulare, magis hoc loco videtur quadrare μὴ πάλιν ζύγῳ δουλείας ἀνέχεσθε, id est, ne rursum iugo seruitutis grauemini.

2. *Ecce ego Paulus.* Græci exponunt, nolite alias rationes quærere, mea Pauli pro omni ratione satis est autoritas, dico ergo vobis ꝙ si cir-

ARGVMENTVM Cap. 5.

¶ A circuncisione Galatas auertit, ostendens non posse eam stare cū Christo: & interim pseudapostolis imprecatus, & Galatas ad charitatem hortatus, in manifestatione fructuū carnis & spiritus caput concludit.

CAPVT V.

A

1 State, & nolite iterum iugo seruitutis cōtineri. 2 Ecce ego Paulus dico uobis, quoniam si circuncidamini,

si circuncidimini, id est, si circuncisionem apprehenditis & per eam saluatum vos iri putatis, *Christus nihil vobis proderit*, quem spernitis velut saluandi impotem.

3. *Debitor est vniuersæ legis faciendæ.* Hoc ait vt eos deterreat à circuncisione, quia cùm infinita essent legis onera: qui caput legis circuncisionem rursum apprehendere cupit, ostendit legẽ nondum sibi esse mortuam, seque vniuersę legi peragendæ obnoxium.

4. *Euacuati estis*, id est, excidistis à Christo, qui in lege iustificamini, id est, iustificari quæritis, sic enim Græci exponũt. pro euacuati estis, Græcè est κατηργήθητε, id est, soluti estis à Christo, & christũ frustrà apphẽdistis.

5. *Spiritu*, nõ carnalibus ceremoniis.

6. *Fides quæ per charitatẽ operatur.* Hic Græca scholia: nõ sufficit solum Christum credere, sed oportet efficacẽ esse hãc fidẽ & in opera exire.

7. *Nemini consenseritis*, hoc Græci nõ habent, est autem sensus, Nemini consenseritis, nec credideritis quantum ad fidem attinet, alteri quàm mihi.

8. *Persuasio hæc.* i. Christus, qui vos ad fidem vocauit, nequaquam vobis persuasit, vt circunci-deremini.

Christus uobis nihil proderit. Testificor autem rursus omni homini circuncidenti se, quoniam [3] *debitor est uniuersæ legis faciendæ.* [4] *Euacuati estis à Christo, qui in lege iustificamini: à gratia excidistis. Nos enĩ* [5] *spiritu ex fide spem iustitiæ expectamus. Nam in Christo Iesu, neque* B *circuncisio aliquid ualet, neque præputium: sed* [6] *fides quæ per charitatem operatur. Currebatis bene: quis uos impediuit ueritati non obedire?* [7] *Nemini consenseritis.* [8] *Persuasio hæc nõ est ex eo, qui uocat uos.* [9] *Modicum fermentum, totam massam* 1.Co. 5.b. *corrumpit. Ego confido in uobis in domino, quòd nihil aliud sapietis. qui autẽ conturbat uos: portabit iudicium, quicunque est ille. Ego autem fratres, si* [10] *circuncisionem adhuc prædico: quid adhuc persecutionem patior?* [11] *Ergo euacuatum est scandalum crucis? Vtinam* C *& abscindãtur, qui uos cõturbãt. Vos enim in libertatẽ uocati estis fratres: tantũ* [12] *ne libertatẽ in occasionẽ detis carnis, sed per charitatẽ spirit*[9] *seruite inuicẽ. Oĩs enim* Leui. 19.d *lex in uno sermone impletur, Diliges* Matt. 22.d. *proximũ tuũ sicut teipsum. Quòd* Mar. 12.c. *si inuicẽ* [13] *mordetis & comeditis:* Rom. 13.c. *uidete ne ab inuicẽ cõsumamini. Dico autẽ in Christo: spiritu ambula-* Iaco. 2.b. *te, & desideria carnis nõ pficietis.* Rom. 13.d. *Caro enim cõcupiscit aduersus spiritũ: spiritus autẽ aduersus carnem.* 1.Pe. 2.c. *hæc enim sibi inuicẽ aduersantur: ut nõ quæcũque uultis, illa faciatis. Quòd si spiritu ducimini, nõ estis sub* D *lege. Manifesta sunt autẽ opera carnis, quæ sunt* [14] *fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorũ seruitus, ueneficia, inimicitiæ, cõtentiones, æmulatiões, iræ, rixæ, dissentiones, sectæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates, comessationes & hismodi lia, quæ prædico uobis sicut prædixi: quoniã qui talia agũt, regnũ dei nõ cõsequẽtur. Fructus autẽ spiritus est: charitas, gaudiũ, pax, patientia, lõganimitas, bonitas, benignitas, mãsuetudo, fides, modestia, cõtinentia, castitas.* [15] *Aduersus huiusmodi, nõ est lex. Qui autẽ sunt Christi: carnẽ suã crucifixerũt cũ uitijs & cõcupi-*

9. *Modicum fermentum*, id est, peruersa doctrina etiam modica, aut vt Hieronymus exponit, pauci impostores & hæretici totam massam & congregationem vestram inficere possunt.

10. *Circuncisionem, &c.* Persuadebant pseudapostoli Galatis circuncisionis necessitatem, Paulumque circuncisionem adhuc prædicare, quam opinionem tollens, si circũcisionem, inquit, prædico, quid adhuc

adhuc persecutionẽ patior à Iudæis, quibus vtiq; gratus essem, si illam prædicarem?

11. *Ergo euacuatum est, &c.* i. si circuncisionẽ prædico, iam desinit esse scandalo Iudæis crucis prædicatio: ob quam tantũ offendebãtur, quia circuncisionẽ tolleret: sed adhuc offenduntur crucis prædicatione, non ergo circuncisionem prædico.

12. *Ne libertatem.* i. nolite libertatem spiritus trahere in occasionem & argumẽtum carnis. i. carnalium concupiscentiarum sectandarum.

13. *Mordetis & comeditis.* i. graues inimicitias exercetis.

14. *Fornicatio.* Hic Græci addũt μοιχεία. i. adulterium, deinde πορνεία, id est, fornicatio: vnde intelligere oportet contra multos hodie illam permittentes, & adolescẽtulas charitatis prętextu seducentes, non adulterium modo, sed fornicationem à Paulo inhiberi.

15. *Aduersus huiusmodi.* idem sensus huius loci, qui & illius, Iusto nõ est lex posita, id est, si omnes iusti essent, ac secundũ spiritũ viuerent, nulla opus esset lege vetãte, & vt Græca scholia explicãt, qui quod rectũ est, agit: monitore ac pedagogo, lege opus non habet, quippe qua superior est.

1. *Si præ-*

1. *Si præoccupatus fuerit homo.* Græcè est προλημφθῆ, & quũ προλαμβάνομαι significet etiam opinione præsumo & existimo, mihi videtur Græcorum hic esse posse sensus: Si quis opinione præsumitur & existimatur esse in aliquo delicto, nolite statim illum vel traducere vel acriter nimis obiurgare, vos qui spirituales estis: *sed huiusmodi instruite in spiritu lenitatis.* vbi pro instruite Græcè est καταρτίζετε, & quum καταρτίζω, significet homi nem animo perturbato cõponere, ac sibi restituere: potest esse sensus: si quis præoccupatus est & antequam cauere posset, in delicto inuẽtus est & deprehẽsus: nolite acrius obiurgare, sed potius in spiritu lenitatis illũ componite, ne acrius obiurgatus mentem animumque desponde at, *Considerans teipsum,* hic solœcismus est, instruite considerans, pro considerãtes vosmetipsos, nam Græcè participium singulare est, scilicet σκοπῶν, cum verbo plurali, vnde se verè Paulus fatetur imperitũ sermone.

2. *Opus autem suum probet,* id est, vitam ipse suã scrutetur, nec anxiè disquirat de aliena: & sic, si nõ reprehenderit eũ cor eius, de seipso gloriari poterit apud deum, & non in altero gloriam habebit. Græcè εἰς ἕτερον, id est, aduersus alterum, sicut Pharisæus gloriabatur, dicens, non sum sicut cæteri hominum, raptores, adulteri, velut etiam hic publicanus.

scentiis. Si spiritu uiuimus, spiritu & ambulemus. Nõ efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicẽ prouocantes, inuicem inuidentes.

ARGVMENTVM *Cap. 6.*

¶ *Galatas hortatur vt se inuicẽ ferant, & bonis operibus vacent. Deinde pseudapostolos gloriam tantum humanam ex eorum circumcisione, ostendit quærere, se verò tãtum in Christo gloriari, cuius gratiã Galatis precatus, epistolam claudit.*

CAPVT VI.

FRatres, & [1] *si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto: uos qui spirituales estis huiusmodi instruite in spiritu lenitatis, cõsiderãs teipsum: ne & tu tẽteris. Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legẽ Christi. Nam si quis existimat se aliquid esse cùm nihil sit: ipse se seducit.* [2] *Opus autẽ suum probet unusquisque, & sic in semetipso tantum gloriã habebit, et nõ in altero. Vnusquisque enim onus suum portabit.*

3. *Communicet, &c,* id est, qui per prędicationem fidei mysteria docetur, *communicet in omnibus bonis,* id est, de suis facultatibus elargiatur ei, qui se catechizat, id est, instruit.

4. *Nolite errare.* arguit eos qui falsò paupertatẽ pretendebãt, ne doctores suos alerent. Nolite, inquit, errare, nouit deus vestras facultates, neq; irridetur, id est, tã quam deceptus ludibrio haberi potest. Hic enim Græci irrideri pro falli sumunt.

5. *Qui seminat, &c.* i. qui carnalia tantũ seminat, suisque cõcupiscentiis seruit, de his *corruptionẽ metet.* i. mortẽ æternã reportabit. Qui autẽ in spiritu seminauerit. i. spiritualia bona fecerit, de his vitam æternam metet.

6. *Nõ deficiamus.* Græcè μὴ ἐκκακῶμεν. i. ne desides simus neque defatigemur in benefaciendo.

7. *Quicunque enim volunt placere,* Iudeis scilicet, *in carne.* i. per carnalem circuncisionem, quam prædicãt, & per vestrã circuncisionẽ, hi vos cogunt circuncidi: nõ q̃ in circũcisione virtutẽ esse putent, neq; q̃ legis sint zelatores, sed tantũ ne circuncisionẽ destruẽdo, persecutiones patiantur, quas crucem & euangelium prædicantibus Iudæi inferunt.

8. *In carne vestra.* i. carnaliter de vobis tanq̃ sibi acquisitis discipulis glorientur.

9. *Noua creatura.* i. anima, fide, ad baptismo renouata, in nouitate vitæ ambulans, se-

[3] *Cõmunicet autẽ is qui catechizatur uerbo, ei qui se catechizat in omnibus bonis.* [4] *Nolite errare. Deus nõ irridetur. Quæ enim seminauerit homo, hæc & metet. Quoniam* [5] *qui seminat in carne sua, de carne & metet corruptionem: qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet uitam æternam. Bonum autem facientes,* [6] *non deficiamus: tempore enim suo metemus non deficientes. Ergo dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maximè autẽ ad domesticos fidei. Videte qualibus literis scripsi uobis mea manu.* [7] *Quicunque enim uolunt placere in carne: hi cogunt uos circuncidi, tantũ ut crucis Christi persecutionem non patiantur. Neque enim qui circunciduntur, legẽ custodiũt: sed uolunt uos circuncidi, ut* [8] *in carne uestra gloriẽtur. Mihi autẽ absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi. Per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. In Christo enim Iesu, neque circuncisio aliquid ualet, neque præputiũ: sed* [9] *noua creatura. Et quicunq;*

C 2. Th. 3. c.

D

1. Co. 3. b.

cundum ſpiritū non in vetu ſtate literæ ſecundū carnē.
10. *Hanc regulam.*i. hunc vi uendi modū, vt in nouitate vitę ſecūdū Chriſtū ābulēt, &c. & in eo ſolo glorietur.
11. *Super Iſrael dei.*i. veros Chriſtianos, neq; enim oēs qui ex Iſrael ſunt, hi ſunt Iſraelitæ. Rom. 9.

10 *hanc regulam ſecuti fuerint: pax ſuper illos & miſericordia, &* 11 *ſuper Iſrael dei. De cætero,* 12 *nemo mihi moleſtus ſit. Ego enim ſtigmata domini Ieſu, in corpore meo porto. Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti cum ſpiritu veſtro fratres. Amen.*

12. *Nemo mihi moleſtus ſit.*i. nemo mihi moleſtiam adferat, & hypocriſeos inſimulet, aut leuitatis, q̄ circunciſionē nunc tollo, nūc prędico. *Ego enim ſtigmata domini Ieſu.*i. plagas, verbera, & afflictiones, ob prædicationem illius, & circuncisionis ſublationem in corpore meo porto: ſic enim Photius Græcus exponit.

¶ *Argumentum epiſtolæ ad Epheſios.*

Epheſus Aſiæ minoris metropolis eſt, vbi Paulus egregiā nauauit in Euangelio operam triennium apud illos verſatus: quin & ibi ſeditione facta periclitatus eſt. Huius incolas, cum in fide perſtitiſſent, hortatur hac epiſtola Paulus, vt quā cœperunt pergant, de arduis myſteriis, ſubobſcurè tamē cum illis diſſerens, ac demum cuique ætati & hominum conditioni rectè viuendi modum præſcribens. Scripta eſt ab vrbe Roma per Tychicū diaconū.

EPISTOLA DIVI PAVLI APOSTOLI ad Epheſios.

ARGVMENTVM Cap. I.

¶ *Præpoſita ſalutatione recenſet catalogū beneficiorū dei & patris erga Epheſios, quibus obiter bene precatur congratulans fidei illorum. deinde dignitatem hominis à Chriſto aſſumpti manifeſtat.*

CAPVT I.

PAulus apoſtolus Ieſu Chriſti per uoluntatē dei oībus ſanctis qui ſunt Epheſi, & fidelib⁹ in Chriſto Ieſu, gratia uobis & pax à deo patre noſtro et domino Ieſu Chriſto. Benedictus deus & pater domini noſtri Ieſu Chriſti: [1] q̄ benedixit nos in omni bene-

1. *Qui benedixit nos.*i. qui nos per Chriſtū abūdē cumulauit omnibus bonis ſpiritualibus & cęleſtib⁹, quę nobis in cęlo repoſuit: ſicut Iudęorū benedictio in terrenis bonis erat. nam quod ad hoīes attinet, benedicere deo, laudare eſt. Vnde paulò antè dixit, *Benedictus deus.*i. laude dignus, benedicere autem dei hoībus, eſt illis benefacere. vnde quod interpres vertit, *in omni benedictione ſpirituali*, nos in paraphraſi, in omni bonorū ſpiritualiū largitate: ruſum quod ait *in cęleſtibus*, intelligit bona olim nobis in cęlo repoſita: nūc enim bonis ſpiritualibus gratia ſcilicet, ac reliquis ſpiritus ſancti donis nos muneratur, & poſt mortē, ſi quidē iis rectè vſi fuerimus, gloriam in cęlo largitur.

benedictiōe ſpirituali in cęleſtibus in Chriſto: ſicut elegit noſ ipſo ante mūdi cōſtitutionē, 2 *ut eſſem.us ſancti & immaculati in cōſpectu eius in charitate.* 3 *qui prædeſtinauit nos in* B *adoptionē filiorū p Ieſum Chriſtū in ipſum, ſecundū propoſitū uolūtatis ſuæ, in laudē gloriæ gratiæ ſuæ, in qua gratificauit nos in dilecto filio ſuo, in quo habemus redēptionē per ſanguinē eius, remiſſionem peccatorū: ſecūdū diuitias gratiæ eius, quæ ſuperabūdauit in nobis in omni ſapiētia & prudētia,* 4 *ut notū faceret nobis ſacramentū uolūtatis ſuæ, ſecūdū beneplacitū eius, quod propoſuit in eo in diſpēſatione plenitudinis temporū, inſtaurare omnia in*

2. *Vt eſſemus ſancti & immaculati*, aut magis inculpati, nā Græcè eſt ἀμώμους, quod ſignificat inculpatos & irreprehenſibiles, *in conſpectu eius*, id eſt, non modò coram hominibus, qui de facie iudicant, ſed coram deo, qui cor ītuetur, *In charitate*, referendum eſt iſtud ad id quod præceſſit, *elegit nos*, in charitate. Græcè ἐν ἀγάπῃ, id eſt, in dilectione, ſiue pro ſua in nos dilectione.

3. *Qui prædeſtinauit*, id eſt, q̄ iuxta æternam prædeſtinationem ſibi nos per Ieſum Chriſtum adoptauit in filios: nā quod interpres vertit in ipſum, pro quo quidā Græci habent εἰς αὐτὸν reciprocè, quodque Eraſmus vertit in ſeſe, mihi referendum videtur non ad prædeſtinandi verbum, ſed adoptionis, quaſi prædeſtinauit vt ſibi in filios adoptaret: neq; enim admodū quadrat in ſeſe, vtrocunq; referas. prędeſtinauit autem *in laudem gloriæ gratiæ ſuæ*, id eſt, vt laudaremus & glorioſam prædicaremus gratiam ſuam, qua nos ſibi gratos effecit in Chriſto, in quo habemus redemptionem per ſanguinem ipſius, ipſam videlicet peccatorum remiſſionem.

4. *Vt notum faceret.* ſuperabundauit, inquit, gratia in nobis, adeò vt notum faceret nobis ſacramentū & myſteriū voluntatis ſuæ, ſecundū beneplacitū ſuū, quod propoſuerat cōplere (vt Græci ſubaudiūt) in eo. i. per Chriſtū. ſacramentum inquā, quod eſt inſtaurare omnia *in Chriſto cæleſtia & terreſtria*, i. omnes homines & angelos vnire

& coniungere & ad Christū tanq̃ vnū caput redigere, *in dispensatione plenitudinis temporū*.i.quū tempus ad id à patre destinatū cōpletū esset.p eo autē quod interpres habet instaurare, Græci legūt ἀνακεφαλαιώσασθαι, quod significat summatim colligere. Dei filius autē ante incarnationē nondū erat caput nostrū, quia nō haberet eandē cū mēbris humanā naturā.

5. *Sorte vocati sumus.* Græcè ἐκληρώθημεν, id est, in sortē & hęreditatē asciti sum⁹.

6. *In laudē gloriæ, &c.* id est, vt simus argumentum & occasio laudādi & glorificādi dei de nostra conuersione.

7. *In quo et vos*, sub. speraſtis.

8. *Signati estis spiritu, &c.* Græcè pro signati estis, est ἐσφραγίσθητε .i. obsignati & sigillati estis. sicut enim hic exponūt Græca scholia, vt suos agnoscęret, ac notabiles redderet, spiritu sancto obsignauit deus, quādo velut sigillū diuinę adoptionis spiritus sancti gratiā illis infudit, qui quidē spiritus sanctus est pignus hæreditatis nostræ *in redemptionem acquisitionis*.i. velut pign⁹ quo certi ac securi sumus nos populum suum sibi acquisitū redemptū iri, nos enim dei acquisitio sumus & possessio, vt hic Photius ait περιποίησιν ἡμᾶς καλεῖ, δέλει τὸ περιποιήσασθαι ἡμᾶς ἐν θεόν. i. acquisitionē nos vocat, q̃ sibi nos deus acq̃sierit & cōparārit, dēde ὁ ἂν ἀρραβὼν φησι τὴ πρὸς ἕτερόν ἐστι, ἕτερ ἀπολυτρώσασθαι τῶ περιποίησιν αὐτ .i. arrabo est igitur & pignus ad hoc videlicet vt possessionem suam redimeret. *In laudem gloriæ ipsius*, id est, vt inde laudetur ipse & glorificetur.

9. *Gratias agēs*.i. gratias agere. Græci enī pticipiis p infinitiuis vtūt.

10. *Vt deus domini nostri Iesu Christi, &c.* possem⁹ hic interpretari pater gloriæ.i. à quo omnis in hoīes gloria manat, vt Græci vidētur exponere: mihi autē videtur esse Hebraismus, vt deus gloriæ, deus glorioſus dicatur, atq; ita sit sensus, vt deus glorioſus domini nostri Iesu Christi pater, det vobis spiritū, & det vobis illuminatos oculos cordis vestri.i. cordis oculos illustret, vt sciatis quę sit spes vocationis eius.i. ad quā vos vocauit, quidq; ab eo vocati sperare debeāt, *& quæ diuitiæ*.i. q̃ glorioſam & opulētā hęre ditatē habituri sunt sancti.

11. *Quæ sit supereminens*.i. q̃ excellentē virtutis suæ magnitudinē in nos q nūc credimus ostenderit, qua nos scilicet (vt Græci de Pauli persona exponūt) tam ferinis moribus & Christiani sanguinis sitibūdos, in Christi fidem adduxit & cęlestia philosophari fecit. *Secūdum operationē potētiæ virtutis ei⁹, quam operatus est in Christo*.i. iuxta Photium (si τὸ *secundum operationem* referatur ad *credimus*) per eam virtutem & efficacem potentiam, qua Christum suscitauit à mortuis, quod scilicet Christi resurrectio à morte corporali causa extiterit resurrectionis nostræ spiritualis, quodque in ipsum credidimus. Si verò refertur ad τὸ *supereminens magnitudo*, tunc κατὰ pro καθάπερ, sumitur: & sensus est, vt sciatis quàm sit excellens magnitudo virtutis eius, qua credimus. *Secundum operationem*, id est quæ non est dissimilis neque inferior illa potēte & efficaci virtute, quā operatus est deus in Christo: quòd scilicet non minoris sit, potentiæ infideles à morte spiritali, quàm Christum à morte corporali suscitare. Quum autem infirmitatis & mortis Christi meminisset Paulus, statim ad sublimia transuolat, dicens eum sedere *ad dexteram patris*, id est in eadem æqualitate cum patre, & præfectum super omnem principatum, potestatem, virtutem, & dominationem, per quæ intelliguntur angelorum ordines: & quoniam omnium angelorum officia nemo nouit, nec nominare potest, subdit, *& super omne nomen quod nominatur*, non hic tantum, sed in futuro seculo, id est, & si quod est aliud spirituum cælestium nomē aut officium no-

Christo, quæ in cælis & quæ in terra sunt in ipso. In quo etiā & nos [5] *sorte uocati sum⁹, prædestinati secundū propositū eius, qui operatur oīa secundū consiliū uoluntatis suæ: ut simus* [6] *in laudē gloriæ eius, nos qui ante speraūimus in Christo,* [7] *in quo et uos, cùm audissetis uerbū ueritatis, euāgelium salutis uestræ, in quo & credētes* [8] *signati estis spiritu pmißionis sancto, qui est pignus hæreditatis nostræ ī redēptionē acq̃sitionis, ī laudē gloriæ ipsius. Propterea & ego audiēs fidē uestram, quæ est in Christo Iesu, et dilectionē in oēs sanctos: nō cessо* [9] *gratias agēs pro uobis, memoriā uestri faciēs in orationibus meis,* [10] *ut deus domini nostri Iesu Christi pater gloriæ, det uobis spiritū sapiētiæ & reuelationis, in agnitionem eius, illuminatos oculos cordis uestri, ut sciatis quæ sit spes uocationis ei⁹, et quæ diuitiæ gloriæ hæreditatis ei⁹ ī sanctis, &* [11] *quæ sit supemīnēs magnitudo uirtutis ei⁹, ī nos q credim⁹ secūdū operationē potētiæ uirtutis ei⁹, quā operat⁹ est ī Christo, suscitās illū à mortuis, et cōstituēs ad dexterā suā ī cœlestib⁹, supra oēm principatū & potestatē & uirtutē et dominationē, & omne nomē q̃ noīatur nō solū ī hoc seculo, sed etiā in futuro. Et oīa subiecit sub pedibus eius: & ipsum*

Psal. 8.c.

bis ignotum, olim autem in gloria reuelãdum. potest etiam principatus & dominationis nomine quæcunque potestas intelligi. quod verò sequitur, *& omne nomen*, potest intelligi pro quauis dignitate, sicut latini dicunt, magni nominis hominem, quem etiam ἀπὸ τοῦ ὀνόματος, id est à nomine, Græci ὀνομαστὸν vocant, id est, clarum & celebrem. Græci exponunt supra omne nomen, supra omne quod dici nominarive potest.

dedit[12] *caput supra omnẽ ecclesiã, quæ est corpus ipsius, & plenitudo ei*[9],[13] *qui oĩa in omnib*[9] *adimpletur.*

12. *Caput supra, &c.* Græci legunt, dedit illum caput ecclesiæ super omnia, & tunc sensus est, ℘ super omnia visibilia aut inuisibilia præfecit illum ecclesiæ suæ caput, aut quòd supra omnia bona quæ contingere nobis possunt, & tanquam summum bonum ecclesiæ illum præfecit in caput, quæ quidem ecclesia, inquit, est corpus eius *& plenitudo eius*, id est, complementum. Caput enim, inquit Oecumenius, corpore completur & perficitur, & ipsum etiam corpus capite.

13. *Qui omnia &c.* Græcè τῷ τὰ πάντα ἐν πᾶσι πληρούμενῳ, id est, omnia in omnibus adimplẽtis vel impleti. participium enim mediũ actiuè & passiuè sumi potest. Græci explicant πληρούμενον ἀντὶ τοῦ πληροῦντος. i. implẽtis, vt sit sensus, ℘ ecclesia est plenitudo capitis Christi, qui omnia adimplet in omnibus. quia (vt inquit Hieronymus) singulas in omnibus virtutes omnes aliquando esse faciet in singulis. si exponimus πληρούμενον passiuè, nõ video quomodo ordinetur τὰ πάντα, nisi aduerbiascit, vt sumat pro omnino, & sit sensus, ℘ post resurrectionẽ omnino erit Christ⁹ in oĩbus fidelibus. Si legimus oĩa adimpletur, & oĩa sumendũ est in recto, vt sit sensus, ℘ Christus qui est oĩa in oĩbus. i. qui in oĩbus est ac sufficit pro omni bono, adimpletur. i. cõpletur & cõsumatur oĩbus mẽbris sui corporis. i. ecclesiæ quam dixit esse plenitudinem Christi omnia in omnibus complentis, vel omnino omnibus suis membris completi.

¶ *Quoniã ob præpositionum frequentiam, hyperbata & anapodota multa, tum Latinè tum Græcè mihi visum est hocce caput subobscurũ, addidimus lector optime poſe scholia nostra dilucidã ex variis Græcis versionem quæ vel sola vice commentarii esse possit.*

Dilucidior uersio primi capitis ex Græco.

PAulus per dei uoluntatem Christi Iesu apostolus, omnibus sanctis qui sunt Ephesi, & fidelibus in Christo Iesu, salutem. gratia

tia uobis & pax à deo patre nostro & domino Iesu Christo. Laudẽ celebrandus est à nobis deus & pater domini nostri Iesu Christi, qui in omni beneficentia & spiritualium bonorum largitate suam erga nos munificentiam testatus est, non pro hac modo uita, sed in cælesti etiamnum hæreditate: idque Christi merito ac beneficio: sicut nos olim in ipso antequã orbis fundamenta moliretur, pro sua in nos charitate & beneuolẽtia, ut sancti & immaculati ac sine uitio corã ipso (qui cor ĩtuetur) essemus, elegit: ac iuxta propẽsam animi sui affectionẽ & uoluntatẽ, eam ob rem prædestinauit, ut sibi per Christum Iesum in filios adoptaret: quo sic adoptati gloriosam eius & illustrem in nos gratiam laudaremus ac prædicaremus, qua nos sibi per dilectum filiũ gratiosos effecit, in quo per eius sanguinem redemptionem assecuti sumus, ipsam uidelicet peccatorum remissionem, pro opulenta & diuite sua gratia, quæ in nos cum omni rerum diuinarum sapientia, & humanarũ prudentia exuberauit patefacto nobis suæ uoluntatis archano, quod secum ipse in Christo facere instituerat: nimirum cum diuinæ administrationis suæ & consilii impleta essent tempora, omnia in ipsum unire, per ipsumque luxata omnia instaurare, & tanquam ad rerũ caput & summã, oĩa ad illũ reducere & redigere, tũ in cælis habitantes angelos, tum degentes in terra homines, eodem sempter sequestro & conciliatore Christo. Per quem & nos quoque in dei sortem & hæreditatem adsciti sumus, adeóque (iuxta quod olim illi uisum erat efficaci rerum omnium opifici, qui omnia pro suæ uoluntatis consilio agit ac regit:) ad hoc prædestinati, ut argumentum essemus suam illam gloriam laudandi & illustrandi: ac nos præsertim qui priores in Christum sperauimus: in quem & uos quoq; intellecto ueritatis uerbo, ipso scilicet salutis uestræ euãgelio, sperastis: quod ubi fide apprehẽdistis, sancto illo promissionis spiritu obsignati estis, firmissimo nostræ hæreditatis arrabone & pignore, quo certo nos precioso ipsius sanguine acquisitos redẽptũiri ad gloriosam ipsius laudẽ cõfidimus, Propterea & ego intellecta fide in dominũ Iesum Christũ uestra, & erga oẽs sanctos beneuolẽtia & charitate perspecta, non cesso uestra causſa deo gra-

 tias

tias agere, in orationibus meis uestri nõ ĩmemor: ut glorioſus de⁹ & pater domini noſtri Ieſu Chriſti det uobis ad agnitionẽ ſui ſpiritũ ſapiẽtiæ & reuelationis, mẽtiſque ueſtræ oculos illuſtret, ut intelligatis quidnam ſperare uocati ab illo debeant, quámque diues & exuberans ſit hæreditatis gloria, quam ſanctis largiturus eſt ſuis: porrò etiam q̃ excellens magnitudo uirtutis eius erga nos qui credimus: quippe quæ non eſt inferior ſua illa uirtute efficaci & potente, quã in Chriſto præſtitit ex mortuis ſuſcitato, cui ſedẽ ſtatuit ad dexteram ſuam in cæleſtibus ſupra omnem principatũ & poteſtatẽ & uirtutẽ & dominationẽ, ac ſupra omne quod dici nominariue poteſt, non in hoc ſeculo modò, uerùm & in futuro: Quin omnia pedibus eius ſubiecit, cúmque eccleſiæ ſupra omnia, ſupráque omnẽ eccleſiam caput cõſtituit: quæ quidem capitis ſui Chriſti corpus eſt & complementum, qui quum omnibus rerũ omnium uice & loco ſit, ſuo corpore cõſummatur & completur, rurſum quoque omnia in omnibus perficit & complet.

1. *Et uos quoque conuiuificauit.* Græci non legũt conuiuificauit, & tunc longum hoc hyperbatum cõtinue legẽdum eſt vſque ad ὁ *deus autem*, atque ibi cum eclipſis ſit, ſupplendum viuificauit, aut quid ſimile, q̃q̃ Hieronymus continue legit vſque ad τὸ cõuiuificauit nos, & quia repugnaret particula autem, in illo loco, deus autem diues eſt, ait illam ſuperfluere, ſicut plerũque Græcis δὲ otioſum eſt: & hoc modo ſenſus eſſet, & vos quum mortui eſſetis, &c. deus qui diues eſt, &. i. etiam nos quoque quum perinde eſſemus mortui conuiuificauit Chriſto.

2. *Secundum ſeculum mundi.* i. mundanum hoc ſeculum, eiuſque deſideria. i. ex more huius ſeculi, *Secundum principem poteſtatis aeris huius ſpiritus.* tres genitiui ſubſequentes difficultatem loci faciunt. quidã interpretantur iuxta principem cui eſt poteſtas aeris qui eſt ſpiritus. ſed hoc perperam, refragantibus in hunc locum Græcis ſcholijs & Theophylacto qui ait: Et ideo Paulus principem poteſtatis dicit, non quòd vllam habeat in aere ditionem, ſed quia in illo ſe inſinuet: in aere enim tanquam in vento & ſpiritu diuerſatur: ideo hic mihi videtur eſſe ſẽſus, ſecundum principem poteſtatis aeris ſpiritus. nã grẽcis deeſt ὁ huius. i. ſecundũ voluntatem & impulſionem eius, qui dominatur poteſtatibus ſpirituum aeriorum. ſic enĩ Græci ἄρχων ἐξουσίας τοῦ ἀέρος, τοῦ πνεύματος, τοῦ νῦν ἐνεργοῦντος ἐν τοῖς υἱοῖς τῆς ἀπειθείας, ὅπερ ἐστὶν, τῶν ἀερίων τοῦ πονηροῦ πνευμάτων, id eſt, princeps eſt aeris ſpiritus, hoc eſt diuerſantis in aere ſpiritus: videlicet aeriorum nequam ſpirituum. vocãtur autem dæmones ſpiritus aerij, vel quòd plerunque in aere quo facilius nobis imponant degunt: vel quòd (vt quibuſdam videtur) corpora habeant non materialia, ſed aeria & ſpiritualia, aut potius ꝑ aeria ſibi ad nos fallendos corpora effingunt.

3. *Filios diffidentiæ.* i. inobedientes & incredulos. Nam vtrunque ſignificat ἡ ἀπιστία, vel qui diffidunt ſe in Chriſto ſine lege ſaluari poſſe. 1 *in quibus & nos.* i. inter quos diffidentiæ filios & nos quoque Iudæi aliquando conuerſati ſumus, nam & increduli ipſi fuimus. neque enim τὸ quibus, refertur ad δὲ peccatis, quod Græcè eſt fœminínum ἁμαρτίαις, ſed ad ὁ filios, quod Græcè eſt maſculinũ ἐν τοῖς υἱοῖς, de quorũ incredulorum numero & nos aliquando fuimus, *facientes voluntatem carnis & cogitationum.* Græcè θελήματα. i. voluntates. Græci id ſic explicant, ὡς ὅτι καὶ σωματικῶς καὶ ψυχικῶς ἁμαρτάνοντες. i. animo & corpore peccantes. vt voluntates carnis, peccata ſint carnalia, quæ in corpore verſantur: voluntates cogitationum, peccata animi, & ſpiritualia: vt odium internum, inuidia, blaſphemia, hæreſis. ſic Hiero.

4. *Et eramus natura.* i. eramus enim natura filij irę. i. ira & vltione diuina digni. quomodo Hebræi vocant filium mortis, hominẽ morte dignum, non ꝑ natura talis ſit creata, & ideo intelligendũ natura. i. naturali ĩclinatiõe, vel ab ipa natiuitate, ob peccatũ originis.

5. *Et*

ARGVMENTVM Cap. 2.

¶ *Nos in omni libidiniũ genere mortuos, mera gratia à deo patre cũ Chriſto exuſcitatos oſtendit, per quem ſoluta macerię quæ nos à deo diuidebat, & allata pace, concines ſanctorum efficẽti ſumus.*

CAP. II.

[1] *Et uos quoque conuiuificauit cum eſſetis mortui delictis & peccatis ueſtris, in quibus aliquando ambulaſtis [2] ſecundum ſeculum mundi huius, ſecundum principem poteſtatis aeris huius ſpiritus qui nunc operatur in filios diffidentiæ: in quibus & nos omnes aliquando conuerſati ſumus in deſideriis carnis noſtræ, facientes uoluntatem carnis & cogitationum, [4] & eramus natura filii iræ, ſicut & cæteri. Deus autem qui diues eſt in miſericordia, pro-*

5. Et *cum mortui essemus*, id est, quum pariter vobiscum qui idololatræ eratis, ob delicta nostra mortui essemus, &. i. etiam nos conuiuificauit Christo. hoc est, per Christum vel ad similitudinem Christi, vt sicut à morte corporali Christum suscitauit, sic nos à spirituali: & conresuscitauit. si de morte animæ intelligit, id nunc factum intelligendum est: sin de morte corporis, accipiendum in spe.

6. *Seculis superuenientibus*, &c. id est, vt toto sequenti tempore ostenderet diuitias gratiæ suæ in bonitate, id est, benignitate qua erga nos vsus est per Christum Iesum.

7. Nō *ex operibus*, scilicet fidē præcedētib[9], ide Græca scholia hoc loco habent, οὐκ ἐξ ἔργων, ἵνα μήτις καυχήσηται: οὐκ ἐπ' ὀλίγοις οὐκ ἐβούλετο ἐξ ἔργων σῶσαι, ἀλλ' ὅτι ὁ θεὸς ἴσχυεν ἐξ ἔργων σωθῆναι, ἐμὲ διὰ πίστεως, id est, nō ex operibus, vt ne quis glorietur: non quòd noluerit ex operibus saluare, sed quòd nemo ex operibus nisi per fidem & cum fide saluari posset. Excludit ergo opera fidem præcedentia, ne putarent sine fide suis se ad gratiam virtutibus vocatos, quæ sine fide inane tantum nomen sunt virtutis.

8. *Creati in Christo Iesu*. &c. id est, ad bona opera facienda per Christum Iesum regenerati. nō enī (vt inqt Photi[9]) de prima nostri fictione & cōditione loqtur, sed de secūda p baptismū. Photius aūt interpretatur τὸ creati in operib[9] bonis ἐπὶ τῷ ἀγαθοεργεῖν κλισθέντες. i. ad bene rectéq; viuēdū creati. quia autē præmisit Paulus gratia saluati estis per fidē nō ex operib[9], ne qs putet hoc loco opa excludi fidē sequētia, sed p̄cedētia tātū: audiat quid in hūc locū Photi[9] Græcus ait, εἶτα, ἵνα μὴ ἀκούσαντες ὅτι οὐκ ἐξ ἔργων ἐσώθημεν, ἀλλὰ τῇ χάριτι, ῥᾳθυμότεροι γενώμεθα: δείκνυσι, ὅτι μετὰ τῶν πίστιν, καὶ ἔργων χρεία. i. deīde ne quī audierim[9], p̄ nō ex operib[9] sed gratia saluati sum[9], negligētiores euadam[9]: ostēdit post acceptā fidē op[9] esse opibus: quæ, inqt, præparauit de[9] vt in illis ambulemus. i. vt ea agam[9].

9. *Propter*

pter nimiam charitatem suam qua dilexit nos, [5] *& cum essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos Christo, cuius gratia estis saluati:* B *& conresuscitauit & consedere fecit in cœlestibus in Christo Iesu, ut ostenderet in*[6] *seculis superuenientibus abundantes diuitias gratiæ suæ in bonitate super nos in Christo Iesu. Gratia enim estis saluati per fidem: & hoc non ex uobis. Dei enim donum est:* [7] *non ex operibus, ut ne quis glorietur. Ipsius enim sumus factura,* [8] *creati in Christo Iesu in operibus bonis, quæ præparauit deus, ut in illis ambulemus.* [9] *Propter quod memores estote, quòd aliquando uos qui eratis gentes in carne: qui dicebamini præputiū ab ea quæ dicitur circuncisio in carne manifesta: q̄ eratis illo in tempore sine Christo, alienati à conuersatione Israel, & hospites testamētorū, promissionis spem non habentes, & sine deo in*

9. *Propter quod memores estote, quòd aliquando vos qui eratis, &c.* Quanquam Græcis non sit *qui*, non male tamen additum est ab interprete explicandi gratia: secundo verò loco pro eo quod quidam habent, qui eratis in illo tempore, veteres codices habent, quod eratis, est autem repetitio superflua sicut & Græcis, sed propter longū hyperbaton, prioris oblitus rursum Paulus addidit. sensus ergo est, memores estote quòd vos qui eratis gentes in carne qui dicebamini, &c. eratis in illo tempore, &c. *Vos ergo qui eratis gentes in carne*, id est, carnalia sectantes desideria, *qui dicebamini præputium*, id est, per ignominiam vocabamini præputiati, *ab ea quæ dicitur circumcisio in carne manufacta*. i. à Iudæis carnaliter tantum circuncisis: hoc autem loco & manufacta refertur non ad τὸ *carne*, sed ad & *circumcisio*. nec ociosum est quod de circuncisione Iudæorum loquens ait, *quæ dicitur*, quasi dicatur tantum, non item vera sit circuncisio: deinde quòd manufactam & in carne esse dicit, ad distinctionem spiritualis in corde circuncisionis. Mementote, inquit, quòd eratis tunc *sine Christo*. i. sine Christi fide explicita vel implicita, *alienati à conuersatione Israel*. Græcè, τῆς πολιτείας, quod eleganter interpres vertit conuersationem, melius quàm qui rempublicam & ciuilitatem. neque enim incommodum fuisset Ephesiis extra rempublicam Israel esse, modò vnum deum cum Israel verè coluissent. cùm ergo πολιτεία ἀντὶ τῆς διαίτης sumatur. i. pro vitę ratione & instituto: πολιτεύεσθαι aūt cōuersari significet, rectè vertit interpr̄s alienati à cōuersatione Israel. i. alium viuendi ritum habentes: illi vnum deum adorabant, vos simulachra muta colebatis: eratis quoque *hospites testamentorū*, Græcè, ξένοι τῶν διαθηκῶν. i. alieni à testamentis & extranei. hoc est, ad quos nihil spectabant testamenta & pacta Iudeis facta. vtrūque enim significat ἡ διαθήκη. Sunt qui sequens verbum promissionis iungunt cum præcedentibus, vt sit sensus, hospites testamentorum promissionis. i. extranei nec partem habentes in promissis testamentis, & pactis, neque spem habentes resurrectionis. Alij legunt promissionis spem non habentes, id est, non sperantes in promissio-

missionibus Iudæorum,& eratis *sine deo in hoc mundo*.quia etsi plures deos colebant,nullus tamen erat illis verus deus.

10.N*unc autem*.nunc autem quum in Christum credidistis vos qui per idololatriam procul eratis à deo,ad eum per Christi sanguinẽ appropinquastis.

11.M*edium parietem*,&c.Hinimicitias referunt ad ea parietem,vt inimicitiæ sint veluti paries quidam munitus & vallum diuidens inter hostes. Hunc autem *parietem inimicitiarũ*,quidã interptãtur peccata hominũ quæ diuidebãt ĩter deũ & nos,quẽ diruit Christus in carne sua & morte:atq; ita hoc pariete dissoluto,Christ⁹pax nostra,quia nos patri reconciliauit,*Fecit vtraque vnum*,dum hominem tot interstitiis à deo dissidentem assumpsit in deũ, fecitq; vt esset idẽ deus & homo.Alij has *inimicitias* quod magis quadrat ob sequẽtia,interptãtur inimicitias Iudæorũ & gentiliũ,quia Iudæi gentes execrabãtur,gentes aũt Iudæos odio habebãt.Has Christus inimicitias soluens,*fecit vtraq; vnum*, dũ ex duobus diuersi ritus & cultus populis vnicũ fecit Christianum populum.quidam *medium parietem maceriæ* interpretantur circuncisionem carnalem. Erat enim velut paries distinguens Iudæos à gentibus,& bene paries maceriæ, quia sicut maceria ex lapidibus constat non cementatis,atque adeò facile solubilis est:sic facile solubilis erat circuncisio quam Christus in carne sua,id est,per passionem suam soluens, per fidem fecit vtraque vnum.Circuncisionem autem vocat Paulus inimicitias,quia causa esset mutui inter Iudæos & gentes odij. Christus ergo medium parietem soluens,inimicitias videlicet inter Iudæum & gentilem, & vtriusque cum deo verè pax nostra est, qui fecit vtraque vnum. *Legem mandatorum*,id est,legem Mosaicam,quæ infinitis constabat mandatis,*Decretis*,id est,dogmatis euangelicis abrogans. Ita enim Chrysostomus & Photius Græcus,abrogans legem(inquit)in dogmatis,siue fide ipsa,siue iis quæ ipse promulgauit dogmatis, dicens:Ego aũt dico vobis. Non est ergo legendũ legẽ in dogmatis sitam.nam hoc modo Græci dicerent τὸν νόμον τὸν ἐν δόγμασι. Græci autem hoc loco non habent secundum articulum,& ideo ἐν δόγμασι,significat hic per decreta.

12.Vt

hoc mundo.[10]*Nunc autem in Christo Iesu uos qui aliquando eratis lõgè,facti estis ppè in sanguine Christi.Ipse enim est pax nostra qui fecit utraque unum,&*[11]*medium parietem maceriæ soluens,inimicitias in carne sua: legem mandatorum decretis euacuans,*[12] *ut duos cõdat in semetipso in unum nouum hominẽ, faciens pacem,ut reconciliet ambos in uno corpore deo,per crucem, interficiens inimicitias in semetipso. Et ueniens euangelizauit pacẽ*[13] *uobis qui longè fuistis: & pacem iis qui propé.quoniam per ipsum habemus accessum ambo in uno spiritu ad patrem.Ergo iam non estis*[14] *hospites & aduenæ: sed estis*[15] *ciues sanctorũ &*[16] *domestici dei, superædificati super fundamentum apostolorum & prophetarũ,ipso summo*[17] *angulari lapide Iesu Christo: in quo omnis ædificatio constructa, crescit in templum sanctum in domino,in quo & uos coædificamini in habitaculũ dei in spiritu sancto.*

Rom. 5.a.

12.Vt *duos*,scilicet populos,tanquam duos homines *condat*, id est, creet: Græcè,κτίσῃ,*in vnum nouum hominem*,id est,per vnitatem fidei duos populos quodam modo faciat vnum nouum hominem in nouitate vitæ ambulantem,& facta pace reconciliet ambos populos deo *in vno corpore* ecclesiæ per crucem & passionem suam,interficiens inimicitias siue Iudæorũ & gentiũ mutuas,siue omnium hominum cum deo.interficiens, inquam,*in semetipso*, id est, per semetipsum, scilicet per mortem suam.quo loco interpres legit ἐν αὐτῷ,id est, in semetipso:alij Græci legunt ἐν αὐτῷ,spiritu leni,& referũt ad τὸ σαυτοῦ,vt sit sensus,vt ambos deo reconciliet per crucem,interficiens inimicitias in ea scilicet cruce.

13. V*obis qui longè fuistis*, id est, qui procul eratis à deo per idololatriam, & his qui propè.i.Iudæis:qui propiores erãt, per vnius dei cultũ.

14. H*ospites*. Græcè, ξένοι, extranei.

15. C*iues sanctorum*. Græcè, συμπολῖται .i. conciues & municipes,quia ad idem ius cælestis patriæ recepti,cum veris ciuibus sanctis angelis.

16. D*omestici dei*,id est,familiares,super fundamẽtum apostolorum, id est,fidem à prophetis prædictam,& ab apostolis prædicatam.

17. A*ngulari lapide*.angularis lapis Christus dicitur , quòd ei totum innititur spirituale ædificium:in quo omnis ædificatio cælestis ecclesiæ constructa,crescit & exurgit in templum sanctum deo:dum fideles per gratiam dei templum efficiuntur,in quo, inquit, & vos coædificamini in habitaculum dei in spiritu sancto, id est , vt per habitantem in vobis spiritum sanctum , templum & domicilium dei sitis.

Dilucida

Dilucida uersio secundi capitis ex Græco.

ET uos quoque tum ille ad uitam reuocauit, quum propter delicta & peccata uestra mortui essetis, in quibus aliquando ex more mundani huius seculi degebatis: próque uoluntate illius & arbitrio, qui cùm aeriorum spirituum potestatibus dominetur, in pertinaces & incredulos homines uim suam exerit: è quorum numero omnes aliquando & nos quoque Iudæi fuimus, in concupiscentiis nostris carnalibus agentes, & desideria carnis animique nostri sensa & cogitata sectantes. Eramus enim non secus ac reliquæ gentes, ab ipso nostræ natiuitatis exordio ira & ultione diuina digni. At nos deus abundè misericors, pro summa sua erga nos charitate & beneuolẽtia, quum pariter uobiscum ob delicta mortui essemus, cum Christo etiam ac per Christum Iesum (cuius gratia salui estis) uiuos reddidit, & pariter uobiscum cum illo suscitatos unà cum eo sedere inter cælestes fecit: ut toto sequenti tempore excellentes gratiæ suæ diuitias pro sua in nos benignitate per Christum Iesum collatas, ostẽderet. Quòd enim credidistis, & per fidem salui facti estis, nequaquam id uestro merito, sed ipsius factũ est gratia, nõ ullis uestris operibus, sed sola ipsius beneficẽtia, ut ne quis glorietur suis se meritis saluum, & ad fidem esse uocatum. Ipsius enim figmentũ & opus sumus, in hoc ipsum per Christũ Iesum cõditi & regenerati, ut recta studiosaque agamus opera, quæ præparauit deus ut in illis degeremus. Quamobrẽ memores estote quòd uos quondam gentes carnalia tantũ sectantes desideria, quũ ab ipsis circunciſione tantum carnali & manufacta circuncisis Iudæis opprobrio uobis præputij nomen uerteretur, sine Christi fide degebatis, abalienati à conuersatione Israelis, ritúque uiuendi Iudaico, testamentorum & promissarum Iudæis pactionum expertes, quin potius extra omnẽ diuinæ promissionis spem, ac prorsus sine ullo dei cultu in hoc mundo uiuentes. Nunc autem posteaquam in Christum credidistis, uos qui longè à deo aberatis, accessistis tandem, & ad illum appropinquastis, sed per Christũ Iesum eiúsque sanguinem. Ipse est enim pax nostra, qui ex utroq; populo, imò

imò ex deo & homine, rem unam effecit, soluto uidelicet per carnem suam medio illo macerici pariete, inimicitiis scilicet hominũ cum deo, & ipsorum inter se dissolutis, & Mosaica lege, quæ mãdatorum constabat multitudine, decretis abrogata euangelicis: ut è duobus populis pacem inter eos firmans, quodam modo condat ac faciat nouum unum hominem, atque ambos in uno ecclesiæ corpore per crucem ac mortem suam deo patri reconciliet, peremptis in semetipso per eam ueteribus inimicitiis. Itaque mundum hunc ingressus, & uobis qui procul ab illo eratis, & iis qui propius ad illũ accedebãt, Iudæis, lætũ ac fausti pacis nunciũ attulit: adeò ut iam per illũ uterq; populus accessum habeamus in eodẽ spiritu ad patrem. Igitur iam non estis uelut peregrini & incolæ, sed sanctorum conciues & municipes, deique familiares & domestici, super ipsum apostolorum & prophetarum fundamentum ædificati. cuius quidem ædificij præcipuus & angularis ille lapis est Christus, in quo omne ædificium constructum & coagmentatum, per domini gratiam in templum sanctum exurgit & crescit. in quo & uos coædificamini, ut per habitantem spiritum sanctum in uobis, dei domicilium sitis.

ARGVMENTVM Cap. 3.

¶ Mysterium uocationis gentium sibi reuelatum docet, seq; ad illud prædicandum à deo delegatum: ob cuius prædicationẽ in carcere detentus Ephesios hortatur, ne quo pacto ob suas afflictiones animo frãgantur, illisq; & uirtutem constantiæ & plenam dei cognitionem precatur.

CAP. III.

A PAVLVS uinctus Christi Iesu, pro uobis gentibus: [2] si tamen audistis dispẽsationem gratiæ dei quæ data est mihi in uobis: quoniam secundum reuelationem notũ mihi factum est sacramentum si-

1. *Huius rei gratia.* i. vt vos coædificarẽ Christo, ego Paulus, subaudi, sum vinct⁹ Christi. i. pro Christo: quomodo dicim⁹ martyr Christi .i. ,p Christo. idq; ,p vobis gẽtibus: inuidiosus enim erat Iudæis, ,p se gentium apostolum esse testaretur: ob eãq; causam ab illis accusatus Romæ tenebatur in vinculis.

2. *Si tamen audistis.* Græci habent εἴγε .i. si quidem audistis dispensationem gratiæ quæ data est mihi in vos, id est, si quidem intellexistis creditam mihi esse administrationem

stratiónem gratiæ dei inter vos prædicandæ,quæ autem illi credita est dispensatio ostendit,dicens: *Quoniam secundum reuelationem notum factum est mihi sacramentum.* Græci habent ἐγνώρισέ μοι.i.notum mihi fecit deus.s.sacramentum siue mysterium illud . nam Græcè est τὸ μυστήριον, & indicat mysterium illud de gentium vocatione, de quo etiam subdit, *sicut supra scripsi in breui,* ᾧ ὀλίγῳ .i. paucis,vel paulò antè , sicut præcedẽti capite gentes vocatas ostẽdit & cõciues sanctorum effectas : sicut, inquit,suprà scripsi,non quatenus mysterij dignitas & magnitudo exigebat , sed prout potestis legentes intelligere prudentiam meam in mysterio Christi , id est, sed quatenus capere potestis scientiam & intelligentiam meam circa mysteriũ Christi:sic enim Græci exponunt,papæ,inquiunt,ne-

cut suprà scripsi in breui: prout potestis legentes intelligere prudentiã meã in mysterio Christi , quod aliis generationibus non est agnitũ filiis hominum,sicuti nunc reuelatum est sanctis apostolis eius & prophetis [3] *in spiritu,* [4] *gentes esse cohæredes & concorporales & compartícipes promissionis eius ,in Christo Iesu per euangeliũ. Cuius factus sum ego minister secundum donum gratiæ dei,quæ data est mihi secundum operationem uirtutis eius .* [5] *Mihi* B

quaq̃ oĩa quibus opus habebãt,scripserat:sed ea tantũ quorũ capaces erãt.scripsi ergo ,put potestis intelligere prudentiã & scientiã meã circa mysterium Christi,*quod aliis generationibus*,id est, alia ætate ac præcedenti tempore non est cognitum.

3.*In spiritu*.i.sicut reuelatũ est nunc apostolis & prophetis per spiritũ,scilicet sanctũ:quanq̃ neq; Veronẽsis codex neq; Dionysian⁹ addãt sanctũ:etsi de illo intelligi debet.Ambro.refert τὸ spiritu ad τὸ gentes esse cohęredes . non est ergo agnitum filiis hominum, *sicut nunc reuelatum est*,*&c*..i.nõ est taliter & tam pfectè cognitum sicut nunc est.

4.*Gentes esse cohæredes*,hoc referendum est ad paulò antè præcedẽtia.& sic legendum,Notum factum est mihi sacramentum, scilicet gentes esse cohæredes,&c.quæ verò intercedunt,per parenthesim legenda:mysterium autem hoc est , quòd gentes Christo concorpores factæ sunt,id est, vnum corpus in eo mysticum constituentes:& comparticipes promissionis factæ ipsi Abrahæ in Christo.

5.*Mihi enim omnium sanctorũ minimo*.Græcis deest enim,tamen Græca scholia dicunt supplendum esse γὰρ .i. enim.Mihi ergo omniũ

minimo data est gratia *euangelizare*,id est, vt euangelizem *inuestigabiles* pro imperuestigabiles Christi diuitias , *& illuminare omnes*, id est,vt illuminem.

6.*Quæ sit dispensatio*.quidam Græci legunt κοινωνία,id est, communicatio:quidam οἰκονομία,id est,dispensatio,vel administratio:quidam πλοῦτος.i.diuitiæ.duobus primis modis sensus est: Mihi data est gratia posse illuminare & docere omnes, quæ & qualis sit tanti sacramenti administratio , quod hactenꝰ in deo latuit,in deo inquam,qui omnia creauit. hoc loco Græci addunt διὰ ἰησοῦ χριστοῦ,per Iesum Christum. Norant enim , inquit Chrysostomus , forsitan & prophetæ gentes vocandas. Quomodo verò & ad quanta bona,non nouerant : sed hoc mihi concessum est omnibus aperire , *vt innotescat principibus & potestatibus in cælestibus per ecclesiam multiformis sapientia dei* , id est , vt

1.Co. 15.b. *enim omnium sanctorum minimo, data est gratia hæc,in gentibus euãgelizare inuestigabiles diuitias Christi,et illuminare omnes,* [6] *quæ sit dispensatio sacramẽti absc̃oditi à seculis in deo,qui omnia creauit:ut innotescat principibus & potestatibus in cælestibus,per ecclesiã,multiformis sapientia dei secundum præfini* C *tionẽ seculorũ* [7] *quam fecit in Christo Iesu domino nostro . In quo habemus fiduciam & accessum in confidentia,per fidem eius.* [8] *Propter quod peto,ne deficiatis in tribulationibus meis pro uobis,quæ est gloria*

angeli & archangeli,qui ante incarnationem Christi tantam dei erga gentes bonitatem ignorabant,ac tam variam illius sapientiam, eam demum planè compertam haberent *per Ecclesiam* , id est, per tanta bona ecclesiæ gentium concessa,& tam diuersos ac tam bene dispositos in ea gradus & ordines.nam per principes & potestates in cælestibus,nequaquam malignos spiritus in aëre versantes oportet intelligere,sed cũ scholiis Græcis,cũ Photio & Gregorio theologo angelos & archãgelos. bene ergo inqt,vt innotescat illis multiformis sapientia dei *secundũ præfinitionẽ seculorum*,id est ,,put retrò antè à seculo & ab æterno per ecclesiã illis indicare proposuerat.

7.*Quam fecit in Christo*.τὸ quam referre potest vel ecclesiam , quam in Christo fecit & condidit:vel illam multiformem dei sapientiam quam in Christo pater exhibuit.

8.*Propter quod peto ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis*.Græcè, διὸ ἐγκακεῖν ὑμᾶς τοῖς θλίψεσί μου ὑπὲρ ὑμῶν . est autem ἐγκακεῖν

malis ſuccumbere,defatigari & deficere,& referri poteſt ad perſonam Pauli,peto ne deficiam in tribulationibus meis pro vobis,ſiue quas pro vobis fero:ſiue pro vobis,id eſt,veſtra cauſa. peto ſcilicet,veſtra cauſa,& deum oro,ne ob meas afflictiones deficiatis: qui ſenſus magis videtur accedere ad Græca. nam ſi legimus quas pro vobis fero,pro eo Græci haberent τῶν ὑπὲρ ὑμῶν, præſtat autem vertere, ne deficiatis,néve conſternemini ob meas tribulationes & afflictiones: periculũ enim erat,ne præceptore ſuo in tantis periculis conſtituto,animo concideret: obſecro itaque ne deficiatis ob meas tribulationes *quæ eſt gloria veſtra*, quaſi dicat, non modo ob eas non debetis ſuccumbere,ſed gloriari potius,quòd princeps & præceptor veſter dignus habitus eſt,pro nomine Ieſu contumeliam pati.

ueſtra.Hius rei gratia flecto genua mea ad patrem domini noſtri Ieſu Chriſti,[9] *ex quo omnis paternitas in cælis et in terra nominatur,*[10] *ut det uobis ſecundum diuitias gloriæ ſuæ,uirtutẽ corroborari per ſpiritum eius in interiori homine:Chriſtum habitare per fidẽ in cordibus ueſtris,*[11] *in charitate radicati & fundati,ut poſſitis comprehendere*

7.*Ex quo omnis paternitas.* Græcè πατρία,quod paternitatem(vt ita dicam)& parentelam ſignificat ac familiam, ſiue cognationem & affinitatem.Id ergo Paulus innuit,ſe orandi gratia ne ipſi deficiãt flectere genua ad patrem domini noſtri Ieſu Chriſti, qui non modo ipſius pater eſt,ſed(diuerſa tamen ratione)omnium tam hominum quàm angelorum:id enim ſignificat quod ait,ſiue in cælis ſiue in terra. ab ipſo enim communi omnium parente, affines ſunt angeli & homines:atque ita quum de eadem familia ab eodem patre ſpiritualiter prognati ſimus,communem oportet eſſe omnium in illum affectionem & voluntatem.

10.*Vt det vobis virtutem corroborari per ſpiritum eius in interiori homine.* Græci habent,ἵνα δῴη ὑμῖν δυνάμει κραταιωθῆναι διὰ τοῦ πνεύματος αὐτοῦ εἰς τὸν ἔσω ἄνθρωπον,id eſt,ad verbum,vt det vobis virtute corroborari per ſpiritum ſuum in interiorem hominem. hoc eſt,vt det vobis ſecundum interiorem hominem virtute ſua per ſpiritum ſuum corroborari,*& Chriſtum habitare per fidem in cordibus veſtris.*i.concedat vt per fidem in cordibus veſtris Chriſtus habitet.

11.*In charitate radicati.* Photius Græcus vt ſolœciſmum vitet,ſic ordinat,vt vos radicati & fundati in charitate poſitis cõprehendere quæ

*quæ ſit latitudo.*i. immenſitas potentiæ diuinæ:*& longitudo.*i. æternitas & ſublimitas naturæ:*& profundum.*i.profunditas ſcientiæ,*Scire etiam charitatem Chriſti ſupereminentem ſcientiæ.* Græcè ὑπερβάλλουσαν τῆς γνώσεως.i.vel maiorem q̃ quæ virtute humana cognoſci poſsit,vel quæ exuperat omnem humanã ſcientiam. Quidam præcedentia, ſcilicet quæ ſit latitudo,referunt ad vocationem gentiũ.i.vt poſsitis cognoſcere quãtę dignitatis & virtutis eſt hoc myſterium. vſus eſt autẽ vocabulis omnium dimenſionum corporalium,ad exprimendam illius magnitudinem.mihi videtur ſimplicior ſenſus eſſe, vt poſsitis cognoſcere omni dimenſione immenſa Chriſti erga vos beneficia.

cum omnibus ſanctis,quæ ſit latitudo,& lõgitudo, & ſublimitas,& profundum:ſcire etiã ſupereminẽtem ſciẽtiæ charitatem Chriſti:[12] *ut impleamini in omnem plenitudinẽ dei. Ei autem qui potens eſt omnia*[13] *facere ſuperabũdãter quàm petimus aut intelligimus, ſecũdum uirtutem quæ operatur in nobis:*[14] *ipſi gloria in eccleſia, & in Chriſto Ieſu,in omnes generationes ſeculi ſeculorum.Amen.*

12.*Vt impleamini.*i.ſicut Græci exponunt, vt impleamini omni virtute qua deus plenus eſt,vel impleamini.i.perficiamini & perfectè cognoſcatis vſq; ad plenitudinem & perfectam cognitionem dei,quæ eſt vnum deum in tribus perſonis plenè intelligere & adorare.

13.*Facere ſuperabundanter.*i.abundantius ſui cognitionem bonáque omnia largiri,quàm petere vel excogitare poſsimus.

14.*Ipſi.*ipſi,ſuperfluit,ſed Hebræorum more locutus eſt,qui dicunt, cuius eius.

Dilucida uerſiõ ex Græco tertij capitis.

HIus rei gratia ego Paulus ob Chriſtum Ieſum & annunciatum uobis gentibus euangelium,captiuus ago in uinculis: ſiquidem intellexiſtis creditam eſſe mihi adminiſtrationem gratiæ dei erga uos prædicandæ,utque iuxta reuelationem notũ ipſe mihi fecerit occultum illud ſacramentum & myſterium, quemadmodum breui paulò antè ſcripſi uobis,quatenus inter legendum meam de Chriſti myſterio ſcientiam intelligere poteſtis:quod priſcis temporibus aliáque ætate nulli unquam hominum taliter agnitum

nitum est, qualiter nunc sanctis eius apostolis & prophetis reuelatum: mysterium, inquam, illud quo deo uisum est gẽtes unà cum Christo hæredes unumque in illo corpus constituentes, & promissionum in ipso factarum per euangelij adprehensionem participes facere: cuius ego minister sum factus pro gratuita illa in me dei beneficentia, quam mihi iuxta efficacem uim ac uirtutem suam contulit. Mihi enim sanctorum omnium minimo & infimo, per dei gratiam credita est prouincia inscrutabiles illas Christi diuitias gentibus annunciandi, atque omnibus in lucem proferendi, quæ sit communicatio & dispensatio, quantæ diuitiæ mysterij à seculo in deo, rerum omnium per Christum Iesum conditore, absconditi, ut uel nunc tandem per ecclesiam ipsis principibus & potestatibus cælestibus, angelis scilicet atque archangelis, innotescat uaria illa & multiformis dei sapientia, quam (iuxta quod olim ante secula decreuerat) in Christo Iesu domino nostro exhibuit, per quem adepta liberè loquendi fiducia confidenter ad deum in fide ipsius accedimus. Quamobrem uestra illum gratia obsecro ne ob ullas meas afflictiones, quas uestra causa fero, animo concidatis ac deficiatis, quum gloriandi magis ex illis argumentum habeatis. Quapropter flexis genibus ad patrem domini nostri Iesu Christi oro & supplico, à quo uidelicet omnium tum in cælo angelorum, tum in terra hominum cognatio & affinitas fluit, ut pro exuberante sua illa gloria, uirtute uos secundum interiorem hominem per spiritum suum corroboret, & Christum per fidem habitare in cordibus uestris faciat: ut postquam in charitate altè radices egeritis, ac fundamenta in illa ieceritis, percipere possitis unà cum sanctis omnibus, quæ sit latitudo, longitudo, sublimitas, & profunditas, & semel Christi in uos charitatem omni humana cognitione superiorem intelligere, ut omni plenitudine diuina & perfectione compleamini. Ei autem qui pro ea quam in nos uirtute exercet, omnia isthæc facere & largiri abundantius multo quàm postulare aut intelligere ualemus, potest: sit in Christo Iesu gloria sempiternis seculorum ætatibus.

ARGV-

ARGVMENTVM Cap. 4.

¶ Totũ penè hoc caput paræneses habet: nam primum ad communem pacem hortatus diuersa Christi erga ecclesiã dona in unius corporis coagmentationem enumerat. Deinde veterem hominem exuere, & nouum induere precatus, totus est in formandis illorum moribus.

CAP. IIII.

A OBsecro itaq; uos ego uinctus in domino, ut digne ambuletis uocatiõe qua uocati estis, cũ oĩ humilitate & mã suetudine, cum patiẽtia, supportãtes inuicẽ in charitate, soliciti seruare
Rom. 12.c. unitatem spiritus in uinculo pacis.
1.Co. 12.b. 2 Unum corpus, & unus spiritus, sicut uocati estis in una spe uocationis
B uestræ. Unus dominus, una fides, unum baptisma. Unus deus & pater
Mal. 2.b. omniũ, qui super omnes, & per omnia & in omnibus nobis. 3 Unicui-
Rom. 12.a. q; aũt nostrum data est gratia secun-
1.Co. 12.b. dum mensuram donationis Chri-
2.Co. 10.d. sti. Propter quod dicit, 4 Ascendens
Psal. 67.d. in altum, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. 5 Quòd autem ascendit: quid est, nisi quia & descendit primum in inferiores partes terræ? Qui descendit, ipse est & qui ascendit supra omnes cælos,

1. Dignè ambuletis uocatione. i. pro dignitate uocationis ad quam estis uocati.

2. Unum corpus & unus spiritus, sub. sitis, scilicet sitis unũ corpus mysticum in Christo & ecclesia & unus spiritus, quippe qui uno spiritu potati in baptismo estis. Sitis ergo, inquit, unum corpus & unus spiritus per mutuam animorum consensionem, sicut uocati estis in eadem spe uocationis uestræ, id est, sicut ad eandem spem uocati estis.

3. Unicuique autem. prædicit in corpore mystico diuersa esse dona, prout Christus uariè mensus est & partitus omnibus, neque ea tamẽ unitatem ecclesiæ scindere.

4. Ascendens in altum. Testimonio Dauidis ostẽdit prædictã esse hanc in nos Christi munificentiam. Psal. autem 67. sic habetur, Ascendisti in altũ, cepisti captiuitatem, accepisti dona in hominibus. Paulus nonnullis suo more mutatis secundã personam mutauit in tertiam. Ascendens ergo Christus in altum, id est, in cælũ die ascensionis captiuam duxit captiuitatem. i. mortem & diabolum quos uiribus extinctis captiuos & victos tenebat, vel nos ipsos qui captiui eramus diaboli, ab illo ui eripuit, & secum in spe in amœna paradisi trãstulit.

5. Quòd autem ascendit. Ex ascensu Christi descẽsus etiam meminit:

quid nobis,inquit,innuit ꝙ ascenderit in cælum,nisi ꝙ prius in inferiores partes terræ descenderit? hunc autem descensum quidam accipiunt in vterum virginis,quidam in sepulchrũ,alij(quod præstat) in infernum,quò nimirum descendit,Zacharia teste,vt educeret vinctos suos de lacu,in quo non est aqua.

6. Vt *impleret omnia.* Vel vt compleret omnia,quę de se scripta erant, vel vt omnia perficeret.

7. *Consummationem*, id est, vt sancti & fideles,per eorũ regimen & institutionẽ cõ summati & perfecti euadãt. *In opus ministerii*,vt operentur & laborent in credita sibi administratione.

8. *Donec occurramus omnes*,id est,futuri sunt hi gradus, & ordines in ecclesia, *Donec occurramus omnes in vnitatem fidei & agnitionis filii dei*, id est,donec omnes in Christum credant & agnoscant filium dei,atque ita fiat vnum ouile & vnus pastor. Donec etiam occurramus in virum perfectum & mensuram *ætatis plenitudinis Christi*,quidam hoc referunt,& exponunt vsque ad resurrectionem,in qua ad perfectam ætatem 33.annorum,quæ est Christi ætas,resurgemus. Sed præstat hoc de dei & Christi cognitione intelligere. Omnes enim nos quandiu in hoc mundo agimus,ob vndique fluctuantes hæreseon ventos,& persecutionũ procellas,sumus velut paruuli fluctuãtes,& instabiles,nec satis firmi,obnoxij hominũ nequitiæ & seductioni.& ideo quosdam dedit deus in ecclesia, apostolos, prophetas,pastores,& doctores,qui nos velut paruulos regãt,& instituãt, donec omnes in Christum credant,& cum agnoscant, & *euadamus in virum perfectum*.i. desinamus esse fluctuãtes paruuli, sed perfectã, & solidam fidem habeamus,nullis ventorum flatibus, nullis persecutionum procellis obnoxiam: & perueniamus *ad mensuram ætatis plenitudinis*,id est,plenæ ætatis Christi, id est,quemadmodũ in perfectam ætatem perfectamque membrorum omnium proportionẽ Christus peruenit,ita & nos ad perfectam plenamq; Christi & dei cognitionem perueniamus, & perfecta consummataque sit membrorum

[6] *ut impleret omnia. Et ipse dedit* C
quosdam quidem apostolos, quosdã 1. Co.
autem prophetas,alios uerò euãge- 12.d.
listas,alios autẽ pastores & doctores ad [7] *consummationem sanctorum,in opus ministerij, in ædificationẽ corporis Christi:* [8] *donec occurramus omnes in unitatem fidei & agnitionis filij dei, in uirum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi: ut iam non simus paruuli, fluctuantes, &*

brorum ecclesiæ proportio.sic Oecumenius.Hoc autem ante generalem omniũ resurrectionẽ futurũ nõ est,& ideo hucusq; illi in ecclesia gradus,& ordines duraturi sunt. His ergo verbis nihil aliud hic vult Paulus,nisi ꝙ hierarchicus ordo ecclesiæ vsq; in finem duraturus est,donec perfectis omnibus cesset omnis in terra prelatio.

[9] *circunferamur omni uento doctri* D
næ in nequitia hominum, in astutia ad circunuentionem erroris: ueritatem autem facientes in charitate, [10] *crescamus in illo per omnia qui est caput Christus:* [11] *ex quo totum corpus compactum & connexum per omnem iuncturam subministrationis,secundum operationem in mensuram uniuscuiusque membri,augmentum corporis facit in ædificationem sui in charitate.*

9. *Circunferamur*, περιφερόμενοι. est aũt περιφέρομαι in errorem induci,ac pertur bari.quod significatum hoc loco quadrat.i. dedit nobis deus doctores & apostolos, & prophetas,ne in doctrinę incertitudine fluctuemus ad omnem ventum & consiliũ doctrinæ: & circũferamur, id est,in errorem mittamur per hominũ astutiam,& nequitiam, ad circũuentionẽ erroris, id est,circumuenti, & insidiis intercepti.

10. *Crescamus*. Græcè αὐξήσωμεν. Ambrosius & Hier.interpretãtur,augeam⁹ in illo omnia.i.nos nostraq; ,oĩa in Christo meliora faciamus,à verbo αὔξω, qđ significat augere.ĩterpres futurũ sumpsit ab αὐξάνω,qđ significat crescere.

11. *Ex quo totum corpus*. huius loci ob hyperbatũ subobscuri hic sensus est:quemadmodum spiritus vitalis à capite defluens & cerebro, sensum & energiam quandam membris omnibus impartitur,vnde totũ corpus cum suis membris iuxta cuiusque proportionem crescit & coalescit,modo per diuersas commissuras & iuncturas, neruos,articulos,musculos,& tendones,sibi inuicẽ connexa sint membra,nec ab sese inuicem separata,alioqui influere nõ potest:ita spiritus sanctus à capite nostro Christo manans & procedens,in singula corpis ecclesię mystici mẽbra, vĩ, virtutẽ,& gratias suas cũ quadã energia & efficacia diffundit,modo totũ corpus bene sic cõpactũ,bene.s.inuicẽ cõnexis mẽbris,singuliq; suo loco hærẽtibus, & aĩorũ cõsensione velut quadã iũctura colligatis:ꝑ quã spirit⁹ sancti virtutẽ è capite manãtẽ,totũ corp⁹ ecclesiæ crescit,nõ æqualiter in mẽbris oĩb⁹:sed ꝑ cuiusq; cõditione ac ꝓportione, iuxta qđ diuisit illis spirit⁹ sanct⁹. Chryso.interptat corp⁹ cõpactũ & cõnexũ,corp⁹ ecclesię in Christo adglutinatũ & vnitũ. *Iũctura subministrationis* ex-

ponit ſpiritũ ſanctũ nobis à Chriſto ſubminiſtratũ. Photi⁹ autẽ interpretat πᾶσιν ἀφήν. i. oẽm iũcturã τ̃ πάντων συναφήν. i. oĩm inter ſe cohęrẽtiã & cõnexionẽ: cõnexionẽ verò ſubminiſtrationis, putat eſſe hebraiſmũ, quaſi dicat Paulus, p oẽm inter ſe cõnexionẽ vobis à Chriſto ſubminiſtratã. quia illud p̃ inuicẽ cohæremus, diuinæ ſit largitiõis. Mihi videtur πᾶς ſumi ἀντὶ τοῦ ὅλος. i. omnis, p toto & integro: & hoc modo ſic mihi videtur locus iſte dilucidi⁹ verti poſſe: Ex quo totum corpus compactum & connexum per integram & perfectã membrorum inter ſe connexionẽ, & cohærentiã illis à deo cũ actuoſa efficacia ſubminiſtratam, pro modo & menſura cuiuſq; membri in charitate ad ædificationem ſuiipſius creſcit & coaleſcit. connexionem autem & cohærentiam membrorum inter ſe, qua corpus eccleſiaſticũ coaleſcit, ipſas mentium & animorum conſenſiones debemus intelligere.

¹² *Hoc igitur dico & teſtificor in domino, ut iam nõ ambuletis ſicut & gentes ambulant in uanitate ſenſus* Rom. 1.c. *ſui, tenebris obſcuratũ habẽtes intellectũ, alienati à uita dei per ignorantiã, quæ eſt in illis propter cæcitatem cordis ipſorũ. qui* ¹³ *deſperantes, ſemetipſos tradiderunt impudicitiæ, in operationem immunditiæ omnis,* ¹⁴ *in auaritiã.* ¹⁵ *Vos autem non ita didiciſtis Chriſtũ: ſi tamen illum audiſtis & in ipſo edocti eſtis,*

12. *Hoc igitur dico & teſtificor in domino.* i. hoc iubeo, & teſtificor ĩ domino, hoc eſt (vt Græca ſcholia explicãt) deũ teſtẽ inuoco, hæc me vobis iniũxiſſe, ſequẽtia ſcilicet, vt iam nõ ambuletis, &c. qui locus ſequens eo pacto referretur non ad teſtificor, ſed dico vel iubeo.

13. *Deſperantes.* interpres legit ἀπηλπικότες. i. cùm deſperaſſent vel diffiſi. Nã ἀπελπίζω deſpero ſignificat. Alij legũt ἀπηλγηκότες, qđ vno verbo Latino aptè reddi nõ poteſt. dicũtur autẽ Græcis ἀπαλγεῖν, qui omni dolore ac ſenſu mali vacãt, atq; ad omnẽ naturę ſenſum obſurduerunt, & ſecundum hoc ſenſus eſſet: Qui quum obſurduerint in malis, neq; iã malum ſuũ ſentiãt, vel quũ de miſericordia dei deſperarĩt, ſemetipſos tradiderũt in oẽm immũditiã & auaritiã.

14. *In auaritiam.* Græcè εἰς πλεονεξίαν. amplius autem dicit πλεονεξίαν, quàm auaritia, affectum ſcilicet, alienæ etiam vi & violentia diripiendi.

15. *Vos autem non ita didiciſtis Chriſtum,* id eſt, non ſic edocti eſtis in Chriſto facere. *Si tamen illum audiſtis, &c.* Græcis eſt εἴγε. i. ſiquidem audiſtis: quod confirmãtis eſſe putat Chryſoſtomus: Græca ſcholia putant eſſe poſſe ambigentis, ſic enim aiunt, tu Græca vide ſi voles. Poteſt & hoc quiſpiã inſtar dubitantis accipere, quo videlicet amplius illos perſtringat, quaſi diceret, Ambigo enim ſi is qui Chriſtũ audiit & doctus eſt huiuſmodi perpetret, hoc modo non malè vertit interpres, τὸ tamen.

Colo. 3.b. Rom. 6.a. Colo. 3.b. Heb. 12.a. 1.Pet. 2.a. & 4. a. Zach. 8.c. Pſal. 4.b. Iaco. 4.b.

¹⁶ *ſicut eſt ueritas ĩ Ieſu, deponite uos ſecũdũ priſtinã cõuerſationẽ ueterẽ hominẽ, qui corrũpitur ſecundũ deſideria erroris. Renouamini aũt ſpiritu mentis ueſtræ, & induite nouũ hoĩem, qui ſecundũ deũ creatus eſt in iuſtitia & ſanctitate ueritatis. Propter quod deponẽtes mendaciũ, loquimini ueritatẽ unuſquiſque cũ proximo ſuo: quoniã ſumus inuicẽ mẽbra. Iraſcimini, & nolite peccare.* ¹⁷ *Sol nõ occidat ſup iracundiã ueſtrã. Nolite locũ dare diabolo. Qui furabatur, iã nõ furetur: magis aũt laboret operãdo manibus ſuis quod bonũ eſt, ut habeat unde tribuat neceſſitatẽ patiẽti. Omnis* ¹⁸ *ſermo malus ex ore ueſtro nõ procedat, ſed ſi quis bonus ad ædificationẽ fidei, ut*

16. *Sicut eſt veritas in Chriſto Ieſu.* Græca ſcholia aiũt hũc locũ referri poſſe ad præcedẽtia & ſequẽtia. primo modo ſenſus eſt: ſi tamẽ audiſtis illum & docti eſtis in illo, ſicut in Ieſu eſt omniũ doctrina & veritas: ἀλήθειαν enim ἀντὶ τῆς δικαιοσύνης. i. veritatẽ pro iuſtitia ſumũt: quaſi dicat Paulus, nõ ita didiciſtis viuere in Chriſto, ſi tamẽ illũ audiſtis & in illo docti eſtis, ſicut in eo eſt oĩs veritas & iuſtitia. i. ſicut in illo, nil niſi verè & iuſtè viuere docemur. ſecundo modo ſenſus eſt: nõ ita docti eſtis in Chriſto, ſi tamẽ illum audiſtis & ĩ ipſo docti eſtis (ſicut in ipſo eſt omnis veritas) deponere veterem hominẽ: nã quod interpres vertit, deponite, & paulò pòſt renouamini, & induite, Græcis ſunt infinitiui, qui ſæpe per imperatiuos vertuntur, quomodo interpres vertit: & ita legendo faciendus eſt punctus in Ieſu. *Veterem hominem* verò Paulus appellat, veteres peccandi affectus, *Nouum* autem, nouam mentem Chriſti fide innouatam.

17. *Sol non occidat.* i. ſi vos cõtingat affectione naturali iraſci, ne diutius iram cõcoquatis, ſed ante ſolis occaſum eã ponite. id eſt enim quod ante dicebat ex Pſal. Iraſcimini & nolite peccare. i. ſi vos iraſci contingat, vt ſunt humanæ mentis affectiones: nolite immorari in illa naturali ira, & conſenſum illi præbere.

18. *Sermo malus.* Græcè σαπρὸς, id eſt, ſpurcus & fœtidus.

19. *Con*

19. *Contristare spiritum dei*, id est, illum aduersus vos irritare, & facere vt instar contristati se habeat: in quo spiritu signati estis in die redemptionis, id est, cuius gratia, & charismate *in die redemptionis*, id est, baptismo os nostrum sigillatum est, adeò vt præter eius authoritatem, qui sigillum apposuit, aperire non liceat, quãto minus ad spurca & putida verba?

1. *Nec nominetur*. i. ne nominetur quidem inter vos *Sicut decet sanctos*. i. quẽadmodum par est sanctos & Christianos cuiuscunque turpis verbi & facti expertes esse.

2. *Quæ ad rem non pertinet*. quidã codices habent & puto interpretem vertisse, pertinent: est enim Græcè τὰ ἀνήκοντα. i. indecẽtia, & refertur ad omnia illa vitia prius nominata. vitio autem descriptoris sublatum est τὸ n.

3. *Quod est idolorum seruitus*. noster interpres videtur legisse ὃ ἐστιν εἰδωλολατρεία, sed Græci nunc habent ὃς ἐστιν εἰδωλολάτρης, id est, qui est idololatra, hoc est, idolorum cultor vel seruus.

4. *Filios diffidentiæ*, id est, filios siue homines incredulos & inobedientes.

det gratiam audientibus. Et nolite G
19 contristare spiritũ sanctum dei: in
quo signati estis in die redemptiõis.
Omnis amaritudo, & ira, & indi Colo.
gnatio, & clamor, & blasphemia 3.b.
tollatur à uobis cũ omni malitia. Estote autem inuicem benigni, misericordes, donãtes inuicem sicut &
deus in Christo donauit uobis.

ARGVMENTVM Cap. 5.

¶ *Hoc toto capite paræneses propè sunt Pauli, ad bona opera hortantis, & à peccato dehortantis, mutuámq; viro & vxori amicitiam Christi & ecclesiæ exemplo persuadentis.*

CAPVT V.

Estote ergo imitatores dei A
sicut filij charissimi, et ambulate in dilectione, sicut Ioan.
13.d.
& Christus dilexit nos, et tradidit & 15.
semetipsum p nobis oblationẽ et ho 1.Io.
stiã deo in odorem suauitatis. Forni 4.d.
catio autẽ & oĩs immũditia, aut a Colo.
uaritia 1 nec noĩetur in uobis, sicut 3.a.
decet sãctos: aut turpitudo, aut stul
tiloquiũ, aut scurrilitas, 2 quæ ad rẽ
non pertinet: sed magis gratiarũ a-
ctio. Hoc enim scitote intelligẽtes, q B
omnis fornicator, aut immundus,
aut auarus, 3 quod est idolorũ seruitus. nõ habet hæreditatem in regno 2.Pet.
Christi & dei. Nemo uos seducat 2.d.
inanibus uerbis. propter hæc enim Matth.
uenit ira dei in 4 filios diffidentiæ. 24.d.

Nolite

Mar. Nolite ergo effici participes eorum.
13.a. Eratis enim aliquãdo tenebræ: nũc
Luc. autem lux in domino. Vt filii lucis
21.b. C ambulate. (Fructus enim lucis, est in omni bonitate, & iustitia, & ueritate) probantes quid sit beneplacitum deo: & nolite cõmunicare operibus infructuosis tenebrarum, magis autem redarguite. Quæ enim in occulto fiunt ab ipsis: turpe est & dicere. 5 Omnia autem quæ arguũtur: à lumine manifestantur. omne enim quod manifestatur: lumẽ est. Propter quod dicit, Surge qui dormis, & exurge à mortuis: & illuminabit te Christus. Videte itaque fratres quomodo caute ambuletis,
Colo. non quasi insipientes, sed ut sapien-
4.a. tes: 6 redimentes tempus, quoniam
D dies mali sunt. Propterea nolite fieri imprudẽtes: sed intelligẽtes quæ
rom. sit uoluntas dei. Et nolite inebriari
12.a. uino in quo est luxuria, sed implemi
1.the. ni spiritu sancto, loquẽtes uobismet
4.a. ipsis in psalmis, hymnis, & canticis spiritualibus, cantantes & psallentes in cordibus uestris domino: gratias agentes semper pro omnib9
E in nomine domini nostri Iesu Christi deo & patri. Subiecti inuicem,
Colo. in timore Christi. Mulieres uiris suis
3.c. subditæ sint, sicut domino: quoniam
1.cor. uir, caput est mulieris, sicut Chri-
11.a. stus, caput est ecclesiæ. ipse saluator

5. *Omne enim, &c.* id est, vt inquit Photius, peccata quum arguuntur & per modestam correptionẽ manifesta fiũt, quodammodo lux efficiuntur, dum per pœnitentiam in iustitiam & virtutem conuertuntur. pro hoc enim facit quod allegat ex incerto authore, surge qui dormis, & exurge à mortuis & illuminabit te Christus. sic quorum peccata arguuntur ac illuminante Christo, & ad pœnitentiam agente, de tenebris in lucem euadunt, quodammodo lumẽ efficiuntur.

6. *Redimentes tẽpus, quia dies mali sunt*. non sua substantia, sed hominum malitia. redimi autem tempus dicitur, quando male collocatum in carnalibus desideriis, bonorum operum exercitio sarcimus.

7. L tuacr9

7. *Lauacro aquæ*.i.baptismo.
8. *Mẽbra sumus corporis eius*,id est,ecclesiæ,de carne eius & ossibus eius.i.similem cũ eo carnem habentes:vel de carne & ossibus Christi sumus, *de carne*,id est,ifirmitate humanitatis participantes, & de ossibus diuinitatis latentibus ac solidioribus.i.per gratiæ communicationem nõnihil de diuinitate quæ sub carne latet participantes.
9. *Sacramentum hoc magnum est*.quanquam ad literam de mutua viri,& vxoris coniunctione, & dilectione dicta sint hęc verba,hoc tamẽ magnũ est sacramẽtum,& mysterium.i.sub hac matrimonij ĩstitutione,mysticè Christi, & ecclesiæ latet vnanimis,& indissolubilis cõiunctio. Sicut enĩ patrẽ, & matrẽ relinqt hõ,vt vxori adhęreat,sic quodãmodo patrem hõ fact⁹ dereliquit Christ⁹, sicut ipse ait, Exiui à patre, & veni in mũdũ,nõ per desertionẽ diuinitatis, sed humanitatis assumptionem,& matrẽ synagogã cui quatenus Iudę⁹ suberat,dereliqt, vt vxori suæ.i.ecclesiæ gentium adhæreret.
10. *Verũtamen & vos singuli*. Græcis & Latinis deest aliqd hic supplẽdum,quale est vos singuli id præstate,aut aliud simile.

corporis eius.Sed sicut ecclesia subiecta est Christo:ita & mulieres uiris suis in omnibus. Viri diligite uxores uestras:sicut & Christus dilexit ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea:ut illam sanctificaret,mũdans eam⁷ lauacro aquæ in uerbo uitæ, ut exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam non habentem maculam,aut rugam,aut aliquid huiusmodi,sed ut sit sancta & immaculata. Ita & uiri debent diligere uxores suas,ut corpora sua. Qui suam uxorem diligit:seipsum diligit. Nemo enim unquam carnem suam odio habuit: sed nutrit & fouet eã, sicut & Christus ecclesiã, quia⁸ mẽbra sumus corporis eius: de carne eius & de ossibus eius. Propter hoc relinquet homo patrem & matrẽ suam: & adhærebit uxori suæ: & erunt duo in carne una. ⁹Sacramentum hoc magnum est,ego autem dico in Christo & ĩ ecclesia. ¹⁰ Verũtamen, & uos singuli unusquisque uxorem suam sicut seipsum diligat: uxor autem timeat uirum suum.

Colo. 3.c. 1. Pe. 3.a. Colo. 3.c. F Gen. 2.d. Mat. 19.a. Mar. 10.b. 1. cor. 6.d

ARGVMENTVM Cap.6.

¶ *Parentes, liberos & seruos instituit, & aduersus diaboli insidias diuina armatura munit, obsecrans interim sua gratia precationes illos facere de rebus suis per Tychicum certiores futuros:quibus tandem*

dem bene precatus epistolam claudit.

CAPVT VI.

A Colo. 3.d. Exo. 20.c. Deu. 5.c. Eccl. 3.b. Mat. 15. a. Mar. 7.b. Colo. 3.d. Tit. 2.c. 1. Pe. 2.c.

FIlii,obedite parẽtibus uestris in domino.hoc enim iustum est. ¹Honora patrem tuum & matrem tuam:quod est mandatum² primum in promissione, ut bene sit tibi, & sis lõgæuus super terram. Et uos patres,nolite ad iracundiam prouocare filios uestros:sed educate illos in disciplina,& correptione domini. Serui obedite dominis carnalibus, cum timore,& tremore in simplicitate cordis uestri,sicut Christo: ³non ad oculum seruientes,quasi hominibus placẽtes,sed ut serui Christi,facientes uoluntatem dei,ex animo: cum bona uoluntate seruiẽtes, sicut domino,& non hominibus.

B Deu. 10.d. 2.Pa. 19.c. Iob 34.b. Sap. 6.b. Eccl. 35.b Rom. 2.b.

Scientes quoniã unusquisque quodcunque fecerit bonum:hoc recipiet à domino,siue seruus,siue liber. Et uos domini,eadem facite illis,remittentes minas,scientes quòd & illorum & uester dominus, est in cælis:& personarum acceptio non est apud eum. De cætero fratres,⁴ confortamini in domino, & in potentia uirtutis eius. Induite uos armaturam dei: ut possitis stare aduersus insidias diaboli. Quoniam non est nobis colluctatio aduersus⁵ carnẽ

1. *Honora patrem tuum*.honorandi verbum hoc loco non tam pro reuereri & venerari sumitur quàm pro illis benefacere, & omnem debitã operam præstare.
2. *Primum in promissione*,quia primum est cui adiecta sit promissio.

3. *Non ad oculum seruientes*.i. non tantum in præsentia vt gratiam dominorum simulata animi prõptitudine ineatis, *quasi hominibus placentes*.i. quasi hominum tantũ inituri gratiam,sed vt Christi serui, qui mentis affectũ nouit.

4. *Confortamini*.i.roborami ni & fortes estote.

5. *Carnẽ & sanguinem*,id est, mortales homines.quomodo Christus ait Petro, Caro & sanguis non reuelauit tibi.i.nullus hominum.

6. *Spiri-*

6. *Spiritualia nequitiæ.* i. spirituales nequitias in cælestibus, quia in aere, quod cælū dicitur, habitant & dæmones.

7. *Resistere in die malo.* i. difficili tempore, quoties obruerint tentationes: vel ī die malo, id est, iudicij, qui dicitur dies furoris. *& in omnib⁹ perfecti stare.* Græcè καὶ ἅπαντα κατεργασάμενοι, στῆναι, id est, omnibus perfectis & confectis quibus ad hoc bellū opus est, stare & subsistere possitis.

8 *Instantia* προσκαρτέρησις, i. perseuerantia.

9. *Notum facere*, id est, vt notum faciam.

& sanguinem: sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra [6] spiritualia nequitiæ in cælestibus. Propterea accipite armaturam dei: ut possitis [7] resistere in die malo, & in omnibus perfecti stare. State ergo succincti lumbos uestros in ueritate, & induti loricam iustitiæ, & calceati pedes in præparationem euangelii pacis: in omnibus sumentes scutū fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere, & galeam salutis assumite: & gladiū spiritus, quod est uerbum dei, per omnem orationem & obsecrationem orantes omni tempore in spiritu: & in ipso uigilantes in omni [8] instantia, & obsecratione pro omnibus sanctis: & pro me, ut detur mihi sermo in apertione oris mei cum fiducia, [9] notū facere mysterium euangelii, pro quo legatione fungor in catena ista, ita ut in ipso audeā, prout oportet me, loqui. Vt autem & uos sciatis quæ circa me sunt, quid agam: omnia uobis nota faciet Tychicus charissimus frater & fidelis minister in domino, quem misi ad uos in hoc ipsum, ut cognoscatis quæ circa nos sunt, & consoletur corda uestra. Pax fratribus & charitas cum fide à deo patre nostro, & domino Iesu Christo. Gratia cum omnibus qui diligunt dominum nostrum Iesum Christum in incorruptione. Amē.

Gal. 2.b. Colo. 3.d. Act. 10.e. 1.Pe. 1.c. C 1.the. 5.b. Esa. 59.c. Colo. 4.a. 2.the. 3.a. D

Argumen

PHilippenses Macedoniæ partem occupant, à Philippis vrbe, quam Philippus Macedō condidit sic appellati. hi quum à Paulo edocti verbum euangelii suscepissent, permanserunt in eo: nec pseudapostolos receperunt, qui quum secundò vinctum Paulum audissent, per Epaphroditum necessariæ illi suppeditarunt, per quem ad eos scribit Paulus, consolans eos, & eorum fidem laudans, simulq; ad mutuam charitatem cohortans, & aduersus pseudapostolos confirmans.

EPISTOLA
DIVI PAVLI AD PHIlippenses.

ARGVMENTVM Cap. 1.

¶ Suum erga Philippenses affectum ostēdens, asserit nihil ex suis vinculis euangelio decessisse, quin accessisse multum. Se verò pro euāgelio mortem nihili facere, etsi illorum gratia viuere optat, quibus ad patienter ferendas afflictiones Christum non defuturum affirmat.

CAP. I.

PAulus & Timóthe⁹ serui Iesu Christi: omnibus sanctis in Christo Iesu, qui sunt Philippis cum [1] episcopis, & diaconis, gratia uobis & pax à deo patre nostro, & domino Iesu Christo. [2] Gratias ago deo meo in omni memoria uestri semper in cunctis orationibus meis pro omnibus uobis: cum

1. *Episcopis & diaconis.* Episcopos hoc loco presbyteros vocat. nam actorum 20. ijdē Ephesinæ ecclesiæ ministri, presbyteri vocantur & episcopi.

2. *Gratias ago, &c.* gratias, inquit, ago deo meo in omni memoria vestri. i. semper iugem vestri memoriā habēs, super communicatione vestra in euangelio, vel vt Græci habent ἐπὶ τῷ εὐαγγελίῳ, id est, in euangelium, id est, super beneficētia vestra quā hactenus ex quo credidistis, in euangelium, & euangelij ministros contulistis. vel vt etiam Græca scholia exponunt, *super communicatione vestra in euangelio.* i. super eo & cum aliis nationibus communicastis & participastis ī euangelio apprehendendo

3. *Sicut.*

3. *Sicut iustum est*.i.sicut æquum est me de vobis existimare, *quòd vos in corde habeam*.i.mihi amicissimos,& in vinculis meis,& in defensione,& confirmatione euangelij,gaudij mei socios,& consortes. Nã hic ὡς esse superfluit, vt sæpe Grecis ὁ εἶναι,id est,quum nouerim vestrã constantiã in euãgelij defensione,iure existimare debeo vos à deo nequaquam deserendos,quinimò confidere,quòd quæ bona in vobis cœpit operari,perseuerabit vsque in aduentum Christi.

4. *Esse in visceribus Christi*.i. intime à Christo amari: Græci non habent verbum esse, & ita exponunt,testis est mihi deus, ℘ vos omnes amẽ in visceribus Christi, id est, amicitia quæ est in Christo.

5. *In omni scientia & sensu*.oro,ĩqt, vt charitas vestra ĩui cẽ magis ac magis abũdet, *in omni scientia & sensu*. i.cũ perfecta discretione & iudicio, *vt probetis potiora & meliora*. i. vt Græci dicunt, nequãdo amicitia iungamini cum hæreticis,& improbis. quidam interpretantur scientiam,mysteriorum cognitionem : sensum,rerũ agendarum prudentiam.

6.*Ita vt vincula mea manifesta fierent*,id est, celebria ĩ Christo. quidam interpretantur in Christo per Christum: vt vincula mea non obscuro loco mãserint, sed per Christum manifesta facta sint, qui vult non latere fideles *gaudio deprecationem faciens super communicatione uestra in euangelio Christi à prima die usque nũc. confidens hoc ipsum, quia qui cœpit in uobis opus bonum,perficiet usque in diẽ Christi Iesu.* 3 *sicut est mihi iustum hoc sentire pro omnibus uobis:eo quòd habeam uos in corde & in uinculis meis,& in defensione & confirmatione euangelii,gaudii mei omnes uos socios esse. Testis enim mihi est deus,quomodo cupiã* B *oẽs uos* 4 *esse in uisceribus Iesu Christi. Et hoc oro,ut charitas uestra magis ac magis abundet* 5 *in omni sciẽtia, & in omni sensu : ut probetis potiora,ut sitis synceri & sine offẽsa in diem Christi,repleti fructu iustitiæ per Iesum Christum,in gloriã & laudem dei. Scire autẽ uolo uos fratres,quòd quæ circa me sunt,magis ad profectum uenerunt euangelii:* 6 *ita ut uincula mea manifesta fierent in Christo,ĩ omni prætorio & in cæteris omnibus,ut plures è fratribus in domino confidentes in uinculis meis,abundantius auderent sine timore uerbum dei loqui. Quidã quidem, & propter inuidiam & contentionem: quidam autem & propter bonam uoluntatem Christum prædicant. Quidam ex charitate:scientes quoniam in defensionem euangelii positus sum.* C *quidam autem ex contentione Christum annunciant non syncerè:existimantes pressuram se suscitare uĩculis meis.* 7 *Quid enim? Dum omni modo siue per occasionem, siue per ueritatem Christus annũcietur: & in hoc gaudeo,sed & gaudebo.* 8 *Scio enĩ quia hoc mihi proueniet ad salutem, per uestram orationem & subministrationem spiritus Iesu Christi, secundum expectationem & spem meã, quia in nullo confundar, sed in omni fiducia sicut semper, & nunc ma*

suos testes.alij exponunt,vt vincula mea in Christo,id est,quæ ob Christum patior,manifesta fierent in prętorio & palatio Neronis, ac cæteris omnibus locis:adeò vt meo malo,& exemplo confirmati fratres,liberius euangelium prædicarent,licet alia & alia ratione. Quidam enim per inuidiam volentes sibi discipulos facere, & tot indies Paulo accedere inuidentes:quidam ex contentione, vt Paulo inimicũ Neronem facerent, tanquã huius prædicationis autori. vnde ait *existimantes pressurã se suscitare vinculis meis*,id est, præter vincula & carceres, varijs me oppressionibus affligere.

7. *Quid enim*? sub. mea refert ? dũmodo Christus annuncietur,quacunque id ex causa fiat,siue mei odio,siue inuidia.

8. *Scio enim quia hoc*, id est, scio quòd & inuidia & odium eorum qui Christum predicant,mihi cessura sunt in bonum:si quidem vestris me orationibus adiueritis, & per eas spiritum Iesu mihi impetraueritis. secundũ expectationem & spem meam,id est,prout valde expecto & certò confido : *quia in nullo confundar*,id est,nullius me rei pudebit ob Christum,quinimò cum omni fiducia & constantia sicut hactenus à me factum est,magnificabitur Christus,id est,glorioſus prædicabitur in corpore meo, *siue per mortem siue per vitam*, id est,siue mihi mortem procurarint aduersarij tunc in corpore meo,per constantem mortis tolerationem magnificabitur Christus : siue eorum odia & insidias euasero, magnificabitur etiam in eodem corpore Christus,quod ab eorum insidijs toties liberauerit.

9. *Mihi enim viuere Christus est*, id est, quod viuo, propter Christũ & per Christum viuo, sicut ad Galat. ait, Quod enim viuo in carne, in fide viuo filij dei. vita enim mea Christus est, mori autem lucrũ. id est, mortem lucro ducam, per quam ab iis assertus miseriis æternum cum Christo viuam.

10. *Quod si viuere in carne*, i. quòd si vita mea fructum allatura est per euangelicam prædicationem (nequis vitæ illum tædio teneri putaret) &, id est, etiam quid eligam ignoro, quinimò coartor & angustior vtrum de duobus malim: vna ex parte cupiens per mortem dissolui & esse cum Christo, quod (si mea tantum commoda specto) multo mihi melius est: alia autem ex parte permanere in carne necessariũ, propter vos, id est, vitam meam necessariã vobis puto, quapropter cõfido me seruatũ iri vobis *ad profectum vestrum*. i. vt proficiatis, & *gaudium fidei vestræ* id est, vt de vestra inuicem fide gaudeamus & *vt gratulatio vestra in me*, siue vt Græci dicunt καύχημα, id est, gloriatio, *abundet in Christo Iesu*, id est, vt abunde mihi gratulari, vel de me in Christo gloriari possitis per meũ aduentum, quòd vestri gratia seruatus sim & liberatus.

gnificabitur Christus in corpore meo, siue per uitam, siue per mortem. 9 *Mihi enim uiuere Christus est: & mori lucrum.* 10 *Quòd si uiuere in carne, hic mihi fructus operis est: & quid eligam, ignoro. Coartor autem è duobus: desiderium habens dissolui & esse cum Christo, multo magis melius: permanere autem in carne necessarium propter uos. Et hoc confidens, scio quia manebo & permanebo omnibus uobis ad profectum uestrum & gaudium fidei: ut gratulatio uestra abundet in Christo Iesu in me, per meum aduentum iterum ad uos. Tantùm* 11 *digne euangelio Christi conuersamini: ut siue cum uenero & uidero uos, siue absens, audiam de uobis,* 12 *quia statis i uno spiritu, unanimes collaborantes fidei cuãgelii, & in nullo terreamini ab aduersariis,* 13 *quæ illis est causa perditionis: uobis autem salutis, & hoc à deo. Quia uobis donatum est pro Christo, non solum ut in eum credatis, sed ut etiam pro illo patiamini, idem certamen habẽtes quale & uidistis in me, & nũc audistis de me.*

11. *Dignè euangelio*, id est, quemadmodum par est viros euãgelicos.

12. *Quia*, id est, quòd.

13. *Quæ est illis causa, &c.* id est, quod vos terrent & affligunt, perditionis illis causa est, vobis salutis, & hoc dei gratia, qui vobis dedit non solum vt Christo credere, sed vt pati pro eo possitis: idem certamen habentes, id est, eandem pro Christo tribulationem expectantes, qualem me sustinere vidistis & audistis.

1. *Si qua societas spiritus*. i. si mecũ aliquã spiritus sancti communicationem accepistis, si qua viscera miserationis: Græci paulò secus habent, scilicet εἴτις στωλάγχνα, καὶ οἰκτιρμοὶ, & constanter penè omnes Græci sic habent, Veronensis codex, Aldinus. Dionysianus autem habet τὶ. Germani soli propter incõmodum solœcismi, mutauerunt εἴτις ἴ εἴτινα: sensus ergo Græcorum est, si qua viscera & miserationes. interpres legit στωλάγχνα οἰκτιρμῶ, id est, viscera miserationis. est autem idem sensus: si qua est in vobis charitas & mei miseratio, *implete gaudium meum*, id est, consummate & perficite *vt idẽ sapiatis*. Græcè φρονεῖτε, id est, perĩde sentiatis, nec sint in vobis schismata, hoc est, quod paulopost ait, idipsum sentientes, id est, non diuisi affectionibus aut opinionibus, nihil per contentionem neque per inanem gloriam, subaudi fiat.

2. *Superiores sibi inuicem arbitrantes*, id est, nolite inflari & extolli, sed vnusquisque alterũ præstantiorẽ se existimet.

ARGVMENTVM *Cap. 2.*

¶ *Ad concordiam & Christi exemplo ad humilitatem & obedientiam eos inuitat. Timotheum quoque & Epaphroditum pollicetur se ad eos missurum, illorum studium & affectum erga illos & seipsum insinuans.*

CAP. II.

A SI qua ergo consolatio in Christo, si quod solatiũ charitatis, 1 *si qua societas spiritus, si qua uiscera miserationis: implete gaudium meum, ut idem sapiatis, eadem charitatem habentes, unanimes, idipsum sentientes. nihil per contentionem, neque per inanem gloriam: sed in humilitate,* 2 *superiores sibi inuicem arbitrantes:* 3 *non*

3. *Non quæ sua sunt, &c.* i. non tam propriæ vtilitati consulentes q̃ alienæ. nam τὰ ἑαυτῶν σκοπεῖν Græci dicunt, consulere rebus suis.

4. Hoc *sentite in vobis*, id est, sic afficiamini erga vos, quomodo sibi affectus fuit Christus: qui nequaquam suis commodis studens, sed patris gloriam, & nostrā quærens vtilitatē, exinaniuit semetipsum.

5. *Qui cum in forma dei esset*, id est, in eadem cum patre substantia. Formam enim hoc loco & Græcum verbum μορφὴν interpretatur Chrysostomus, formam substantialem. cumergo ī forma dei esset & consubstantialis, atque adeo coæqualis deo patri, *non rapinā arbitratus est esse se æqualem deo*. Photi⁹ iterpretatur hoc modo, quod quis rapuit, id celari se non vult, neque vel ad tempus ab sese amandare, timens ne si diutius celetur, perdatur ac sibi pereat, non valens rem vendicare vt suam: quod verò propriū habet, facile id celari sinit, quia quum volet in medium producet. Itaque Christus connaturalem sibi ac maximè propriam cum patre æqualitatem facile celauit vsque ad formam serui humiliatus, qui aliquoties se deū deique filium ante resurrectionem prædicari vetuit, sciens hanc cum patre æqualitatem non esse rapinam, nec se eam violenter sibi vendicare, atque ideo eam facilè celauit, quam quoties visum esset, manifestaret. Mihi videtur hic posse esse sensus, ad quem accedunt Ambros. & Primasius, q̄ Christus quū in forma dei esset. i. eiusdē cū deo substantiæ & proinde deo æqualis, atq; ideo talis rerū oīm dominationē haberet, nihil sibi vēdicauit potestatis, neq; eā cū patre æqualitatē apud homines imperiosè venditauit, sed exinaniuit & semet humiliauit, *Formā serui accipiēs*. i. hominis naturā assumēs, *in similitudinē hominum factus*. i. tanquā homo factus, nō q̄ vel similitudinis verbū, vel *tanquā* neget eum hominem factum, sicut neque Ioan. 1. *Ā* quasi, vidimus gloriā eius quasi vnigeniti à patre, nō q̄ verè nō esset vnigenitus dei patris filius, sed quomodo solem⁹ loqui, si regē viderimus regali sceptro & habitu incedentē, & dicere, incedit tanq̄ rex, non q̄ negemus eū verè regē esse, sed quia qualis ipse est rex ver⁹, ita ī cedit. sic dicitur Christ⁹ ī similitudinē hoīm fact⁹ i. planè instar hoīm ac verus hō fact⁹, *& habitu inuētus vt hō*. i. ī forma hoīs. i. perinde ac vnus quis ex hoībus, qđ ad naturā attinet, nō ad cōtractū vitiū. Ista aūt tria, formā serui accipiēs, in similitudinē hoīm fact⁹, habitu inuētus vt hō, idē sonāt, nimirū q̄ Christ⁹ eandē habens cum patre naturam, quum posset sibi connaturalē cum patre æqualitatē vēdicare, & sine iniuria ac rapina tribuere: vt hūilitatis nobis præberet exēplū, exinaniuit semetipsū & vsq; adeo deiecit, vt nostra causa hoīs naturā & seruī assumere nō erubuerit, q̄ se p̄ter oīm iniuriā deū ac dominū oīm ostētare poterat.

quæ sua sunt singuli considerantes: 1. Co. 13. b.
sed & ea quæ aliorum. 4 *Hoc enim sentite in uobis, quod & in Christo Iesu,* 5 *qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem deo. Sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens, in similitudinem hominū factus, & habitu inuentus ut homo. Humiliauit semetipsum, factus obediens usque ad mortem: mortem autem crucis. Propter quod & deus exalta-* Hebr. 2. b.

B
uit illum: & 6 *donauit illi nomē qđ est sup oēs nomē: ut in nōie Iesu oē genu flectatur, cælestiū, terrestriū,* Rom. 14. b. Esa. 45. d.
& infernorū. & oīs lingua cōfitea tur, quia domin⁹ Iesus Christus in gloria est dei patris. Itaq, charissimi mei, 7 *sicut sēper obedistis, nō ut ī præsentia mea tātū, sed multò magis nūc ī absentia mea: cū metu & tremore uestrā salutem operamini.* De⁹ *est enī qui operatur ī uobis & uelle & perficere, pro bona uolūta* 1. Pe. 4. c.
te. Oīa aūt facite 8 *sine murmuratio nibus, & hæsitationibus: ut sitis si ne querela: & simplices filii dei, sine reprehēsione in medio nationis prauæ & peruersæ. ūter quos lucetis sicut luminaria in mūdo: uerbū*
C
uitæ cōtinētes ad gloriā meā in die Christi. quia non in uacuū cucurri: neq; ī uacuū laboraui. Sed⁹ etsi īmolor supra sacrificiū & obsequiū fidei uestræ: gaudeo, & congratulor

6. *Donauit illi nomē*. s. Iesu, nō q̄ ante īcarnationē Iesus. i. saluator nō esset, sed qa nōdū illud nomē à patre sibi p̄ angelum impositum esset.

7. *Sicut semper obedistis*. sic mihi videt ordināda lectio, opamini vestrā salutē. i. q̄ ad eā spectāt, nō vt ī præsētia mea tātū, sed multò magis nūc in absentia. i nō me p̄sente tātū, sed etiā absente, sicut sem per antea obedistis.

8. *Sine murmurationibus*. i. no lite aduersus mādata superiorū murmurare, aut hęsitare: sed qđ illi iusserint incunctāter nihil hæsitātes facite *vt sitis sine querela*. Grec. ἄμεμπτοι. i. tales de qb⁹ cōqri nō possint, *& simplices*. i. synceri filii dei ī medio natiōis prauę. i. īfideliū, *verbū vitæ cōtinētes*. i. cōseruātes ī vobis, ī diē Christi. i. vsq; ad iudiciū, *ad gloriā meā*. i. adeo vt gloriari de vobis possī, ī qb⁹ nō frustra laboraui.

9. *Si immolor, &c*. i. si cōtingat me immolari, ppter vos, quos tāquā spūalē hostiā & sacrificiū deo immolaui & obtuli: quidē τὸ immolor, nō ad instātē mortē referūt, ppter id qđ ante dixit, Scio q̄ manebo & cōpermanebo omībus vobis, sed ad quotidianas afflictiones, de quibus alibi ait, quotidie morior per vestram gloriam.

10. *Quæ*

10. Quæ circa vos sunt, id est, mox vt de rebus vestris videro ac certior factꝰ fuero, sic paulò pòst, mox vt videro quæ circa me sunt, id est, quo modo res habeãt meæ.

11. *Quod ex vobis deerat erga meum obsequium*, id est, mei, pasiuè, & est sensus, vt vestri in me officij defectum suppleret. Est enim Græcè eisdem penè verbis, ἵνα τὸ ὑμῶν ὑστέρημα τῆς πρὸς μὲ λατρείας, id est, vt impleret id quod deerat vestri in me officij. Photius interpretatur hoc modo: missis quæ mihi opus erant, & absentis meministis, ac vestram beneficentiam ostenditis: supererat ad hæc omnia vt à vobis ad me missa recuperarem, & hoc solum deerat: & hoc ille impleuit, quando vestra ad me munera allaturus ad mortem vsq; accessit. i. morti fuit proximus, tradens animam suam vt impleret, &c. ꝙ autẽ interpres vertit tradẽs animã, aliter legisse videtur: Græca habẽt παραβαλλευσάμενος τῇ ψυχῇ. i. animæ siue vitæ suę nõ bene cõsultũ volens, hoc est, vitæ suæ ratione nõ habita.

oĩbꝰ uobis. Idipsũ aũt & uos gaude Act. 16.d
te, & congratulamini mihi. Spero
aũt ĩ domio Iesu, Timótheũ me cito
mittere ad uos: ut & ego bono ani-
mo sim, cognitis[10] *quæ circa uos*
sunt. Neminem enim habeo tam u-
nanimem, qui syncera affectione ꝓ
uobis solicitus sit. Omnes enim quæ
sua sunt quærunt: non quæ sunt Ie-
su Christi. Experimentum autem
eius cognoscite, quia sicut patri fili-
us mecum seruiuit in euangelio.
Hũc igitur spero me mittere ad uos:
mox ut uidero, quæ circa me sunt.
Confido autem in domino, quoniã
& ipse ueniam ad uos cito. Neces-
sarium autem existimaui, Epaphro D
ditum fratrem & cooperatorem et
commilitonem meum, uestrum au-
tem apostolum & ministrum ne-
cessitatis meæ, mittere ad uos: quo-
niam quidem omnes uos desidera-
bat: & mœstus erat, propterea ꝙ
audieratis illum infirmatum. Nam
& infirmatus est usque ad mortẽ:
sed deus misertus est eius, non solũ
autem eius, uerumetiam & mei: ne
tristitiam super tristitiam haberem.
Festinantius ergo misi illũ: ut uiso eo
iterũ gaudeatis, & ego sine tristitia
sim. Excipite itaq; illũ cũ oĩ gaudio
in domino: & eiusmodi cũ honore
habetote. quoniã ꝓpter opꝰ Christi, usq; ad mortẽ accessit: tradẽs
animã suã, ut impleret id[11] *qđ ex uobis deerat erga meũ obsequiũ.*

ARGV-

ARGVMENTVM Cap. 3.

¶ *Etsi in carne gloriari posit, omnem tamen gloriationem excludit, præterquam in Christo, propter quam & iustitiam fidei assequendã, carnalia omnia nihilifecerit, rectà ad cæleste brauium cõtendẽs. Deinde notatis hæreticis ad sui imitationem Philippenses inuitat.*

CAPVT III.

A E cætero *fratres mei,*
D *gaudete in domino.*[1] *Eadem uobis scribere, mihi*
quidem non pigrum: uobis autem
necessarium. uidete canes,[2] *uidete*
malos operarios, uidete concisionẽ.
Nos enim sumus circuncisio, qui spi-
ritu seruimus deo: & gloriamur in
Christo Iesu, & non in carne fiduci-
am habentes, quanquã & ego ha-
B *beam confidentiam in carne. Si quis*
alius uidetur cõfidere in carne, ego
Act. 23.b. *magis: circuncisus octauo die, ex ge-*
nere Israel, de tribu Beniamin, He-
bræus ex Hebræis, secundum legem
pharisæus, secundum æmulationem
persequens ecclesiam dei, secundum
iustitiam quæ in lege est, conuersa-
tus sine querela. Sed quæ mihi fue-
runt lucra, hæc arbitratus sum pro
pter Christum detrimenta. Verun-
tamen existimo omnia detrimentũ
esse propter eminentem scientiam
Iesu Christi domini mei: ꝓpter quẽ
[3] *omnia detrimentum feci, & arbi-*
tror ut stercora, ut Christum lucri-

1. *Eadem uobis scribere*, id est, hæc ipsa quæ dicturus sum vobis scribere non est mihi graue aut molestum, neque grauatim id facio. ὀκνηρὸς enim dicitur, qui grauatim aliquid facit, vobis autẽ necessarium est.

2. *Videte malos operarios*. i. ob seruate & ab illis cauete. Operarios autem non vocat hoc loco bonorum operum assertores (vt hic hæretici mentiuntur) sed sui similes hæreticos. Neque enim simpliciter operarios dixit, sed malos operarios. Nã & Timotheum vult esse operarium inconfusibilem. *Concisionem* autem circuncisionis assertores Iudæos vocat, dedignatus circuncisionẽ appellare, Nos enim, inquit, vera circuncisio sumus, qui spiritu deum colimus, neq; gloriamur *in carne*. i. vel secta carnis pellicula, vel in generis nobilitate, quod sanè possem circuncisus & ipse, & genere Hebræus & pharisęus, & legis æmulator, etiam cõtra dei ecclesiam, & in lege irreprehensibilis. Id enim significat, sine querela.

3. *Omnia detrimentum feci*, id est, rerum omnium iacturã feci, & arbitror vt stercora. Græcè, σκύβαλα quæ nonnulli rudera significare dicunt. i. dirutorum ædificio-

rum comminutos lapides, alij abiecta inteſtina, ſic dicta, ἀπὸ τῆ βάλλειν τοῖς κυσὶν βάλλεσθαι. i. ꝙ canibus proiiciãtur. Photius interpretatur σκώβαλα ſtipulam frumenti, comparationem illius cum lege faciens. Quemadmodum enim neceſſaria eſt ſtipula, donec creuerit triticum, & ſeparatum inde fuerit, ita Chriſto qui fuit verum granum frumenti, nondum nato, & in legis ſtipula latente, vtilis erat lex. Vbi autem per paſſionẽ & reſurrectionem collectũ eſt nobis hoc granũ, & per aſcenſionem in horrea æterni patris reconditum, ad nihil amplius vtilis fuit legis culmus & ſtipula,

faciam,[4] *ut & inueniar in illo non habens meam iuſtitiam quæ ex lege eſt, ſed illam quæ ex fide eſt Chriſti, quæ ex deo eſt iuſtitia in fide ad cognoſcendum illum, & uirtutem reſurrectionis eius, & ſocietatem paſſionum illius: configuratus morti eius, ſi quo modo occurram ad reſurrectionem quæ eſt ex mortuis.* [5] *Non quòd iam acceperim, aut iam perfectus ſim: ſequor autem, ſi quo modo comprehẽdam, in quo & cõprehenſus ſum à Chriſto Ieſu. Fratres, ego me non arbitror compre-* C

4. *Vt & inueniar in illo, &c.* Locus hic admodum hyperbaticus eſt. Mihi ita videtur ordinanda lectio, vt inueniar in illo. i. per illius gratiã, *cõfiguratus morti eius.* i. mortẽ illi[9] imitatus eſſe & exp̃ſsiſſe. i. vt ſicut ille noſtra gratia mortuus eſt, ita mihi contingat pro veſtra aliorumq; vtilitate ipſiusq; gloria mori, *ſi quo modo.* i. aliquo modo, *occurram ad reſurrectionẽ quæ eſt ex mortuis.* i. particeps fiam ipſius glorioſæ iuſtorum reſurrectionis. Quæ verò intercedunt, per parentheſim legenda ſunt, vt ſit ſenſus, Omnia nihili feci, vt lucrifaciam Chriſtum, & illius morti configuratus tandem inueniar, vt reſurrectionis quoq; ipſius & iuſtorum particeps eſſe poſsim: *non habens.* i. non præferens iuſtitiam legis, aut in ea cõfidens, ſed gratuitam iuſtificationẽ in fide, ad cognoſcendum illum, per quam fidem & illum agnoſcã, & virtutem reſurrectionis eius & paſsionum eius *ſocietatem*, Græcè, κοινωνίαν. i. ad cognoſcendum quomodo afflictionum illius & paſſionis conſors & particeps eſſe poſsim.

5. *Non quod acceperim*, id eſt, non hoc dico quòd iam brauium acceperim, quinimò ſector ſi quo modo illud comprehendere poſsim, in quo & comprehenſus ſum, id eſt, per prædicationem euangelij, in qua & ob quam comprehenſus ſum à Chriſto, ſic enim Græci explicant, qui me fugientem & reluctantem comprehendit ac ſibi mancipauit.

6. *Vnum autem*, ſubaudi, ſtudeo & conor, quæ retro ſunt obliuiſcens, id eſt, & præteritam vitã & carnalia penitus omnia. nam retro eſſe dicuntur carnalia, prout Chriſtus docuit Luc. 9. Nemo mittẽs manum ſuam ad aratrum & reſpiciens retro, aptus eſt regno dei. Et extẽdẽs meipſum *ad priora.* i. ad ꝓpoſita cæleſtia præmia, *ad deſtinatum*, ſiue vt Græci habent, ad ſcopũ perſequor, nimirum ad brauium. i. præmium ſupernæ vocationis.

hendiſſe.[6] *Vnum autem quæ quidẽ retro ſunt obliuiſcens, ad ea uerò quæ ſunt priora extẽdens meipſum, ad deſtinatũ perſequor, ad brauiũ ſupernæ uocationis dei in Chriſto Ieſu. Quicunque ergo perfecti ſumus,*[7] *hoc ſentiamus: & ſi quid aliter ſapitis, & hoc uobis deus reuelabit.*[8] *Verũtamen ad quod peruenimus, ut idem ſapiamus, in eadẽ permaneamus regula. Imitatores mei eſtote fratres: & obſeruate eos qui ita ambulãt*[9] *ſicut habetis formã noſtrã. Multi enim ambulãt quos ſæpe dicebã uobis (nunc aũt & flens dico) inimicos crucis Chriſti, quorũ finis interitus: quorũ deus, uẽter eſt, & gloria in confuſione ipſorũ, qui terrena ſapiunt. Noſtra autem con-* D

Rom. 16. c.

7. *Hoc ſentiamus.* i. intelligamus nos nondum comprehendiſſe: vel ita ſentiamus. i. ſic ſapiamus, *vt quæ retro ſunt.* i. carnalia, obliuiſcamur, & ad priora potioraque bona contendamus. *quòd ſi quid aliter ſapitis.* i. aliter iudicatis, .ſ. vos comprehendiſſe, vel non ſic affecti eſtis, vt quæ retro ſunt obliuiſcamini, deus vobis reuelabit vel ea obliuiſcenda, vel vos nondum comprehendiſſe.

8. *Verumtamen ad quod.* Græci non multo clariorem lectionem habent, videlicet, πλὴν εἰς ὃ ἐφθάσαμεν τῷ αὐτῷ στοιχεῖν κανόνι, τὸ αὐτὸ φρονεῖν, id eſt, veruntamen in id quo iam peruenimus recto ordine, eadem regula progrediamur, idem ſapiamus, vel vnanimiter inuicem affecti ſimus. eſt enim στοιχεῖν, ſuo & proprio ordine progredi. ſenſus ergo eſt, in fidem quo iam peruenimus eadẽ regula, recto ordine progrediamur, eadẽ ſcilicet habentes regulam, & idẽ inuicẽ ſentientes. vel in regula fidei quo iã peruenimus recto ordine vt decet progrediamur, non ſapientes ſuprà quàm oportet, ſed cum moderatione. Græca ſcholia exponunt, in eadem fidei menſura & regula ad quam peruenimus, ſtemus & maneamus.

9. *Sicut habetis formam noſtram.* Græci legũt, ἡμᾶς nos, id eſt, pro forma

ma & exemplari: vel sicut habetis formam nostram.i. sicut typum & formam ambulandi habetis à nobis.

10. *Qui reformabit*, id est, qui hoc humile & abiectum corpus nostrum transformabit in claritatem corporis sui, suoq; corpori conformabit, quãdo in resurrectione gloriosum corpus iustis est donaturus,

1. *Germane compar.* Grętihoc loco reprehendunt, qui pro eo quod Grękè est γνήσιε σύζυγε, coniugem Pauli intelligunt, quum σύζυγος sociũ significet, nec vsquam Paulus vxoris meminisse legatur, & fœminino genere vtrũq; posuisset, si de vxore intellexisset, vt inquit Theophylactus. nec vero simile est, vt Greci dicũt, vxorẽ Pauli, si habuisset, Philippis in peregrina patria habitasse, sed Tharsi potius aut Hierosolymis. sic aũt Greci hoc loco ea de re disserunt, σύζυγε γνήσιε, ὃν τινὲς ὑπενόησαν γυναῖκα ἔχειν τὸν παῦλον, κἀ αὐτῇ γράφειν, ἀλλὰ μωρὸν ἐστοιῦτον. i. ex hoc loco quidã suspicãtur Paulũ vxorẽ habere, & illi scribere, sed ridiculũ & stultum est istud. multa alia habent Græci in scholiis Veronensibus, quæ breuitati studens omitto.

uersatio in cælis est: unde etiã salua torem expectamus dominum nostrũ Iesum Christum, 10 *qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ, secundum operationem uirtutis suæ, qua etiam possit subiicere sibi omnia.*

ARGVMENTVM Cap. 4.

¶ Ad spiritualem lætitiã bonorumq; perseuerantiã eos hortatur: liberalitatis eorũ mentionem faciens: quibus tandem bene precatus epistolã salutationibus claudit.

CAP. IIII. A

NItaq; *fratres mei charissimi & desideratissimi, gaudiũ meũ & corona mea: sic state in domino charissimi.* Euodiam rogo, & Syntychẽ deprecor, *idipsum sapere in domino.* Etiã rogo & te *germane compar, adiuua illas quæ mecum laborauerũt in euangelio cum Clemente, & cæteris adiutoribus meis, quorum nomina sunt in libro uitæ. Gaudete in domino semper: iterum dico gaudete.* modestia uestra nota sit cib⁹ hoĩbus. B Dominꝰ ꝑpe est. Nihil soliciti sitis: sed ĩ oĩ oratiõe et obsecratiõe cũ gratiarũ actione petitiones uestræ innotescãt apud deũ. Et pax dei quæ exuꝑat oẽm sensũ, custodiat corda uestra, et intelligẽtias uestras ĩ Christo Iesu. De cætero fratres, quæcũq; sũt uera,, quæcũq; pudica, quæcũq; iusta, quæcũq; sancta, quæcunq; amabilia,

2. *Refloruistis pro me sentire.* i. reuiruistis & reuiguistis, vt mihi bene afficeremini, sicut & anteà afficiebamini: nã id significat φρονεῖσθαι: siue refloruit ac reuiguit solicitudo ac studiũ erga me vestrũ: ne autem videatur illos carpere quod nõnihil illi benefacere destitissent, subdit, *occupati autẽ eratis.* Grękè ἠκαιρεῖσθε. i. destituebamini oportunitate, siue oportunitas deerat, quapropter tũ temporis necessaria suppeditare non valuistis.

bilia, quæcũq; bonæ famæ, siqua uirtus, si qua laus disciplinæ: hæc cogitate. Quæ & didicistis, & accepistis, & audistis, & uidistis in me, hæc agite: & deus pacis erit uobiscũ. Gauisus sum autẽ in domino uehemẽter, quoniã tandẽ aliquãdo 2 *refloruistis pro me sentire, sicut & sentiebatis. Occupati autẽ eratis.* C Nõ *quasi* 3 *propter penuriã dico. ego enim didici,* 4 *in quibus sum, sufficiens esse. Scio &* 5 *humiliari: scio & abundare. ubique & in omnibus institutus sum, & satiari, & esurire, & abũdare, & penuriã pati. Omnia possum in eo qui me* 6 *confortat. Veruntamẽ bene fecistis cõmunicantes tribulationi meæ. Scitis autem & uos Philippenses, ꝙ in principio euãgelij, quãdo profectus sum à Macedonia, nulla mihi ecclesia* 7 *cõmunicauit in ratione dati & accepti, nisi uos soli, quia & Thessalonicam, semel & bis in usum mihi misistis.* 8 *Non quia quæro datum:*

3. *Propter penuriã.* i. nõ id dico ꝙ penuriã patior, vel magis hoc nõ dico propter penuriã, quã patiar, vt sic obliquè vos ad dãdum inuitem.

4. *In quibus sum sufficiẽs esse*, id est, præsenti & modica fortuna mea exigua contentus esse, & iis quæ habeo.

5. *Humiliari.* Græcè ταπεινοῦσθαι quod Photius interpretatur, λιμωττεῖν, id est, famescere, sicut τὸ πλησιάζειν, id est, abundare, pro χορτάζεσθαι. i. saturari, quin etiam sic se Paulus explicat.

6. *Confortat*, id est, corroborat. nõ vt vulgò capiunt pro consolari.

7. *Cõmunicauit in ratione dati & accepti*, id est nulla mihi ecclesia pro acceptis spiritualibus temporalia cõmunicauit. Ratio autem accepti est, quã vulgò receptam vocant, ratio dati, quam mysiam. Rationem ergo accepti fecerunt, quia spiritualia ex me receperunt. Rationem dati non fecerunt, quia nihil contrà mihi pro illis sunt elargiti.

8. *Non quæro datum.* Græci δόμα, id est, donum. i. non exigo à vobis dona ac munera, *sed requiro fructum abundantem* εἰς λόγον ὑμῶν, id est,

id est, in rationem vestram. quasi diceret, rationem accepti expensique ferre vos oportet, ideo quòd vos ad beneficentiã hortor, non ea ratione facio, vt meo cõmodo consulam, sed quòd in ratione expensi fructificare vos velim per eleemosynas,

sed requiro fructum abundantem in rationem uestram. Habeo autem omnia: & abundo. Repletus sum acceptis ab Epaphrodito, quæ misistis in odorem suauitatis, hostiam acceptã, placẽtem deo. Rom. 12.d. *Deus autẽ meus impleat omne desiderium uestrum, secũdum diuitias suas in gloria, in Christo Iesu. Deo autem & patri nostro gloria in seculasæculorum. Amen.* Salutate omnem sanctum in Christo Iesu. Salutant uos qui mecum sunt fratres. Salutãt uos omnes sancti: maximè autem qui de Cæsaris domo sunt. Gratia domini nostri Iesu Christi cum spiritu uestro. Amen.

¶ *Argumentum epistolæ ad Colossenses.*

Colossenses Asiæ minoris populus finitimi Laodicensibus, ab Archippo & Epaphra instituti & conuersi, à pseudapostolis auersi sunt, persuadentibus Christum nec venisse nec venturum, sed angelos nostræ salutis esse authores, similiter Iudaicas & philosophicas superstitiones illis prædicantibus. aduersus quos muniens Colossenses Paulus, ostendit vnum Christum angelis præfectum, nostræ salutis esse autorem. Deinde autoritatẽ suam tutatus, admonet à pseudapostolorum falsis visionibus & doctrinis sibi cauere. Demum ad mala fugienda & sectanda bona hortatus, sui officii vnamquamque ætatem hominum & conditionem admonens, salutationibus epistolam claudit.

EPISTOLA DIVI PAVLI APOSTOLI AD COLOSSENSES.

ARGVMENTVM Cap. I.

¶ *Congratulatur Colossensium fidei, & perfectam illis dei cognitionem precatur, obiter Christi excellentiam, ac principatum in omnia prædicans, per quem deo patri reconciliati sint, & Paulus euãgelii minister delegatus, ad manifestandum hactenus occultum mysterium.*

CAP.

CAPVT I.

A PAulus apostolus Iesu Christi per uoluntatem dei & Timótheus frater: iis qui sunt Colossis sanctis & fidelibus fratribus in Christo Iesu: gratia uobis & pax à deo patre nostro. Gratias agimus deo & patri domini nostri Iesu Christi, semper pro uobis orãtes: audientes fidem uestram in Christo Iesu, & dilectionem quã habetis in sanctos omnes propter spem, quæ reposita est uobis in cælis, [1] quam audistis ĩ uerbo ueritatis euãgelij, quod B peruenit ad uos, sicut & in uniuerso mundo est, & fructificat, [2] & crescit, sicut & in uobis ex ea die, qua audistis & cognouistis gratiã dei in ueritate, sicut didicistis ab Epaphra charissimo conseruo nostro, qui est fidelis pro uobis minister Christi Iesu, qui etiam manifestauit nobis dilectionem uestrã in spiritu. Ideo & nos ex qua die audiuimus, non cessamus pro uobis [3] orantes & postulantes, ut impleamini agnitione uoluntatis eius in omni sapientia & intellectu spirituali, ut ambuletis dignè deo, per omnia placentes, in omni opere bono fructificantes, & crescentes in scientia dei in omni uirtute [4] confortati secundum potentiam claritatis eius: in omni patientia & longanimitate cum gaudio

gratia-

1. *Quam audistis.* Græcè τὴν προηκούσατε. i. quam prius audistis.

2. *Et crescit*, etsi rari codices Græci habent αὐξανόμενον, pro quo interpres vertit crescit, tamẽ Græca scholia explicãt & legũt, sic enĩ habẽt, καρποφορεῖται δὲ καὶ αὔξεται ὁσημέραι πλεισόντων τινῶν τῇ πίστει πάντως. τοῦτο γὰρ καρποῦ καὶ αὔξησις τὸ εὐαγγελίου, id est, fructificat autẽ & crescit quotidie accedentibus ad fidẽ omnino aliquibus. Is enim est euangelij fructus & augmentum.

3. *Orantes & postulantes*, id est, nõ cessamus orare & postulare, vt plenã diuinæ voluntatis habeatis cognitionem. participia enim hæc Græca pro infinitiuis ponũtur: non cessamus ergo orare vt impleamini & ambuletis dignè deo, id est, vt dei filios par est, Græci legunt, ἀξίως κυρίου, id est, dignè domino.

4. *Confortati secundum potentiam claritatis eius.* i. corroborati secundum robur glorię ipsius, nã pro claritatis, Græcis est δόξης, id est, gloriæ.

5. *Qui dignos nos, &c.* id est, vt Græci exponunt, qui per similes afflictiones dignos nos effecit, qui participes essemus hæreditatis sanctorum in lumine, id est, per claram & non ænigmaticam dei cognitionem. κλῆρος enim sortem & hæreditatem significat.

6. *Filii dilectionis suæ*, id est, dilecti filii sui (Hebraismus est) in quo, id est, per quem habemus redemptionẽ. Græci addũt διὰ τοῦ αἵματος αὐτοῦ, id est, per sanguinem ipsius.

7. *Imago dei inuisibilis*, vbi τοῦ inuisibilis genitiui casus est. Græcè ἀοράτου. dicitur autẽ Christus *imago patris*, quia ꝑ omnia illi similis, & quia patrẽ repræsentat, sicut ipse dicit, Qui videt me, videt & patrem. *Primogenitus omnis creaturæ*, id est, antè omnem creaturã genitus: non quòd creaturam de se postea pater genuerit, sicut secũdum humanitatem primogenitus Mariæ virginis dicitur, non quòd alios de se postea Maria genuerit: sed mos est Hebræis primũ pro vno sumere. primogenitus ergo quia *in ipso cõdita sunt*, id est, per ipsum creata sunt omnia, & *ante omnes ipse est*, subaudi, creaturas, vel lege ante omnia: τῶν πάντων enim hoc loco masculini & neutri generis est. Et *in ipso omnia constant*. i. permanent & conseruantur.

8. *Principium*. interpres legit ἀρχή, id est, principium omnium, vel principium resurrectionis. quidam Græci legunt ἀπαρχή, & sic habet codex Dionysianus, id est, primitiæ, quòd quemadmodum primitiæ primus & præcipuus est fructus deo dedicatus, ita Christus fructus est vnus & præcipuus pro nobis deo patri oblatus.

9. *Primogenitus ex mortuis*, id est, resurgẽtium ad vitã immortalem primus. Bene autem ait primogenitus, quia resurrectio quædam regeneratio est, sicut Matth. 19. dicitur, in resurrectione quũ sederit filius hominis.

10. *Com-*

gratias agentes deo patri, [5] *qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorũ in lumine, qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & trãstulit in regnum* [6] *filij dilectionis suæ, in quo habemus redemptionem, & remissionẽ peccatorũ, qui est* [7] *imago* C *dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturæ, quoniam in ipso condita sunt uniuersa in cælis & in terra, uisibilia, & inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates: omnia per ipsum & in ipso creata sunt, & ipse est ante omnes: & omnia in ipso constant. & ipse est caput corporis ecclesiæ, qui est* [8] *principium* [9] *primogenitus* 1. Co. *ex mortuis: ut sit in omnibus ipse* 15. c.

10. *Complacuit*, id est, voluit deus pater omnem in eo habitare diuinitatis plenitudinem & perfectionem. Græci non legunt diuinitatis, licet Chrysostomus de diuinitatis intelligat plenitudine.

11. *Pacificans*. referendum est hoc ad id quod præcessit, vt sit primatum tenens, pacificans per sanguinem eius, &c. & quæ intercedunt quia in ipso complacuit, per parenthesim legenda sunt.

Apo. 1. b. *primatum tenens: quia in ipso* [10] *cõplacuit omnem plenitudinem diuinitatis inhabitare: & per eum reconciliare omnia in ipsum,* [11] *pacificans per sanguinẽ crucis eius, siue quæ in terris, siue quæ in cælis sunt.* [12] *Et uos cùm essetis aliquando alienati & inimici sensu, in operibus malis: nũc autẽ recõciliauit in corpore carnis suæ per mortem, exhibere uos sanctos & immaculatos, & irreprehensibiles coram ipso: si tamen permanetis in fide fundati* D *& stabiles, & immobiles à spe euãgelij quod audistis, quod prædicatũ est in uniuersa creatura, quæ sub cælo est, cuius factus* [9] *sum ego Paulus minister, qui nunc gaudeo in passionibus ꝑ uobis, &* [13] *adimpleo ea quæ*

12. *Et vos quum essetis*, id est, quum per opera mala: hostes dei essetis, non fato aut natura, sed mẽte & voluntate, id enim significat hoc loco δι᾽ἔργα, *nunc autem reconciliauit, &c.* nisi verò hoc loco autem, & Græcum δὲ πλεονάζει, vt plerunque superfluit, non est commoda connexio, nisi quæ præcedunt, *nunc autem* continuè legamus: vt sit sensus, placuit deo per Christũ reconciliare & cælestia & terrestria, & vos quoque quum essetis abalienati ab illo, & eius per mala opera inimici. Nunc autem reconciliauit per mortem eius exhibere vos, id est, vt vos exhiberet sanctos, &c.

13. *Adimpleo ea quæ*. Græcè ἀνταναπληρῶ τὰ ὑστερήματα τῶν θλίψεων χριστοῦ, id est, suppleo defectus afflictionum Christi, vel reliquias, vt vertit Ambrosius, non quòd insufficiens fuerit Christi passio pro nobis, sed quòd afflictiones corporis mystici ecclesiæ, id est, sanctorum martyrum Christi afflictiones dicãtur: quas ille suas ducit, dicens, quod fecistis vni ex minimis istis, mihi feceritis. Photius ita videtur explicare, vt adimplere defectũ & reliquias passionis Christi, nihil aliud sit q̃ pro Christo pati, sicut ille pro nobis passus est. Christus enim ꝑ vobis passus est, inqt Petrus, vobis relinquẽs exẽplũ, vt sequamini vestigia ei⁹. Christ⁹ ergo ꝑ nobis passus est, qd

iam

iam reliquum est nisi vt illi compatiamur & coaffligamur? hoc qui facit, adimplet id quod deerat afflictionibus Christi, non ex parte Christi, sed ex parte sua. Quanquam enim redimendis hominibus sufficientes fuerint Christi afflictiones, vnum tamē ex parte nostra illis deest, vt scilicet pro ecclesia & nobis inuicē patiamur, per mul

tas enim tribulationes oportet ingredi in regnū cęlorū. afflictionum ergo ipsius, inquit Paulus, ὑστέρημα, id est, quod superest scilicet nobis faciendum post ipsius afflictiones, ἀνταναπληρῶ, id est, vice ipsi[9] Christi impleo in carne mea per tā longas & graues afflictiones, pro corpore eius, ipsa scilicet & ecclesia.

14. Vt *impleam*, id est, compleam verbū dei scilicet mysterium vel incarnationis, vel vocationis gentiū, quod olim absconditum nunc manifestauit, quibus visum est glorioſas diuitias huius sacramenti aperire inter gentes: quod inquam mysteriū Christus est incarnatus, spes glorioſa gentium.

15. *Diuitias gloriæ*, id est, glorioſas diuitias, Hebræorum more.

16. *In virtute*, id est, per virtutem.

desunt passionum Christi, in carne mea pro corpore eius quod est ecclesia. Cuius factus sum ego minister secundum dispensationem dei, quæ data est mihi in uobis, [14] *ut impleā uerbum dei, mysteriū quod absconditum fuit à seculis, & generationibus: nunc autem manifestatū est sanctis eius, quibus uoluit deus notas facere* [15] *diuitias gloriæ, sacramenti huius in gentibus, quod est Christus, in uobis spes gloriæ: quem nos annūciamus, corripientes omnem hominem, & docētes omnem hominem in omni sapientia, ut exhibeamus omnem hominem perfectū in Christo Iesu. in quo & laboro, certando secundum operationem eius, quam operatur in me* [16] *in virtute.*

¶ *Dilucida uersio ex Græco capitis primi.*

PAulus dei uoluntate Iesu Christi apostolus, & Timótheus frater iis qui Colossis agunt sanctis & fidelibus in Christo Iesu fratribus, Salutem. Gratia sit uobis & pax à deo patre nostro & domino Iesu Christo. Gratias agimus inter orandum pro uobis semper deo & patri domini nostri Iesu Christi, intellecta fide in

Christo

Christo Iesu uestra, uestraque quam in omnes sanctos benignitate promitis, ob spem scilicet olim uobis in cælo repositam, de qua audistis anteà per euangelicæ ueritatis prædicationem, quæ ad uos usque peruēnit, quemadmodum in uniuerso etiam mundo & fructum producit & promouet, non secus atque in uobis fructum facere cœpit, ex illa die quum reuera dei gratiam audistis & cognouistis, prout edocti fuistis à charissimo conseruo nostro Epaphra fideli pro uobis Christi Iesu ministro, qui de spirituali uestra in nos charitate certiores nos fecit. Quapropter ex quo illam audiuimus, non intermittimus pro uobis orare & postulare ut plenam diuinæ uoluntatis cognitionem habeatis, cum omni sapientia & scientia spirituali, ut pro dignitate, quæ domini dei filios decet, ambuletis, modis omnibus illi placentes, in omni bono opere fructum facientes, & usque ad dei cognitionem proficientes, ac iuxta robur illius omni robore corroborati, ad omnia patienter & longanimiter cum gaudio ferenda: deoque patri gratias agentes, quòd nos in lumine & clara sui agnitione hæreditatis sanctorum participes dignatus sit facere: quum nos ex potestate tenebrarum exemptos in regnum transtulit dilecti filij sui, in quo per sanguinem ipsius redemptionem habemus & peccatorum remissionem: qui est imago dei patris: per quem uideri ille potest, alioqui non aspectabilis: quique est rerum omnium conditarū primogenitus: utpote per quem condita sunt omnia, tum in cælis tum in terra, siue spectabilia sunt illa, siue sensum omnem effugiunt oculorū, siue throni sunt seu dominationes, aut potestates, & principatus. Per ipsum enim & in ipso cōdita sunt omnia, & ipse rebus omnibus conditis prior est. Quinimò in eo constant & conseruantur omnia. Ipse autem ecclesiastici corporis caput, omniúmque rerum & resurrectionis principium, ad uitam quoque immortalem resurgentium primus & primogenitus. Vnde & primo est inter omnes loco. Placuit enim patri omnem in eo deitatis habitare plenitudinem, perque eum sibi cuncta reconciliare, pacatis in eodem per crucis & passionis ipsius sanguinem, cælestibus & terrenis. Quinetiam uos quoque, quum aliquando abalienati

ab illo essetis, & ipsi destinato consilio ob peruersa uestra opera inimici, nunc in carnali suo corpore per mortem suam reconciliauit, ut uos in conspectu ipsius sanctos, immaculatos & inculpatos exhiberet: si modo in fide permanetis fundati & stabiles, neque ab euangelij spe, quod omnibus hominibus sub cælo degentibus prædicatum est, dimouemini: cuius quidem ego Paulus administer factus sum, qui nunc ob afflictiones meas uestra causa toleratas gaudeo, & ea quæ Christi afflictionibus supererant facienda, in carne mea uice & exemplo ipsius pro corpore ipsius, quæ est ecclesia adimpleo: cuius ego ecclesiæ iuxta creditam mihi inter uos administrationem, minister factus sum, ut impleam, ac plenè uos uerbum dei doceam, mysterium inquam illud omnibus anteà sæculis & ætatibus absconditum, nunc autem sanctis dei patefactum, quibus scilicet gloriosas sacramenti huius in gentibus dispensati diuitias uisum est aperire: quod quidem sacramentum Christus ipse est in uobis & à uobis creditus, gloriosa spes uestra, quem & nos annunciamus cum admonitione omnem hominem corripientes, & docentes in omni sapientia, ut omnem hominem in Christo Iesu perfectum reddamus: qua in re etiam laboro decertans iuxta operosam uim ipsius, qua pro uirtute sua in me agit.

ARGVMENTVM Cap. 2.

¶ Suo erga eos & Laodicenses affectu declarato, hortatur eos in fide Christi ambulare & pergere, & à pseudapostolorum impostoris sese obseruare, ostendens Christi in cruce victoriam. Et ne rursum in ceremonias legis se protrudi sinant, neque sibi falsa angelorum uisione & superstitione imponi.

CAPVT II.

1. *Qualem solicitudinem.* Græcè ἡλίκον ἀγῶνα, quod quidam uertunt, quantum certamen siue periculum. certè Herodianus in secundo ἀγῶνα usurpat ἀντὶ τῆς ἀγωνίας, id est, pro anxietate & solicitudine.

(A) *OLo enim uos scire[1] qualem solicitudinem habeam pro uobis & pro uis qui sunt Laodiceæ, & quicunque non uiderunt faciem meam in carne: [2] ut consolentur corda ipsorum, instructi in charitate, & in omnes diuitias plenitudinis intellectus in agnitionem mysterij dei & patris & Christi Iesu, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ abscõditi. Hoc autẽ dico: ut nemo uos decipiat in [3] sublimitate sermonum. Nam etsi corpore absens sum: sed spiritu uobiscum sum, gaudens & uidẽs ordinẽ uestrum, & firmamentum eius, quæ in Christo* (B) *est, fidei uestræ. Sicut ergo accepistis Iesum Christum dominum: in ipso ambulate, radicati, & superædificati in ipso, & cõfirmati in fide, sicut & didicistis abũdantes [4] in illo in gratiarũ actione. Videte nẽ quis uos decipiat per philosophiã & inanẽ fallaciã: secundũ traditionẽ hominum, secundum [5] elementa mundi, & nõ secundum Christum. quia*

1. Co. 1. b.

2. *Vt consolentur corda ipsorum.* Græcè ἵνα παρακληθῶσιν αἱ καρδίαι αὐτῶν, id est, vt consolationem accipiant corda ipsorum instructorum. quod autem interpres legit, *Instructi in charitate*, non est quò referatur hic locus, nisi *Consolentur* sumatur actiuè, & *ipsorum* pro sua sumatur, vt sit sensus, vt consolentur corda sua instructi in charitate, &c. pro instructi autem Græcè est συμβιβασθέντων. συμβιβάζομαι autem significat doceri & certiorem fieri, vnde rectè interpres instructi vertit, & Hilarius instituti, id est, sufficienter instituti atque instructi *in omnes diuitias plenitudinis intellectus*, id est, vsque ad certissimam & pleniſsimam intelligentiam in agnitione mysterij dei, id est, de cognitione huius mysterij in deo Christo. πλουτοφορίαν autem quod hic interpres vertit plenitudinẽ, significat adeò certam rei alicuius fidem, vt nihil iam amplius addubitetur. & hoc modo sensus est, vt consolationẽ accipiant corda ipsorum, quum instructi fuerint in charitate, & vsque ad omnes diuitias certissimæ & pleniſsimæ intelligentiæ, qđ attinet ad cognitionem mysterij dei & patris.

3. *Sublimitate sermonum.* Græcè πιθανολογίᾳ, quo verbo significantur artificia ad persuadendum accommoda.

4. *In illo.* Græcè ἐν αὐτῇ, id est, in illa scilicet fide.

5. *Elementa mundi.* ea vocat cultum & obseruationem astrorũ, quò omnia referebant pseudapostoli, non deo autori, sed elementorum

coniunctionibus & astrorum influxionibus omnia tribuentes: aut etiam Iudaicas ceremonias, sicut in fine capitis innuere videtur, de quibus vide ad Galatas quarto, numero quarto.

6. *Corporaliter*, id est, substantialiter & secundum substantiam, non secundum energiam & operationem: vel corporaliter, id est, in corpore, qui est caput omnis *principatus & potestatis*, id est, omnium angelorum, vt salutem suam non ad angelos, sed superiorem angelis Christum referre doceat.

7. *In expoliatione*, id est, non estis circuncisi circũcisione carnali & manufacta, quæ cõsistit in expoliatione corporis carnis, hoc est, in amputatione carneæ partis de corpore, sed in circũcisione Christi. i. peccatorũ omniũ per Christum amputatione.

8. *Consepulti, &c.* Vide de hoc ad Romanos sexto, numero tertio.

9. *Præputio carnis vestræ*, id est, per concupiscentias vestras carnales.

10. *Chirographum decreti.* Interpres legit τῷ δόγματος. Est autẽ hoc chirographũ, quo se per esum ligni vetiti omnésq; posteros Adam æternæ morti reddiderat obnoxios, iuxta decretum & arestum dei dicentis, quacunque hora comederitis, morte moriemini. multi legunt pro decreti τῷ δόγμασι, id est per δόγματος, scilicet quòd chirographum deleuit per dogmata euangelica.

11. *Traduxit.* traducere hoc loco sumitur pro infamia afficere, & velut exemplum & spectaculũ omnibus proponere: quomodo in triumphis per vrbem circumagere captiuos victores solent, ita Christus victor in cruce diabolicis potestatibus spolia detraxit, *triumphans illos in semetipso*, id est, in semetipso de illis triumphum agens, confidenter & palàm illos traduxit ignominiosè superatos, omnibus ostentans.

in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis [6] *corporaliter: & estis in illo repleti, qui est caput omnis principatus & potestatis: in quo et circuncisi estis circuncisione nõ manufacta* [7] *in expoliatione corporis carnis, sed in circuncisione Christi.* [8] *consepulti ei in baptismo, in quo & resurrexistis per fidem operationis dei: qui suscitauit illum à mortuis. Et uos cùm mortui essetis in delictis &* [9] *præputio carnis uestræ: conuiuificauit cum illo, donans uobis omnia delicta, delens quod aduersus nos erat,* [10] *chirographũ decreti, quod erat contrarium nobis, & ipsum tulit de medio, affigens illud cruci: & expolians principatus & potestates* [11] *traduxit cõfidẽter palàm, triũphãs illos in semetipso.* [12] *Nemo ergo uos iudicet in cibo aut in potu, aut in parte diei festi, aut neomeniæ, aut sabbatorũ quæ sunt umbra futurorum, corpus autẽ Christi.* [13] *Nemo uos seducat uolens, in humilitate, & religione angelorum,* [14] *quæ non uidit ambulans, fruſtra inflatus sensu carnis suæ, & non tenens caput, ex quo totum corpus per nexus & coniunctiones subministratum & constructum crescit in augmentum dei.*

D Mat. 24. a.

C Ephe. 2. d.

12. *Nemo ergo vos iudicet*, id est, ne sinatis vos condemnari ob superstitiones cibi & potus, *aut in parte dici festi*. Partẽ autem diei festi dicit, quia partim dies festos obseruabant seducti à Iudæis, partim non obseruabant, *& neomeniæ*, id est, nouilunii aliarũq; ceremoniarũ legis, quæ sunt *vmbra futurorum*, id est, vmbra tantum sunt, & ideo cõfestim transeunt, *corpus autẽ*, id est, solida veritas Christi, est in fide Christi. Lex enim vmbram tãtum veritatis habebat: fides Christi, ipsum corpus veritatis & solidam veritatem.

13. *Nemo vos seducat.* Græcè καταβραβευέτω, id est, ne sinite vt quis brabæum vestrum, & præmium interciat, aut iniquorum iudicium malignitate ad alios vt transeat. καταβραβεύειν autẽ, vt hoc loco Theodorus ait, est τὸ ἀδίκως βραβεύειν. μὴ τὸς βραβευτὰς καλῶσιν τῶν ἀγωνιζομένων κριτάς, id est, καταβραβεύειν est iniquè de præmio certantium in agone decernere, & non merentibus præmium assignare. Nam & brabeutas vocant concertantiũ in agone iudices. Sensus ergo Pauli est, hactenus bene cucurrerant & certauerãt Colossenses, & præmiũ ac brabium erant meriti: quòd sanè auferre ab illis volebãt pseudapostoli, dum ad legis ceremonias & astrorum superstitiones protrudere eos malignè cupiunt. Hæc enim significat τὸ *volens*, nemo ergo vos seducat volens, id est, de industria ac malignè, *in humilitate & religione angelorum*. id est, per fictam humilitatem, & commentitiam angelorum religionem ac superstitionem: dicebant enim indignum dei filio, vt ad nos mitteretur, sed omnia quemadmodum in lege, per angelos deum operari. Photius exponit, nemo vos seducat volens, subaudi, hoc facere in humilitate.

14. *Quæ non vidit ambulans.* Græcè ἃ μὴ ἑώρακεν ἐμβατεύων, id est, in his quæ non nouit, nec vidit ambulans. i. ea de angelorum officio, & ministerio docens, quæ ignorat: fruſtra inflatus sensu carnis

 suæ,

ſuæ,fruſtra autem,quia non tenens caput,id eſt,quia Chriſtum nõ tenet,nec agnoſcit,noſtræ ſalutis authorem,& caput:ex quo capite totum eccleſiæ corpus per iuncturas,& commiſſuras compactũ, & conſtructum,& vitæ capiens ab ipſo capite ſubminiſtrationem, augmento dei creſcit.de hac metaphora vide plenius ad Epheſios quarto,numero decimo.

15. *Si ergo mortui eſtis*,id eſt,ſi Chriſto in baptiſmo commortui eſtis adeóque elemẽtis huius mundi,id eſt,carnalibus legis ceremoniis mortui,*quid adhuc decernitis*, ſcilicet huiuſmodi præcepta,Ne tetigeritis neque contrectaueritis,ſub.hęc aut hęc,quia immunda ſunt. Interpres legit δογματίζετε,id eſt,docetis,quod ſi ita eſt,ad pſeudoapoſtolos dirigitur ſermo,q cum in Chriſto baptizati eſſent adeóq; legi mortui, huiuſmodi tamen adhuc elementa docebant. Græci tamẽ legunt δογματίζεσθε,id eſt,docemini,hoc eſt,quur vos huiuſmodi dogmatis, & ceremoniis,ne tetigeritis,&c.onerari ſinitis?

15 Si mortui eſtis cum Chriſto ab elemẽtis huius mundi: quid adhuc tanquam uiuentes in mundo decernitis, Ne tetigeris, neque guſtaueris, neque contrectaueris?[16] *quæ ſunt omnia in interitum ipſo uſu, ſecundum præcepta & doctrinas hominum, quæ ſunt rationem quidem habentia ſapiẽtiæ in ſuperſtitione & humilitate,*[17] *& non ad parcẽdum corpori, non in honore aliquo ad ſaturitatem carnis.*

16. *Quæ omnia in interitum ſunt ipſo vſu*,id eſt,quę omnia ſcilicet cibi, & alia quibus vos onerant dicentes,ne tetigeritis,ipſo etiã vſu intereunt,vel dum egeruntur.quid ergo opus eſt de rebus tam facilè pereuntibus,tam ſuperſtitioſe docere?vel, Quæ omnia dogmata in interitum,Græcè εἰς φθορὰν,id eſt,in perditionem ſunt ipſo vſu,id eſt,vtentibus,quæ dogmata ſunt ſecundum præcepta & mandata hominum,*rationem quidem habentia ſapientiæ*,id eſt,ſpeciẽ quidem ſapientiæ præſeferentia, in ſuperſtitione, & humilitate ficta, id eſt,ob ſimulatam in illis religionem,& doctorum veſtrorum humilitatem.Hæc autem præcepta,vt Græci exponunt,non vera legis mandata ſunt , ſed quæ phariſæi ſuo quæſtui commenti erant, de quibus in euangelio Chriſtus ait,propter traditiones veſtras irritum feciſtis mandatum dei.

17. *Et non ad parcendum corpori*,&c. Græca lectio longè facilior eſt, καὶ ἀφειδία σώματος οὐκ ἐν τιμῇ τινι πρὸς πλησμονὴν τῆς σαρκός. id eſt,

id eſt,repetendo ſuperius dicta, quibus quidem dogmatis illorum doctores ſpeciem quidem pietatis præſeferunt , in ſimulata religione,ac ſuperſtitione, & humilitate , καὶ ἀφειδία &c.id eſt, & in afflictione corporis,& auſtera maceratione, & nõ in nutrienda ad ſaturitatem carne:hoc eſt,qui doctores, & quæ mandata pietatem quidem habere videntur, dum fictam præſeferunt humilitatem , & religionem, nec corpori ſuo indulgent, ſed auſtera maceratione , & ieiuniis affligunt,nec ad ſaturitatem nutriunt : ἀφειδία enim dicitur immanitas miſerendi neſcia. nam φείδομαι miſereor ſignificat , & parco. illorum ergo qui quaſi ſui non miſerentur , ſed miſerè inedia corpus affligunt per hypocriſin , vocat Paulus ἀφειδίαν. quod autem erat ἐν τιμῇ πρὸς πλησμονὴν τῆς σαρκὸς,nos vertimus,in nutrienda ad ſaturitatem carne , Φ vt ſæpe iam diximus , Hebræorum more,honor dicitur rerum neceſſariarũ ſubminiſtratio.

ARGVMENTVM Cap.3.

¶ Cœleſtia quærere,membra corporis peccati mortificare,veterem hominem exuere,ac nouum in fide & charitate induere,ſęq; inuicem ſupportare, omniáque in Chriſti gratiam facere admonet: vnumquemque interim in probata familia ſui officii commonefaciens.

CAP. III.

A *Igitur ſi conſurrexiſtis cũ Chriſto: quæ ſurſum ſũt quærite,ubi Chriſtus eſt ĩ dextera dei ſedẽs . quæ ſurſum ſunt ſapite,nõ quæ ſuper terrã. Mortui enim eſtis: & uita ueſtra eſt*[1] *abſcondita cum Chriſto in deo. Cũ autem Chriſtus apparuerit , uita ueſtra: tunc & uos apparebitis cum ipſo in gloria. Mortificate ergo mẽbra ueſtra quæ ſunt ſuper terram: fornicationem , immunditiam, libidinem , concupiſcentiam malam , &* B *auaritiam quæ eſt ſimulachrorũ ſeruitus. propter quæ ue-*

Eph. 5.a.

1. *Abſcondita.* quaſi diceret, etſi nũc inglorii eſtis, & bona futura in Chriſto (propter quem omnia facitis) nunc ſunt abſcondita : quũ tamen ille in iudicio apparuerit,bonis præmia,& malis redditurus ſupplicia:tunc & vos,in gloria, id eſt, glorioſi cum ipſo apparebitis.

2. *Super filios incredulitatis.* Græcè ἀπιθείας, id est, in incredulos & infideles homines, (hebraismus enim est) in quibus, scilicet operibus vel inter quos filios incredulitatis, id est, incredulos ambulastis.

3. *Expoliantes veterem hominẽ* id est, veterem peccandi affectum, & ingenitam cõsuetudinem ponẽtes, *& induentes nouum*, id est, nouam in Christo vitam: qui quidem nouus homo renouatur *in agnitione dei*, id est, per fidẽ, & cognitionem dei. *Secundum imaginem eius qui creauit illum*, id est, vel iuxta animã quæ est imago dei qui illam creauit, vel iuxta & per Christum, qui est imago dei creatoris nostri.

4. *Vbi*, id est, apud quẽ creatorem non est distinctio Iudæi & gentilis.

5. *Omnia in omnibus Christus*, id est, omnibus satis esse debet pro rebus omnib⁹ Christus, per quem nimirum omnia bona assequemur. Græci exponunt, omnia nobis est Christus: saluator, dominus, deus, caput, sacerdos, hostia.

6. *Docentes.* sub. estote. alioq non est quo referatur participium & perinde habet Græca lectio.

nit ira dei [2] *super filios incredulitatis: in quibus ambulastis aliquando, cum uiueretis in illis. Nunc autẽ* Rom. 6.a.
deponite & uos omnia: iram, indignationem, malitiam, blasphemiã, ephe. 4.g.
turpem sermonem de ore uestro. No Heb.
lite mentiri inuicem: [3] expoliantes 12.a.
uos ueterem hominem cum actibus 1.Pet.
suis, & inducentes nouum, eum qui 2.a.
renouatur in agnitionem: secundũ & 4.
imaginem eius qui creauit illũ [4] ubi a.
non est gentilis & Iudæus, circuncisio, & præputiũ, barbarus & Scytha, seruus & liber: sed [5] omnia & ephes. 6.b.
in omnibus Christus. Induite uos ergo sicut electi dei, sancti, & dilecti uiscera misericordiæ, benignitatẽ, humilitatem, modestiam, patientiã. ephes. 4.g.
supportantes inuicẽ: & donantes uobismetipsis si quis aduersus aliquem habet querelam. sicut & dominus donauit uobis: ita & uos. Su C
per omnia autem hæc, charitatem habete, quod est uinculum perfectionis. & pax Christi exultet in cordibus uestris, in quam & uocati estis in uno corpore: & grati estote. uerbum Christi habitet in uobis abundanter: in omni sapientia [6] docentes & cõmonentes uosmetipsos, in psalmis, hymnis & canticis spiritualibus, in gratia cãtantes in cordibus 1.cor. 10.g.
uestris deo. Omne quodcunque

facitis

facitis in uerbo aut in opere: omnia [7] in nomine domini nostri Iesu Christi, gratias agentes deo & patri per ephes. 5.e.
ipsum. Mulieres, subditæ estote uiris, sicut oportet, in domino. Viri di 1.Pe. 3.a.
ligite uxores uestras: & nolite amari esse ad illas. Filii, obedite parenti D
bus per omnia. hoc enim placitum ephe. 6.a.
est in domino. Patres nolite ad indignationem prouocare filios uestros: [8] *ut non pusillo animo fiant. Serui, o-* ephes.
bedite per omnia dominis carnali- 6.a.
bus: nõ [9] ad oculum seruientes, qua Tit. 2.c.
si hominibus placentes, sed in sim- 1.Pe.
plicitate cordis, timẽtes deũ. Quod- 2.c.
cunque facitis, ex animo operamini [10] *sicut domino & non hominibus: scientes quòd à domino accipietis retributionem hæreditatis. Domino Christo seruite: qui enim* Sap. 6.b.
iniuriam facit, recipiet id quod iniquè gessit, & non est personarum acceptio apud deum. Rom. 2.b. ephe. 6.b.

7. *In nomine domini Iesu*, id est, ꝓpter Iesum sub. facite.

8. *Vt non pusillo animo fiant.* vel animum desponde ãt, & desperent. nam ἄθυμος pusillanimem, & desperantem significat.

9. *Ad oculum*, id est, in prẽsentia tantum. vide de hoc Ephes. 6. numero 3.

10. *Sicut domino & non hominibus*, id est, tanquam in domini gratiam, non hominũ: hoc est, nolite spectare ad hominum gratiam, qui plerunque ingrati sunt, sed deũ spectate: à quo maiorem habituri estis mercedem.

ARGVMENTVM Cap. 4.

¶ *Orationi etiam pro se instare iubet, & honeste inter gentes conuersari, demum illis Tychico & Onesimo cõmendatis salutationibus epistolam claudit.*

1. *Aperiat nobis ostium*, id est, libertatem, & fiduciam prædicandi donet.

CAPVT IIII.

A
Omini quod iustum est & æquum, seruis præstate: sciẽ
d *tes quòd & uos dominum habetis in cælo. Orationi*
instate: uigilantes in ea in gratiarum actione, orantes ephe. 6.c.
simul & pro nobis, ut deus [1] aperiat nobis ostium sermonis ad lo 2.the.
quendum mysterium Christi (propter quod etiam uinctus sum) ut 3.a.

manife-

manifestem illud ita ut oportet me ephe.
loqui. In sapientia ambulate[2] ad eos 3.d.
qui foris sunt: tempus redimentes.
Sermo uester semper in gratia[3] sale
sit cõditus, ut sciatis quomodo oporteat uos unicuique respõdere. Quæ B
circa me sunt omnia, uobis nota faciet Tychicus charissimus frater,
& fidelis minister, & conseruus
in domino: quem misi ad uos ad hoc
ipsum, ut cognoscat quæ circa uos
sunt, & consoletur corda uestra
cum Onesimo charissimo & fideli fratre qui ex uobis est: qui omnia quæ hic aguntur, nota facient
uobis. Salutat uos Aristarchus concaptiuus meus, & Marcus consobrinus Barnabæ([4]de quo accepistis mandata, si uenerit ad uos, susciPite illum) & Iesus qui dicitur Iustus: qui sunt[5] ex circuncisione. hi so C
li sunt adiutores mei in regno dei:
qui mihi fuerunt solatio. Salutat
uos Epaphras[6] qui ex uobis est, seruus Christi Iesu, semper solicit[9] pro
uobis in orationibus, ut stetis perfecti & pleni in omni uoluntate dei.
Testimoniũ enim illi perhibeo quòd
habet multum laborem pro uobis
& pro iis qui sũt Laodiceæ, & qui
Hierapoli. Salutat uos Lucas medicus charissimus, & Demas. 2.Ti
Salutate fratres qui sunt Laodiceæ: & [7]Nymphã, & quæ in do- 4.c
mo eius est, ecclesiam. Et cum lecta fuerit apud uos epistola hæc: D
facite ut & in Laodicensium ecclesia legatur: & ea[8] quæ Laodicensium

2. Ad eos qui foris sunt, id est, inter gentiles & ethnicos, qui non sunt de ecclesia, ambulate & viuite sapienter, tempus redimentes, quid autẽ sit redimere tempus, vide Epheſ. 5. numero 4.

3. Sale sit conditus, id est, prudentia.

4. De quo accepistis mandata, vel à quo præcepta viuendi accepistis, vel de quo mãdaui vobis vt si ad vos venerit, illum excipiatis.

5. Ex circuncisione, id est, Iudæi.

6. Qui ex vobis est, id est, vestras, erat enim Colossensis.

7. Nympham. Græc. νυμφᾶν, est autem nomen viri νυμφᾶς.

8. Quæ Laodicẽsium est, id est, quæ ab Laodicensibus mihi missa est, sic enim Græci explicant, & Græca verba id innuunt, τὴν ἐκ λαοδικείας, id est. quę ab Laodicensibus est.

dicensium est, ut uobis legatur. Et dicite Archippo, Vide ministerium quod accepisti in domino, ut illud impleas. Salutatio, mea manu Pauli. Memores estote uinculorum meorum. Gratia domini nostri Iesu Christi uobiscum. Amen.

Missa ab Epheso, ut Latini dicunt: ut Græci, ab Roma, per Tychicum & Onesimum.

Argumentum epistolæ.

THessalonicenses Macedones sunt à metropoli Macedoniæ Thessalonica sic dicti. hi quum pseudapostolos non admisissent, sed constantes in fide etiam persecutiones fortiter tulissent, cõsolatoriam ad eos scribit Paulus epistolam, illorum fidei & constantiæ congratulans: inq; illis pergere hortatus, de resurrectione & aduentu Christi, quo illos confirmet, nonihil attingit.

EPISTOLA DIVI PAVLI APOSTOLI AD THESSALONICENSES. I.

ARGVMENTVM Cap. I.

¶ Congratulatur eorum fidei & patientiæ, proq; illa deo gratias agit, quòd non modò crediderint, sed euangelium quoque ipsi prædicarint.

CAPVT I.

A PAulus & Syluanus & Timótheus ecclesiæ Thessalonicensium in deo patre nostro & domino Iesu Christo: [1] gratia uobis & pax. Gratias agimus deo semper pro omnibus uobis, memoriam uestri facientes in orationibus nostris sine intermissione, [2] memores operis fidei uestræ & laboris, & chari

1. Gratia vobis & pax. Græci addunt, à deo patre nostro, & domino Iesu Christo.

2. Memores operis fidei vestræ, Græca

Græca ſcholia exponũt opus fidei, conſtantiã in fide, quæ eſt egregium fidei opus. quia nihil, inquiunt, declinare vos à fide fecit: hoc eſt enim fidei opus. ſecundo modo exponunt opus fidei, quia non verbis modò ſed operibus fidem ſuam oſtenderint. gratias ergo agimus memores operis fidei veſtræ, id eſt, operoſę & actuoſæ fidei veſtræ, quæ non modò verbis ſeſe, ſed operibus promit, & memores *laboris & charitatis*, vel vt Græci habent, laboris charitatis veſtræ, quaſi dicat, memores conſtantiæ veſtræ in fide & laboris, quando pro euangelio charitas veſtra laborauit. Et *ſuſtinentiæ ſpei domini noſtri Ieſu Chriſti*. Græcè, ὑπομονῆς, id eſt, patientiæ vel perſeuerãtię, quam ob ſpem domini noſtri Ieſu Chriſti hactenus ſeruaſtis.

tatis, & ſuſtinentiæ ſpei domini noſtri Ieſu Chriſti 3 *ante deũ & patrẽ noſtrum.* 4 *Scientes fratres dilecti, à deo electionem ueſtram: quia euangelium noſtrum non fuit ad uos in ſermone tantũ, ſed & in uirtute, et in ſpiritu ſancto, & in plenitudine multa: ſicut ſcitis quales fuerimus in uobis ꝓpter uos. Et uos imitatores noſtri facti eſtis, & domini: excipiẽtes uerbũ in tribulatione multa cum gaudio ſpiritus ſancti, ita ut facti ſitis forma omnibus credentibus in Macedonia & in Achaia.* A *uobis enim* 5 *diffamatus eſt ſermo domini: nõ ſolum in Macedonia & in Achaia, ſed & in omni loco fides ueſtra quæ eſt ad deũ, profecta eſt, ita ut non ſit nobis neceſſe quicquã loqui.* 6 *Ipſi enim de nobis annunci-*

3. *Ante deum*, &c. Græcè, ἔμπροσθεν τοῦ θεοῦ, id eſt, in conſpectu dei. Græci hanc particulam referũt variè: primo modo ad ἐυχαριστοῦμεν *memores*, vt ſit ſenſus, gratias agimus memores ante deum & in conſpectu eius, operoſæ fidei veſtræ. ſecundo ad τὸ *operis fidei veſtræ*, vt ſit ſenſus, memores operis fidei veſtræ, & laboris & ſuſtinentiæ quæ ſunt ante deum, quaſi dicat, quęcunque agitis videt omnia deus, nec eum quidquam latet eorum quæ agitis. tertio referri poteſt ad ἐυχαριστοῦμεν *gratias agimus*, ſcilicet gratias agimus ante deum, &c.

4. *Scientes fratres dilecti.* τὸ ſcientes refertur ad id quod præceſsit, gratias agimus pro vobis ſcientes fratres dilecti, &c. Græci autem ad ſequentia aſſerunt poſſe iungi multipliciter, gratias agimus ſcientes *electionem veſtram*, id eſt, vos à deo electos eſſe: &, ſciẽtes quia vel quòd euangelium noſtrum *non fuit ad vos in ſermone tantum, ſed in virtute*, id eſt, vt Græci explicant, quia euangelium noſtrum non tantum verbo prædicatum eſt vobis, ſed etiam in virtute, id eſt, virtute & miraculis ac ſignis confirmatũ. *& in ſpiritu ſancto*. i. & prędicatum eſt non in ceremoniis carnalibus, ſed in ſpiritu ſancto & in virtute ipſius, vel in ſpiritu ſancto, id eſt, in largitione & infuſione ſpiritus ſancti, quem apoſtoli in primitiua eccleſia credentibus largiebantur.

giebãtur. *& in plenitudine.* græcè, ἐν πληροφορίᾳ, cum plena & certa euangelij cognitione & intelligentia. Gratias ergo agimus ſcientes veſtram electionem, & certi qualiter vobis euangelium prędicauimus in virtute & ſpiritu ſancto & certitudine indubitata, *ſicut ſcitis quales fuerimus in vobis propter vos*, id eſt, quemadmodum intelligitis qualiter nos apud vos veſtra gratia geſsimus. hæc omnia igitur ſciẽtes gratias agim⁹. Mihi etiã videtur ἐυχαριστοῦντες ſciẽtes referri poſſe ad Theſſalonicẽſes, & ita ordinãda lectio: gratias agimus, &c. vſq; ante deũ & patrẽ noſtrũ, vt ibi finis ſit ſententiæ, deinde noua ſententia incipiat, ſcientes, &c. i. Quum enim compertum haberetis de electione veſtra, ex eo quòd euangeliũ noſtrũ non tantũ verbo à vobis exceptum & acceptum eſt, ſed etiam cum virtute & ſpiritu ſancto & plenitudine multa, id eſt. quia vnà cum euãgelio virtutem & conſtantiam in perſecutionibus, & ſpiritum ſanctũ. i. illius gratiã ac diuerſa dona accepiſtis, *& plenitudinem*, græcè, πληροφορίαν. i. certiſsimam dei euangeliiq; cognitionem. vos ergo ex ſpiritus ſancti donis & effectis, certi electionis veſtræ, ſicut ſcitis. i. ſicut compertum habetis quales fuerimus in vobis. i. inter vos, hoc eſt, q̃ fideles & q̃ conſtantes, & vos etiam noſtri & domini facti eſtis imitatores. *excipientes*, græcè, δεξάμενοι, id eſt, dum excepiſtis verbum euangelij cum multa tribulatione & gaudio ſpiritus ſancti, *ita vt facti ſitis forma*. i. adeò vt exemplum præſtiteritis & occaſionem omnibus fidelibus in Macedonia & Achaia credendi, & pro euangelio patiendi.

5. *Diffamatus eſt ſermo.* græcè, ἐξήχηται, id eſt, perſonuit & diuulgatus eſt, id eſt, ex veſtra tolerantia euangelium non ſolum in reliqua Macedonia & Achaia publicatum eſt, ſed fides veſtra in deum per omnem circunquaq; regionem profecta eſt & peruênit, ita vt ad imitationem veſtri conuerſis penè omnibus, iam non ſit mihi neceſſe loqui quicquam, id eſt, non ſit nobis opus in vicinis regionibus prædicare. vel vt non ſit nobis opus fidem veſtram & conſtantiam aliis prædicare & commendare.

6. *Ipſi enim*, id eſt, nam recitare ipſi norunt, qualis fuerit ad vos acceſſus noſter. i. q̃ efficax, quóque pacto me omnibus odioſum etiã cum

cum vitæ vestrę periculo sus cepistis, & quàm celeriter à simulachris ad deum conuersi estis, ita vt confestim illis relictis deum viuum colere inceperitis, & redemptorem nostrum eius filium Iesum (quem ille suscitauit) expectare.

1. *Inanis*, id est, inefficax & sine fructu.

2. *Fiduciam habuimus*. ἐπαῤῥησιάσμεθα, intrepidè ausi sumus, etiam sic miserè Philippis affecti, apud vos euangelium prædicare in multa solicitudine, Græcè, ἀγῶνι, id est, cum multo periculo & multa anxietate & solicitudine. nam ἀγὼν ἀντὶ τοῦ ἀγωνίας sumitur, id est, pro agonia hoc est, anxietate & solicitudine.

3. *Exhortatio*. i. prædicatio *nostra non erat de errore*. i. falsa doctrina, aut per impostură, quasi vos per eă fallere vellemus, *neque de immunditia*. i. de immunda veneficorũ & maleficorum doctrina, *neque in dolo*. i. dolosa, sed sicut probati sumus à deo. i. sicut ille nos approbauit & dignos duxit quibus euãgelica prędicatio crederetur & committeretur, ita secundum eũ prædicamus, non vt hominibus sed illi qui corda nostra & mentem nouit, placeamus.

4. *In sermone adulationis*. i. vobis adulatoriis verbis vsi non sumus, ipsi scitis, *neque in occasione auaritiæ*. i. neque prædicando, auaritiam vllam

ant, qualem introitum habuerimus ad uos: & quomodo conuersi estis ad deum à simulachris seruire deo uiuo & uero, & expectare filium eius de cælis (quẽ suscitauit ex mortuis) Iesum, qui eripuit nos ab ira uentura.

ARGVMENTVM CAP. 2.

¶ Cum qua fiducia euangelium prædicarit, quamq; purè ac liberaliter: testes illos facit, similiter & sui erga eos affectus. Demum illorum constantiæ in euangelio congratulatur.

CAP. II.

A N *Am & ipsi scitis fratres introitum nostrum ad uos, quia non*[1] *inanis fuit: sed ante passi multa & contumeliis affecti (sicut scitis) in Philippis,* [2] *fiduciã habuimus in deo nostro loqui ad uos euangelium dei in multa solicitudine.* [3] *Exhortatio enim nostra non de errore, neque de immũditia, neque in dolo: sed sicut probati sumus à deo, ut crederetur nobis euangelium, ita loquimur. non quasi hominibus placentes, sed deo qui probat corda nostra. Neque enim aliquando fuimus*[4] *in sermone adulationis, sicut scitis: neque in occasione auaritiæ, deus testis est: neque quærentes ab hominibus gloriam,* B *neque à uobis, neque ab aliis.* [5] *Cùm possemus uobis oneri esse, ut Christi apostoli:* [6] *sed facti sumus paruuli in medio uestri, tanquam si nutrix foueat filios suos. Ita* [7] *desiderãtes uos cupidè, uolebamus tradere uobis nõ solum euãgelium dei, sed etiam animas nostras: quoniam charissimi nobis facti estis. Memores enim estis* Act. 20. g. 1. Co. 4. c. 2. the. 3. b. *fratres laboris nostri & fatigationis, nocte & die operantes, ne quẽ uestrum grauaremus: prædicauimus in uobis euangeliũ dei. Vos testes estis & deus, q̃ sanctè et iustè et sine querela uobis qui credidistis, affuimus: sicut scitis qualiter unumquemque uestrum (sicut pater filios suos) deprecantes uos & consolantes* [8] *testificati sumus ut ambularetis* C *dignè deo, qui uocauit uos in suum regnum & gloriam. Ideo & nos gratias agimus deo sine intermissione: quoniam cùm accepissetis à nobis uerbum*[9] *auditus dei, accepistis illud non ut uerbum hominũ, sed (sicut est uerè) uerbum dei, qui operatur in uobis qui credidistis. uos enim imitatores facti estis fra-*

vllã prętẽdimus aut prętexuimus. & quia animũ de[9] vnus nouit, subdit, deus testis est.

5. *Cùm possemus uobis oneri esse*. græcè, ἐν βάρει εἶναι. i. vel quum possemus grauitatem inter vos & autoritatẽ vendicare tanq̃ Christi apostoli, vel quũ possem[9] oneri vobis esse in accipiẽdis sumptibus & alimẽtis. Vtroq; enĩ modo Græci explicant, sed præstat prima expositio, vt intelligamus noluisse impiosum dominium in illos exercere, ob id quod sequitur.

6. *Sed facti sumus, &c.* quidã græci codices hñt νήπιοι. i. paruuli: quidã, & Hispanica biblia ἤπιοι. i. mites ac mãsueti: & quũ precedat, ἐγενήθημεν, factũ puto vt illud ν finale iũctũ sit τῷ ἤπιοι. q̃q̃ non admodũ refert quo ad sensũ modò intelligam[9] paruulos mites & mãsuetos, q̃les esse solẽt pueri, licet, ppter metaphorã nutricis min[9] quadrat verbũ paruulorũ, quũ se hic nutricẽ faciat, vt sit sensus, Quũ vẽdicare autoritatẽ inter vos possem[9] & impiosos agere, noluimus, sed ἤπιοι. i. blãdi ac beneuoli facti sum[9] quomõ soletesse nutrix erga filios suos quos alit ac fouet.

7. *Desiderãtes*. ὁμειρόμενοι. i. desiderio flagrãtes vestri, vel ὁμειρόμενοι. i. vobis coniunctissimi. vt legit codex Dionysianus.

8. *Testificati sumus*. i. obtestati sum[9] vnũquẽq; vestrũ, vt ambularetis dignè deo. i. vt dei filios par est.

9. *Auditus dei*. i. fidei.

10. Con

10. *Contribulibus*, id est, affinibus vestris.
11. *Vt salui fiant*, scilicet gentiles, id est, inhibentes euangelij prædicationem, ne saluæ fiant gentes.
12. *Vt impleant peccata sua semper*. i. vt peccata sua semper augeant & grauius ac grauius delinquant, sicut Christus illis dicit Matt. 23. Et vos implete mensuram patrum vestrorũ. i. & hoc quoque quod cogitatis, scilicet necem meam, adiicite ad patrum vestrorũ peccata. nunc Paulus ait, vt impleant peccata, id est, vt seipsis euadãt semper deteriores. Oecumenius interpretatur, vt peccata sua augeant, quasi ipsi peccare instituerint semper, & hunc sibi scopum præstituerint. Si enim, inquit, vtile est ad fidem gentes accedere, cur nõ & ipsi accedunt? sin momenti nullius esse putãt, cur accedentibus inuident? vides ergo quo pacto volũtariè ac de industria peccant, ac nihil non faciunt vt peccata sua impleant, hoc est, ea gratia, ne quando à peccatis recedãt: & propter hoc, inquit, peruênit in illos ira dei vsque in finem.

tres ecclesiarum dei quæ sunt in Iudæa, in Christo Iesu: quia eadẽ passi estis & uos à[10] *contribulibus uestris, sicut & ipsi à Iudæis, qui & dominum occiderũt Iesum, & prophetas, & nos persecuti sunt, & deo non placent: & omnibus hominibus aduersantur, prohibẽtes nos gentibus loqui*[11] *ut salui fiant,*[12] *ut impleant peccata sua semper. peruẽ*[D] *nit enim ira dei super illos usque in finem. Nos autem fratres*[13] *desolati à uobis ad tempus horæ, aspectu, nõ corde: abundantius festinauimus faciem uestram uidere cum multo desiderio. quoniam uolumus uenire ad uos: ego quidem Paulus, & semel & iterum: sed impediuit nos sathanas. Quæ est enim nostra spes, aut gaudium, aut corona gloriæ? Nónne uos ante dominum nostrum Iesum Christum estis, in aduentu eius? uos enim estis gloria nostra, & gaudium.*

13. *Desolati*. ἀποφανισθέντες, id est, orbati vobis, vt sequatur metaphoram patris, de quo prædixit, sicut pater filios. Nam orbus pater & mater dicũtur qui liberis carent. Nos ergo, inquit, ad modicũ tempus (hoc enim significat tempus horæ, scilicet vel ad vnius horæ tempus) vobis orbi. i. quum vel breue tempus abessemus à vobis, ac vobis ipso aspectu ac præsentia non corde orbi essemus, studuimus vos inuisere, sed impediuit nos sathanas, vos enim spes nostra estis & corona gloriæ nostræ, qa ob egregias vestras virtutes glorioſe coronari speramus, & gaudium nostrum in die aduentus domini.

1. *Propter quod*. ad euitãdum solœcismum quem commisit interpres vertendo non sustinentes: placuit, quũ græca habeant διὸ μηκέτι στέγοντες ηὐδοκήσαμεν, verti possunt: Quapropter non ferẽtes amplius (scilicet vestri desiderium) decreuimus remanere Athenis, soli. id est, quapropter quum ingens vestri desiderium amplius ferre nõ valeremus, placuit nobis remanere Athenis solis, & misimus ad vos Timotheum ad confirmandos vos & exhortandos vel consolandos: vtrunque enim significat græcum παρακαλέσαι.
2. *In hoc positi sumus*, id est. ad ferendas afflictiones destinati sumus.
3. *Consolati sumus*. passiuè, id est, consolationẽ habuimus.
4. *Viuimus si statis in domino*, id est, nulla tam grauis est afflictio etiam si morti proxima, quam non vitæ loco ducamus, modo constãter in fide domini pmaneatis.

ARGVMENTVM *Cap.* 3.

¶ *Se consolatum esse ex eorum fide & cõstantia ostendit, quam ex Timotheo ea gratia ad illos misso resciuerit: nec parvo eos videndi desiderio se teneri, quibus interim bene in deo precatur.*

CAP. III.

[A] [R]opter quod non sustinentes amplius, placuit nobis remanere Athe- Act. 16. a. nis solis. & misimus Timótheũ fratrem nostrum & ministrum dei in euangelio Christi, ad confirmandos uos & exhortãdos pro fide uestra: ut nemo moueatur in tribulationibus istis. Ipsi enim scitis q.[2] *in hoc positi sumus. Nã & cũ apud uos essemus, prædicabamus uobis passuros nos tribulatiões, sicut & factũ est,* [B] *& scitis. Propterea & ego amplius non sustinens, misi ad cognoscendam fidem uestram, ne forte tentauerit uos is qui tentat, & inanis fiat labor noster. Nunc autem uenien* te Timótheo ad nos à uobis, & annunciante nobis fidem & charitatẽ uestram, & quia memoriam nostri habetis bonam semper, desiderãtes [C] nos uidere, sicut & nos quoq; uos: ideo[3] cõsolati sumus fratres in uobis in oĩ necessitate & tribulatione nostra per fidem uestrã, quoniam nũc [4] uiuimus: si uos statis in domino. Quam enim gratiarum actionẽ possumus deo retribuere pro uobis in omni gaudio quo gaudemus propter uos ante deum nostrum, nocte ac die abundantius oran-

tes ut uideamus faciem uestram, & compleamus ea quæ desunt fidei uestræ? Ipse autem deus & pater D noster & dominus Iesus Christus dirigat uiam nostram ad uos. Vos autem dominus multiplicet, & abũdare faciat charitatem uestram in inuicem & in omnes: [5] quemadmodum & nos in uobis ad confirmanda corda uestra sine querela, in sanctitate ante deum & patrem nostrum, in aduẽtu domini nostri Iesu Christi cum omnibus sanctis eius. Amen.

5. *Quemadmodum & nos in vobis.* per parenthesim legendum, & supplendum, charitate abundauimus. Est enim sensus, Exuberare vos faciat dominus mutua charitate in omnes, quemadmodum nostra erga vos exuberauit charitas, vt confirmentur corda vestra *sine querela*, id est, irreprehensibilia in sanctitate, &c.

ARGVMENTVM CAP. 4.

¶ Hoc toto capite ferè sunt paræneses & de moribus exhortationes, nisi quòd ad finem de resurrectione nonnihil attingit.

CAPVT IIII.

E cætero ergo fratres rogamus uos, & obsecramus in A D domino Iesu: ut quemadmodum accepistis à nobis, quo modo oporteat uos ambulare & placere deo, sic & ambuletis, ut abundetis magis. Scitis enim quæ præcepta dederim uobis per dominum Iesum. Hæc est enim uolũtas dei, sanctificatio Rom. 12. uestra: ut abstineatis uos à fornicatione, ut sciat unus quisque ue- 1. Thess. 5. a. strum uas suum possidere in sanctificatione & honore: non [1] in B passione desiderij, sicut & gẽtes quæ ignorant deum. & [2] ne quis supergrediatur, neq; circumueniat in negocio fratrem suum: quoniam uindex est dominus de his omnibus, sicut prædiximus uobis, & testificati sumus. Non enim uocauit nos deus in immũditiam, sed in sanctificationem. Itaque qui hæc spernit, non hominem spernit, sed deum, qui etiam dedit spiritum suum sanctum in nobis. De charitate autem fraternitatis non necesse habemus scribere uobis: ipsi enim uos à deo didicistis, ut diligatis inuicem. Etenim illud facitis in omnes fratres in uniuersa Macedonia. Rogamus autem uos fratres, ut abundetis magis: & operã detis, ut queti sitis, & ut uestrum negocium agatis, & operemini manibus uestris, sicut præcepimus uobis. & ut honestè ambuletis [3] ad eos qui foris sunt: & [4] nullius aliquid desideretis. Nolumus autẽ uos ignorare fratres [5] de dormientibus: ut non contristemini, sicut & cæteri qui spem non habent. Si enim credimus quòd Iesus mortuus est, & resurrexit: ita & deus eos qui dormierũt per Iesum, adducet cum eo. 1. Cor. 15. d. Hoc enim uobis dicimus [6] in uerbo domini, quia nos qui uiuimus, qui residui sumus, in aduentum domini, [7] non præueniemus eos qui dormierunt. Quoniam ipse dominus in iussu & in uoce archãgeli: & [8] in tuba dei descẽdet de cælo: & [9] mortui qui in Christo sunt, resurgẽt primi. Deinde nos qui uiuimus, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Christo in aera, & sic semper cũ domino erimus. Itaq; consolamini inuicẽ in uerbis istis.

1. *In passione desiderũ*, id est, affectionibus concupiscentiarum.

2. *Ne quis supergrediatur.* græcè, μὴ ὑπερβαίνειν, id est, ne suppeditet & vi ac violentia opprimat, *neque circumueniat*, græcè μὴ πλεονεκτεῖν, id est, fraude aliquid ab illo extorqueat.

3. *Ad eos qui foris sunt*, id est, inter infideles.

4. *Nullius aliquid desideretis.* Græci habent, μηδενὸς μηδενὸς χρείαν ἔχητε, id est, facite vt rei nullius indigeatis, nec stipẽ petere necesse habeatis.

5. *De dormientibus.* i. mortuis, nam & dormio & κοιμάομαι græcè pro mori sumũtur, vnde κοιμητήριον ad verbum dormitorium, locus in quo corpora mortuorum sepulta sunt. Latini in suam propè familiam asciuerunt. cœmeterium appellantes.

6. *In verbo domini*, quasi dicere, non nostra hæc est quã dicturi nunc sumus, sed dei sententia.

7. *Non præueniemus eos*, scilicet trãslatione ad gloriam: quoniam & qui antea mortui sunt, & si qui tũc viui reperientur, vnà obuiam Christo prodibunt glorificandi.

8. *In tuba dei.* Tubã dei Photius tropicè interpretatur angelicas virtutes inferiores, quarum ministerio vsurus est in resurrectiõe Christus, etsi per se id potest.

9. *Mortui qui in Christo sunt.* i. qui olim in Christo mortui sunt, primi resurgent, non tẽpore, sed dignitate & merito, respectu damnatorum. Deinde nos qui viuimus (in persona eorum loquitur qui tunc

tunc viuent) vnà cum olim iã mortuis rapiemur in nubibus obuiã domino. & sic ſemp cum domino erimus. Cõtẽtio hoc loco eſt ĩter doctores ſanctos, quibuſdam dicentibus quòd ſine morte tranſibunt ad gloriam: aliis, quòd in ipſo raptu ſubitanea morte morientur, à qua ſine vlla corporis corruptione tranſibũt ad gloriam, cui etiam opinioni Græci quidam accedunt, vt videbis 1. ad Corinthios 15. nume. 21.

1. *Sicut fur in nocte*. i. clanculũ & imprudentibus nobis.

2. *In vtero habentis*, id eſt, parturientis.

3. *In tenebris*. i. in peccatis.

4. *Non dormiamus*, ſomnum ſcilicet peccati. Nam dormire pro in peccatis eſſe ponitur.

5. *Sobrij ſimus*. non tantum à vino abſtemij, ſed omnibus prauis affectionibus quæ rationem conturbant abſtinẽtes. Quum ergo filij lucis ſimus. i. gratiæ, non noctis & tenebrarum, hoc eſt, peccati: ſomnium inertiæ, & affectionũ ebrietatem filiis tenebrarũ & noctis relinquere debemus.

6. *Quoniã non poſuit nos, &c.* id eſt, neque enim nos vocauit *in iram*. i. vindictam, hoc eſt, vt in nos æterna morte animaduerteret, *ſed in acquiſitionẽ ſalutis*, ſed vt nos ſibi p

ARGVMENTVM *Cap. 5.*

¶ *De inſperato Chriſti aduentu præmonet, iubens interim illos bonis operibus intentos vigilare, & diuina armatura munitos eſſe. Reliquam partem capitis paræneſes occupant.*

CAP. V.

E *temporibus autẽ & momentis fratres non indigetis ut ſcribamus* A
D

uobis. Ipſi enĩ diligenter ſcitis, quia dies domini,[1] *ſicut fur in nocte, ita ueniet. Cùm enim dixerint, pax & ſecuritas: tunc repentinus eis ſuperueniet interitus, ſicut dolor*[2] *in utero habentis: & non effugient. Vos autem fratres, non eſtis*[3] *in tenebris: ut uos dies illa tanquam fur comprehendat. omnes enim uos filij lucis eſtis, & filij diei. nõ ſumus noctis neque tenebrarũ. Igitur*[4] *nõ* B *dormiamus ſicut & cæteri: ſed uigilemus, &*[5] *ſobrij ſimus. Qui enim dormiunt, nocte dormiunt. & qui ebrij ſunt: nocte ebrij ſunt. Nos autem qui diei ſumus, ſobrij ſimus, induti loricã fidei & charitatis, & galeã, ſpem ſalutis:*[6] *quoniã nõ poſuit nos deus in irã: ſed in acquiſitionẽ ſalutis per dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum, qui mortuus eſt pro nobis, ut ſiue uigilemus, ſiue dormiamus, ſimul cũ illo uiuamus. Propter quod cõſolamini inuicẽ: & ædificate alterutrum, ſicut & facitis. Rogamus aũt uos fratres, ut nouerit*

1. Pe. 3. c.
Apo. 3. a. & 16. c.
Eſa. 59. c. & Sapi. 6. c.

C *tis eos, qui laborant inter uos, & præſunt uobis in domino, & monẽt uos: ut*[7] *habeatis illos abundãtius in charitate propter opus illorũ. pacẽ habete cum eis. Rogamus aũt uos fratres,*[8] *corripite inquietos, cõſolamini puſillanimes, ſuſcipite infirmos, patiẽtes eſtote ad oẽs. Videte*
Prou. 17. c. Rom. 12. d. 1. Pe. 3. b. Eccl. 18. c. Luc. 18. a.
D *ne quis malũ ꝓ malo alicui reddat. ſed ſemp qd̃ bonũ eſt ſectamini ĩ inuicẽ & in oẽs. Semp gaudete. Sine intermiſſione orate. In oĩbus gratias agite. hæc eſt enim uoluntas dei, in Chriſto Ieſu in oĩbus uobis.*[9] *Spiritũ nolite extinguere.*[10] *Prophetias nolite ſpernere. Oĩa aũt ꝓbate: qd̃ bonũ eſt tenete. Ab oĩ ſpecie mala abſtinete uos. Ipſe autẽ deus pacis ſanctificet uos ꝓ omnia:*[11] *ut integer ſpiritus*[9] *ueſter & anima & corpus ſine q̃rela, in aduẽtu domini noſtri Ieſu Chriſti cõſeruetur. Fidelis eſt qui uocauit*
1. Co. 1. b.
uos:[12] *qui etiã faciet. Fratres, orate pro nobis. Salutate fratres omnes in oſculo ſancto. Adiuro uos per dominũ, ut legatur epiſtola hæc omnibus ſanctis fratribus. Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti uobiſcum. Amen.*

Argumentum epiſtolæ ad Theſſalonicenſes ſecundæ.

QVia ſicuti optabat, Theſſalonicenſes adire Paulo non licuit, alteram ab Athenis ad eos ſcribit epiſtolã: & quia Chriſti aduẽtu tanquã iã inſtante terrebantur, oſtẽdit quidẽ illũ futurũ, *in quo & ipſi præmia percepturi, & ſui perſecutores ſupplicia: ſed nõ tam breui, nec ante Antichriſti aduẽtum*, de quo nõnulla tractans, & pro ſe precationes fieri petẽs, coercendos docet inquietos & turbulentos, & otioſe ac gratis victitantes.

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

EPISTOLA
DIVI PAVLI APOSTOLI AD THESSALONICENSES II.

1. *Quas sustinetis in exemplum, &c.* Græcè ὑπόδειγμα, & deest in, id est, documentum siue manifestationem. Est autē idem sensus, quòd pressuras & afflictiones ad iustum dei iudicium manifestandum sustinent, quum in iudicio videbunt impij quos afflixerunt, præmio: se autem afflictores supplicio affectos.

2. *Vt digni habeamini.* εἰς τὸ καταξιωθῆναι, id est, adeo vt digni habiti sitis, & ille vos dignos duxerit regno suo (nam Græcè deest in) ob afflictiones vestras. Ille enim dignatus est eos in afflictionibus confirmare, sicut Philipp. 1. vobis, inquit, donatum est pro Christo, non solum, vt in eum credatis, sed & pro illo patiamini.

3. *Si tamen iustum.* quidam Græci habent εἴπερ, id est, siquidem, vel quandoquidem iustum est deum reddere retributionem, vel vt Græci habent θλῖψιν, id est, tribulationem iis, qui vos tribulant. Chrysostomus legit, Si tamen, sed sic vt τὸ si, non dubitantis sit particula, sed affirmantis, quod aliquoties vsuenit.

ARGVMENTVM Cap. I.

¶ *Congratulatur Thessalonicēsium fidei & constantiæ in afflictionibus, asserens & eos pro toleratis præmia percepturos, & pro illatis persecutores pœnas daturos, in aduentu Iesu Christi: quem illis propitium precatur.*

CAPVT I.

PAulus & Siluanus & Timótheus ecclesiæ Thessalonicē siū in deo patre nostro, & domino Iesu Christo: gratia uobis & pax à deo patre nostro, & domino Iesu Christo. Gratias agere debemus semper deo, p uobis fratres, ita ut dignum est: quoniam supercrescit fides uestra, & abundat charitas uniuscuiusque uestrum in inuicem: ita ut & nosipsi in uobis gloriemur in ecclesiis dei, pro patientia uestra, & fide in omnibus persecutionibus uestris & tribulationibus, [1] quas sustinetis in exemplum iusti iudicij dei, [2] ut digni habeamini in regno dei, pro quo & patimini: [3] si tamen iustū est apud deū retribuere retributionē ijs qui uos tribulāt: & uobis qui tribulamini requiē nobiscū [4] in reuelatiōe domini Iesu de cælo cū angelis uirtutis eius, in flāma ignis dantis uindictā, iis qui non nouerunt deū, & qui nō obediūt euāgelio domini nostri Iesu Christi. [5] qui pœnas dabunt in interitu æternas [6] à facie domini & à gloria uirtutis eius: cùm uenerit glorificari in sanctis suis, & admirabilis fieri in omnibus qui crediderunt, [7] quia creditū est testimoniū nostrū super uos in die illo in quo etiam oramus semp pro uobis, ut dignetur uos uocatione sua deus noster, & impleat omnē uoluntatē bonitatis suæ, & [8] op9 fidei in uirtute, ut clarificetur nomē domini nostri Iesu Christi in uobis, & uos in illo, secundū gratiā dei nostri, & domini Iesu Christi.

4. *In reuelatione domini Iesu*, id est, quum reuelabitur, veneritq; ad iudicium angelis suis comitatus: sicut Matth. 16. scribitur. Quòd autē in igne venturus sit, docet Dauid Psal. 96. Ignis ante ipsum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius, cui similiter Paulus ait in flāma ignis, aut, vt Græci habēt ἐν πυρὶ φλογὸς, id est, in igne flammæ, dantis vindictā, vbi ὲ dātis, nō refertur ad τὸ flāmæ vel ignis, quum pro eo Græcè sit nomē generis fœminini, διδόντος aūt sit masculini, & ideo refertur ad id quod præcessit in reuelatione domini dātis vīdictā.

5. *Qui pœnas dabunt, &c.* Græcè deest *in*, ὄλεθρον αἰώνιον, id est, pœnas dabūt & pendēt, scilicet interitū æternū, vt pœnæ illæ nō temporariæ, sed æternæ sint.

6. *A facie domini.* i. à præsentia domini, inquit Chrysost. adeò vt nō multū sit negotiū ad perdēdos ipsos, quos sola pessundabit domini præsentia, vel à facie. i. à furore. nā Phanim pluraliter faciē significat Hebræis, & quia in facie cognoscitur ira & indignatio hominis, ideo vultū & facies Hebræis quādoque furorē significat & irā: vt Psal. Pone illos vt clibanū ignis in tempore vultus tui. pro vultus, phanequa est Hebraicè, id est, furoris tui, & Psal. 50. Auerte faciē tuam à peccatis meis, id est, indignationem & furorem, phanequa, pro quo Chaldæus habet apheq, id est, furorem.

7. *Quia creditum est, &c.* quia testificanti mihi de iis, quæ in die illo futura sunt præmiis & suppliciis credidistis.

8. *Opus fidei in virtute.* i. cōfessionē fidei, quæ excellēs est opus fidei, compleat in vobis & perficiat, cum potentia animiq; constantia.

1. *Nostræ congregationis.* quia in aduentu domini congregabuntur omnes sancti & electi. Zachar. 14. Ecce veniet dominus meus, omnésque sancti eius cum eo.

2. *Neque per spiritum,* id est, fictam reuelationem, aut ficta spiritus sancti, miracula, siue vt explicant Græci per spiritū nequā, per quem loquebantur pseudapostoli.

3. *Discessio primum.* ἀποστασία .i. defectio, vel à Romano imperio, nō quòd statim vēturus sit post eam, sed quòd nō antè: vel defectio, id est, Antichristus, qui deficiet à fide, vel defectio ab vniuersali ecclesia & fide catholica. Est autem ibi eclipsis frequens Paulo: nisi venerit discessio, &c. non veniet dominus ad iudicium.

4. *Supra omne quod dicitur deus.* Græca lectio duplex, ὑπὲρ πάντα ἐν λεγόμενον, id est, super omnem qui dicitur, vel ὑπὲρ πᾶν τὸ λεγόμενον θεὸν ἢ σέβασμα. i. super omne quod dicitur de⁹ aut religio vel cultus. Est enim σέβασμα religio ac cultus dei: nos vertere possum⁹ numen. Vult autem Paulus quòd nō tantum verum dei cultum, sed & omnem alterius præterquam sui tollet idololatriam.

5. *Num retinetis quod.* ὃ μνημονεύετε, non meministis quòd agens apud vos hæc dicebam vobis, scilicet, nō venturum Christum, nisi prius venisset antichristus?

6. *Quid detineat.* ὃ κατέχον, id est, impediens siue impedimentum, quo minus veniat. hunc locum & sequentes planè se nescire quomodo intelligantur, fatetur Augustinus lib. de ciuitate dei 20. sed tantum coniicere.

7. *Nam*

ARGVMENTVM Cap. 2.

¶ *Aduēt⁹ Christi signa præuia describit, & Antichristū depingit cū suis apostatis, quos ille seducturus est: illos quoq; in percepta doctrina perstare hortatur, ac bene illis precatur.*

CAPVT II.

ROgamus aūt uos fratres A
p aduentū domini nostri
Iesu Christi, & [1] nostræ
cōgregatiōis in ipsum, ut nō cito mo
ueamini à uestro sēsu, neq; terreami
ni, [2] neq; p spiritū, neq; p sermonē,
neq; p epistolā tanq̄ p nos missam,
quasi instet dies domini. Ne qs uos Eph.
seducat ullo modo: quoniā nisi uene 5.b.
rit [3] discessio primū, et reuelatus fue
rit homo peccati, filius pditionis, q̄ B
aduersatur & extollitur [4] supra o
mne q̄d dicitur deus, aut q̄d colitur,
ita ut in tēplo dei sedeat, ostēdens se
tanq̄ sit deus. [5] Nū retinetis q̄ cùm
adhuc essē apud uos, hæc dicebā uo
bis? Et nūc [6] q̄d detineat scitis: ut re-

7. *Nam mysterium.* quidā hoc mysteriū Neronē dicūt Antichristi figurā, potest autē τὸ mysteriū recto & accusatiuo casu legi, vt scilicet Antichristus operetur in suis discipulis *mysteriū iniquitatis.* i. adumbratā falsa religione hypocrisim & hæresim: vel q̄ ipse Antichristus qui futurus est mysteriū iniquitatis, iā operatur, & vt Græci dicūt, ἐνεργεῖται. i. vim suam profert, & exerit in sui simi libus & præcursoribus, hæreticis & seductorib⁹. q̄ etiā intelligi possunt esse mysteriū iniqtatis, dū sub prætextu præclarorū nominū, christi, fidei, gratiæ, ac similiū, atq; omnino fictæ religiōis, & male aptatis scripturis, suas hæreses celāt, sed interim tamē patrē suū Antichristū præstolātes, fideles clàm seducendo, operātur, vimq; & energiā iniqtatis suę, pferūt.

8. *Tantū vt qui tenet teneat, donec de medio fiat.* ita Græcè ἕως μέσος γένηται, quidam interpretātur de gente Romana, quæ tenet imperium, teneat: donec ab ea auferatur. mihi videtur de fide intelligi, quasi dicat, etsi iā mysteriū iniquitatis. i. Antichristi præcursores occulti hæretici, vim suā proferūt seducētes: tantū id supest, vt q̄ tenet teneat. i. fideles quā habēt fidē, retineāt, donec de medio fiat. i. donec de medio ecclesiæ exeāt occulti hæretici, & tūc reuelabitur ille iniquus. Quum enim eousque vesaniæ prodierint hæretici, vt non in conciliabulis, sed palàm & apertè fidem, & ecclesiam oppugnare non erubescant, tunc argumentum erit instantis Antichristi.

9. *Mittet illis deus, &c.* id est, abire sinet, vt credant mendacio, id est, atq; ita dimissi, relicta veritate mendacio credent, & iudicabūtur.

10. *Primitias in salutē.* quidā Græci codices habēt ἀπ' ἀρχῆς. i. ab initio nos elegerit, alij ἀπαρχάς. i. primitias. alludit autē ad ritum Iudæo-

Esa. 11.a. C

ueletur in suo tēpore. [7] Nā mysteriū
iā operatur iniquitatis: [8] tātū ut qui
tenet nūc teneat, donec de medio fi-
at. Et tunc reuelabitur ille iniquus:
quē dominus Iesus interficiet spiri-
tu oris sui, & destruet illustratione
aduētus sui, eū, cuius est aduētus se-
cundū operationē satanæ. In omni
uirtute, & signis, & prodigijs mē-
dacibus, & in omni seductione ini-
quitatis iis qui perēūt, eo q̄ charita-
tē ueritatis nō receperūt, ut salui fie
rēt. Ideo [9] mittet illis deus operatio-
nē erroris: ut credāt mēdacio, ut iu
dicētur oēs qui nō crediderūt ueri-
tati, sed cōsenserūt iniquitati. Nos
aūt debemus gratias agere deo sem
per pro uobis fratres dilecti à deo,
D q̄ elegerit uos deus [10] primitias in
salutē, in sanctificatione spiritus, et

Iudæorũ,qui iubebãtur in lege de nouis fructibus terræ primos & præcipuos deo offerre,quos primitias vocabant: ita vocat Paulus Christi apostolos,& discipulos primitias spiritus & Christi,quos velut primos & præcipuos ecclesię fructꝰ deo patri christꝰ cõsecrauit.

11. *In acquisitionẽ gloriæ, &c.* i. vt vos sibi in gloriã domini nostri Iesu Christi acqreret, vel vos gloriam domini nostri Iesu Christi in eum credẽdo acquireretis: Græci exponunt, vt gloriam filio suo acquireret in saluandis per eum fidelibus,

12. *Siue per sermonem.* facit hic locus cõtra eos,qui nulli rei fidem haberi volunt, quæ non expresse caueat in scripturis. contra quos hoc loco Chrysostomus & Græca scholia καὶ γὰρ ἡ ἀγράφως, & ἐγγράφως παραδωκαν ὁι ἀπόστολοι,καὶ ἀξιοφύλακτα καὶ ἀμφότερα. τοιγαρῦν καὶ ἡ ἄγραφος τῆς ἐκκλησίας παράδοσις φυλακτία ἔστιν. i. Etenim & scripta,& non scripta præcepta tradiderũt apostoli: & vtraque obseruatione digna. Igitur & ecclesiæ quoq; vel nõ scripta traditio seruãda est.

13. *Exhortetur.* παρακαλέσαι, id est, consoletur.

1. *Clarificetur.* δοξάζηται, illustretur, & magnificetur.

2. *Importunis.* ἀπὸ τῶν ἀτόπων, quod magis sonat ab inquietis, qui nullo loco stare possunt. notat autẽ, inquit Chrysost. hoc verbo hæreticos, qui ne deprehendantur ad sua conciliabula subinde sedes mutant.

3. *Non enim omnium est fides.* i. nõ omnes qui se Christianos fingũt, veri fideles sunt, vel, vt Græci exponunt, nõ est omnium credere, sed eorum quos dignos iudicauit deus.

4. *Inordinate.* ἀτάκτως. ἀτακτεῖν verbum græcum militare est, significatque extra ordinem se ponere, ac se de classe subducere, & nonnunquam petulanter, ac luxuriose viuere. quo significato Ambrosius vertit intemperanter. Mihi autem videtur alludere ad germanã significationem τῆς ἀτακτεῖν Paulus, atque hæreticos notare, qui intra ecclesiasticæ militiæ ordinem sese continere nolunt, sed se de classe subducũt nolẽtes ecclesiæ subdi legibus, quod in castris ἄτακτοι milites faciunt. vnde adhanc sententiam subdit, qui non ambulant secundum traditiones quas acceperunt à nobis.

5. *Non inquieti fuimus.* Græcè οὐκ ἠτακτήσαμεν, à verbo ἀτακτεῖν de quo antea. Est etiam ἀτακτεῖν petulanter agere, quo significato hic quadrat, non petulãtes fuimus inter vos.

6. *Panem manducauimus*, id est, viximus. panis enim nomine quicqd ad victũ pertinet Hebræis intelligitur, vnde Lucæ 14. scribitur, Cũ introisset Iesus in domũ cuiusdam principis Pharisæorum sabbato manducare panẽ. i. prãdere aut cœnare. & primi Reg. 1. Maledictꝰ inquit Saul, qui comederit panẽ vsque ad vesperã: vbi panis nomine oẽ esitabile venit, vnde Ionathas gustato melle, reus est execratiõis.

7. *Ambulantes inquietè.* Græcè ἀτάκτως, qđ hoc loco quadrat, p intempe-

in fide ueritatis. Ad quod, & uocauit uos per euãgeliũ nostrũ [11] *in acquisitionẽ gloriæ domini nostri Iesu Christi. Itaque fratres state: & tenete traditiones quas didicistis,* [12] *siue per sermonem, siue per epistolam nostram. Ipse autem dominus noster Iesus Christus & deus & pater noster qui dilexit nos, & dedit consolationẽ æternam, & spem bonam in gratia:* [13] *exhortetur corda uestra, & confirmet in omni opere & sermone bono.*

ARGVMENTVM Cap. 3.

¶ *Admonet, vt pro se orent, vicissim illis bene precatus: vtq; inquietos, & turbulentos, & desides atq; otiosè degentes cuitẽt, & coerceant, & omnino à contumacibus caueant.*

CAPVT III.

E *cætero fratres, orate* A Ephe. 6. Colo. 4.
D *p nobis ut sermo dei curret & clarificetur,* [1] *sicut & apud uos: & ut liberemur ab* [2] *importunis & malis hominibus.* [3] *Nõ enim omnium est fides. Fidelis autem deus est, qui confirmabit uos & custodiet à malo. Confidimus autem de uobis fratres in domino, quoniam quæcunque præcepimus, & facitis & facietis. Dominus autem dirigat corda uestra in charitate dei & patientia Christi. Denuntiamus autem uobis fratres in nomine domini nostri Iesu Christi, ut subtrahatis uos ab omni fratre ambulante* [4] *inordinate, & non secundum traditionem quam acceperũt à nobis. Ipsi enim scitis quemadmodum oporteat imitari nos: quoniam* [5] *non inquieti fuimus inter uos, neque gratis* [6] *panem manducauimus* Act. 20. g. 1. cor. 4. c. 1. the. 2. b. *ab aliquo, sed in labore & in fatigatione nocte & die operantes, ne quẽ uestrum grauaremus. Nõ quasi nõ habuerimus potestatẽ, sed ut nos metipsos formã daremus uobis ad imitandũ nos. Nã cũ essemus apud uos, hoc denũtiabamus uobis, Quoniã si quis nõ uult operari, nec manducet. Audiuimus enĩ ũter uos quosdã* [7] *ambulantes inquietè, nihil ope-*

temperanter, vel extra ordinem aliorum. nihil operantes, inquit, sed curiose agentes. Græcè pulchra alluſio μηδὲν ἐργαζομένους, ἀλλὰ περιεργαζομένους, q̃ ita reddi poteſt, nihil agentes, ſed ſatagentes. nam pro curioſe, & inaniter, atque importune quidpiam agere etiam ſatagere Quintiliano ſumitur, ex ſententia Afri: inquit enī libro ſexto capi. quarto, Afer venuſte, Mālium Suram in agendo diſcurſantem, ſalientem, manus iactantem, togam deiicientem, & impo nentem, non agere dixit, ſed ſatagere. Et hoc ꝓprie ſignificat ὁ περιεργάζεσθαι.

8. *Nolite deficere benefaciētes.* i. nolite ceſſare bene facere.

rantes, ſed curioſe agentes. Iis autem qui eiuſmodi ſunt denuntiamus & obſecramus in domino Ieſu, ut cum ſilentio operantes, ſuum panē manducent. Vos autem fratres[8] *nolite deficere benefacientes. Quòd ſi* D *quis non obedit uerbo noſtro per epiſtolam, hunc notate: & ne commiſceamini cum illo, ut confundatur: & nolite quaſi inimicum exiſtimare, ſed corripite ut fratrem. Ipſe autem deus pacis det uobis pacem ſempiternam in omni loco. Dominus ſit cum omnibus uobis. Salutatio mea manu Pauli: quod eſt ſignum in omni epiſtola: ita ſcribo. Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti cū omnibus uobis. Amen.*

Ga 2.c.

Argumentum epiſtolæ ad Timotheum I.

Timótheus Lyſtrenſis patre gentili, matre Iudæa natus, cui Eunice nomen, ob egregias animi dotes etiam iuuenis inſtitutus à Paulo, Epheſiorum Epiſcopus, admonetur hac epiſtola à Paulo functionis Epiſcopalis, & quales eccleſiæ miniſtros eligere debeat, quídq; etiam quóque pacto inſtituere, cuiuſcunque ſexus ac conditionis hominem oporteat. ac demum contentioſas quæſtiones & inanes diſciplinas reiicere.

EPISTOLA DIVI PAVLI AD TIMOTHEVM I.

ARGVMENTVM Cap. 1.

¶ Notat quoſdam inanium quæſtionum venditatores, & legis aſſertores, quos argui vult à Timótheo, oſtendens non opus eſſe lege iam iuſtificatis in Chriſto, cuius

ſto, cuius in ſe miſericordiam commemorat, aſſerens ſe à Chriſto vocatum: vt ſuo exemplo ſperare omnes docerentur, dehinc commendata Timótheo ſi de quoſdam hæreti os notat.

CAPVT I.

A Aulus Apoſtolus Ieſu
p Chriſti ſecundum impe-
rium dei ſaluatoris no-
Actō. 16.a. ſtri & Chriſti Ieſu ſpei noſtræ, Ti-
mótheo[1] dilecto filio in fide, gratia
& miſericordia & pax à deo pa-
tre & Chriſto Ieſu, domino noſtro.
Sicut rogaui te ut remaneres Epheſi, cum irem in Macedoniam, ut denuntiares quibuſdam ne aliter docerent, neque intenderent fabulis, & genealogiis interminatis: quæ quæſtiones præſtant magis, quàm ædificationem dei:[2] quæ eſt in fide.
Finis autē præcepti eſt charitas de
corde puro, & conſcientia bona,
& fide non ficta. A quibus quidam
aberrantes, conuerſi ſunt in uaniloquium: uolentes eſſe legis doctores,
B non intelligentes, neque quæ loquūtur, neque de quibus affirmant. Scimus autē quia bona eſt lex,[3] ſi quis ea legitime utatur: ſciētes hoc, quia lex iuſto non eſt poſita, ſed iniuſtis & non ſubditis, impiis & peccatoribus: ſceleratis & contaminatis, patricidis & matricidis, homicidis, fornicariis, maſculorum concu

1. *Dilecto.* Græcè γνησίῳ, id eſt, germano & ingenuo.
2. *Quæ eſt in fide.* ad hanc ſententiam ſubaudiendum e, ita & nūc rogo: referēdúmque ad illud, Sicut rogaui. & eſt eclipſis frequēs Paulo.
3. *Si quis legitime vtatur.* i. ſi quis ea ad ſenſum, intentionémque ipſius germanā vtatur. Legis autem intentio erat per ceremonias ad Chriſtū deducere, & Chriſto nato, vni illi fidere. Qui ergo docet Chriſtum veniſſe, vníque illi fidendum eſſe, is ea legitime vtitur, non qui ceremonias immiſcet: ſcimus ergo quia lex bona eſt, ſi qs ea legitime vtatur. Scientes hoc, quia lex iuſto nō eſt poſita. quidam Græci pro ſciētes habent εἰδώς. i. ſciens, & tunc refertur ad id quod ſtatim præceſſit, ſi quis ea legitime vtatur, ſciens hoc quia lex iuſto &c. noſter īterpres legit εἰδότες, id eſt, ſcientes, & tunc refertur ad τὸ ſcimꝰ, ſcimus ſcilicet quia lex bona eſt, & ſcientes hoc, quòd videlicet, *Lex iuſto non eſt poſita*, id eſt, iam iuſtificato per fidem Chriſti deique gratiā, non eſt opus lege pædagogo ac manuducēte, vel lex. i. terror legis pecca-

peccata inhibẽtis iusto non est posita. non quòd ea non teneatur facere quæ lege iubentur, & vitare quæ lege vetãtur: sed quia quod impii timore legis inuiti faciũt, hoc iusti sponte obq; dei amorẽ.

4. *Plagiariis.* Græcè ἀνδραποδισταῖς. dicuntur autem plagiarij iurisconsultis, qui aliena mancipia furto subducunt: quod furtum plagium appellant.

bitoribus, [4]*plagiariis, mendacibus, & periuris, & si quid aliud sanæ doctrinæ aduersatur, quæ est secundum euangelium gloriæ beati dei, quod creditum est mihi.* Gratias ago ei [5]*qui me confortauit in Christo Iesu domino nostro, quia fidelem me existimauit, ponens in ministerio, qui prius blasphemus fui, & persecutor, & contumeliosus, sed misericordiam dei consecutus sum: quia ignorans feci in incredulitate. Superabũdauit autem gratia domini nostri cum fide & dilectione, quæ est in Christo Iesu.* [6]*Fidelis sermo, & omni acceptione dignus: quòd Christus Iesus uẽnit in hunc mundum peccatores saluos facere, quorum primus ego sum. Sed ideo misericordiã consecutus sum:* [7] *ut in me primo ostenderet Christus Iesus omnem patientiam, ad informationem eorum qui crediturí sunt illi in uitam æternam. Regi autem seculorum immortali, inuisibili,* [8]*soli deo honor & gloria in secula seculorum. Amen.* [9]*Hoc præceptum commendo tibi fili Timóthee, secundum præcedentes in te prophetias: ut milites in illis bonam militiam, habens fidem, & bonam conscientiam: quam quidam repellentes, circa fidem naufragauerunt, ex quibus est Hymenæus & Alexander: quos tradidi satanæ, ut discant non blasphemare.*

5. *Qui me confortauit in Christo.* τῷ ἐνδυναμώσαντί με Χριστῷ, id est, gratias ago ei qui me fortificauit., id est, vires suppeditauit, Christo. nofter interpres legit ἐν Χριστῷ. neque enim confortauit, vt vulgo solent, pro consolatus est, sumere oportet: sed deo gratias ago qui ad rem tanti momenti exequendam, ni mirum euãgelii prædicationem, vires suppeditarit aliqui imbecilli, & min⁹ valẽti.

6. *Fidelis sermo, &c.* id est, certa & indubitata res est, omníque approbatione digna, quòd Iesus venerit peccatores saluos facere. πιστὸν enĩ dicimus ὁμολογούμενον. i. qđ compertum, exploratum, & cõfessum est: ἀποδοχὴ autẽ quod acceptionem vertit, approbatio vel acceptatio clarius dicitur.

7. *Vt in me ostenderet omnem,* id est, perfectam patientiã. Græcè est μακροθυμίαν .i. longanimitatem. hoc est, vt per me se Christus ostenderet patientem, & longanimen in sustinendis, & expectandis ad conuersionem peccatoribus: atque ita meo exemplo instruerentur qui crediturí, sunt, dei sperare misericordiam.

8. *Soli deo.* quidam legunt μόνῳ σοφῷ θεῷ, id est, soli sapienti deo, quæ verba si ad patrem referuntur, intelligendus est solus sapiens, non excluso filio, ac spiritu sancto, sed q̃ solus ipse fons sit, & principium omnis sapientiæ.

9. *Hoc præceptum commendo.* Chryso. interpretatur, sicut per prophetias, id est, spiritus sancti reuelationes institutus es episcopus, ita volo, & iubeo, vt in illis, id est, secundum illas bonam militiam exerceas. Mihi videtur hic sicut 1. Corinth. 14. nomine prophetiæ sacrarum literarum intelligi posse cognitio: atq; ita sensus erit. hoc præceptum tibi commendo, vt secundũ precedẽtes in te prophetias, id est, quemadmodum à puero sacrarum literarũ notitiam habes, ita te ĩ illis exerceas, & iuxta illas bonã militiam milites.

ARGVMENTVM Cap. 2.

¶ *Communes orationes fieri in ecclesia postulat, omni hæsitatione & animi indignatione carentes. Mulieres quoque tum in sermone tum in habitu modestas esse iubet.*

CAP. II.

A [1] *Bsecro igitur primũ omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus, & omnibus qui in sublimitate constituti sunt: ut quietam & tranquillam uitam agamus in omni pietate & castitate. Hoc enĩ bonum est & acceptum coram saluatore nostro deo: qui omnes homines uult saluos fieri, & ad agnitionẽ ue*

1. *Obsecro igitur primum, &c.* Græca scholia distingunt inter hæc 3. Græca, δεήσεις, προσευχὰς, & ἐντεύξεις: vt δέησις, qđ interpres vertit obsecrationes, sit rerum aduersarũ deprecatio: προσευχὴ, qđ vertit orationes, bonorum postulatio: ἔντευξις, qđ postulatiões vertit, interpellatio aduersus iniurios homines. Mihi videtur simplicior intelligẽtia si sumamus hæc tria pro eodẽ, vt sit epitasis Hebraica ad amplius exprimẽdam affectionem.

2. *Redemptionem.* Græcè ἀντίλυτρον & significat pretium redemptionis, λύτρα enim dicuntur quæ vulgo ransonas vocant. ἀντίλυτρον ergo dicitur quum vita vnius vita alterius, & caput capite redimitur, quomodo verè ἀντίλυτρον Christus pro nobis mortuus est, vt æternum viueremus.

3. *Cuius testimonium.* Græci legũt τὸ μαρτύριον καιροῖς ἰδίοις, qui dedit semetipsum redemptionem pro omnibus, testimonium suis temporibus. quæ verba Chrysostomus explicat, quia veritati & patri testimoniũ præbuit suis temporibus, & cõgruis. Latinus interpres legit, cuius testimonium confirmatum est suis temporibus. ꝙ scilicet testimonia prophetarum de Christo singula suo tempore confirmata sunt, in quo, siue in quod testimonium positus sum, id est, ad quod prædicandum delegatus sum.

4. *In habitu ornato.* Græc. κοσμίῳ κόσμιος autem ornatũ significat & honestũ ac modestũ, qđ hoc loco magis quadrat: vt scilicet non se comant, sed habitu sint honesto, frugi ac modesto, *cum verecundia & sobrietate.* μετὰ σωφροσύνης quod sobrietatem significat, & modestiam ac frugalitatem, quod hoc loco magis quadraret, ob id quod sequitur, non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, aut veste pretiosa, sed in frugalitate.

5. *Sed quod decet mulieres promittentes pietatem, per opera bona.* mihi videtur τὸ per opera bona, iungendum cum eo quod ante præcessit, ornantes se non in tortis crinibus, aut auro, &c. sed per opera bona, quod decet mulieres promittentes pietatem. sic nouissima hæc particula per parenthesim legenda.

6. *Docere mulieri non permitto.* hic Græci μὴ δὲ διδάσκειν φησὶ, μὴ μόνον

ritatis uenire. Vnus enim deus, un⁹ & mediator dei & hominum, homo Christus Iesus: qui dedit² redemptionem semetipsum pro omnibus. B
³Cuius testimoniũ temporibus suis confirmatum est: in quo positus sum ego prædicator & apostolus (veritatem dico, non mentior) doctor gẽtium in fide & ueritate. Volo ergo uiros orare in omni loco: leuantes puras manus, sine ira & disceptatione. Simi⁴liter & mulieres⁴ in habitu ornato: cum uerecundia & sobrietate ornãtes se, non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, uel ueste pretiosa: ⁵sed, quod decet mulieres promittentes pietatem³, per opera bona. Mulier in silentio discat, cum omni subiectione. C D
⁶Docere

μὴ μόνον ἀνθρώπινα, ἀλλα καὶ πνευματικά. ἐ δὲ μὴ διδάσκειν ἀπαγορεύει ἐν ἐκκλησίᾳ, id est, mulieres inquit ne doceant, nõ humana modo, sed neq; spiritualia. quod vero interdicit ne doceãt, intelligit in ecclesia: & quin docere non debeant, rationem addit, quia scilicet *Adam non est seductus*, hoc est, in scriptura non legitur seductus, mulier autem seducta, in præuaricatione fuit, id est, præuaricata est: mulier enĩ cõqueritur deo se à serpente seductam esse. semel ergo inquiunt Græci seducta mulier, docuit Adã lignum pulchrum esse visu, & suaue gustu, semel tãtum docuit, & statim omnia peruertit, ideo docere mulieri non permittitur.

1 Co. 14. f. Gen. 1. d. Gen. 3. b. *re autem, mulieri non permitto, neque dominari in uirum, sed esse in silentio. Adam enim, primus formatus est: deinde Eua, & Adam non est seductus, mulier autem seducta i prævaricatiõe fuit. Saluabitur autem per⁷ filiorum generationem: si permanserit in fide & dilectione & sanctificatione cum sobrietate.*

ARGVMENTVM Cap. 3.

¶ *Episcopos, diaconos, & ecclesiæ ministras mulieres, definit quales esse debeãt.*

CAP. III.

A Tit. 1. b. *¹Idelis sermo. Si quis episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Oportet enim episcopum irreprehensibilem esse,² unius uxoris uirum,* f

7. *Filiorum generationem.* generatio hæc non tam genitura, ac liberorum gestatio, Chrysostomo videtur intelligenda, quàm educatio, & ea non quælibet, sed si in fide, & dilectione, & sobrietate educare perseuerauerit: vnde pro eo quod ĩterpres habet. Si permanserit, Græci legunt de filijs ἐὰν μείνωσιν, si permanserint: quanq̃ hoc modo nihil est qđ verbo plurali respondeat, nã Græcè est pro liberorum generatione vnicum verbum compositum τεκνογονίας.

1. *Fidelis sermo.* i. indubia res est.

2. *Vnius vxoris virum.* non hic adigit ad iugum matrimonii, episcopos ac sacerdotes Paulus. sed vt inquiunt Chrysosto. & Ambros. ne assumatur qui alteram vxori mortuæ superĩduxerit, quòd illud incontinentiæ suspicione nõ careat, ꝙ si cõmodũ inueniatur è sæculi hoĩbus eligere, assumatur qui familiã bene regere nouit. Olim nãque vxoratos aliquot assumptos legim⁹, sicut de diuo Germano Antissiodorẽ. fertur: vult tamẽ Hieronymus si assumãtur vxorati, postmodũ abstinere vxorib⁹: neque enĩ, vt oẽs testãtur, Græci vnq̃

f post

post adeptum sacerdotiũ vxores duxere, & Græca scholia hoc loco sic habent, Μιᾶς γυναικὸς ἄνδρα, ὁ τέλο νομοθετεῖ, ἀλλ' ἐι γίνεται ἀπὸ κοσμικῶν, μὴ ἔιη δευτερόγαμος, πλὴν ἵνα πρὸς ἐπισκοπὴν πληθεὶς ἐκεῖνο πληροῖ, ἵνα οἱ ἔχοντες γυναῖκας ὡς μὴ ἔχοντες ὦσι, id est, *vnius vxoris virum*. non hoc iubet, sed si ex secularibus assumi cõtingat, vt ne sit digamus: veruntamen sic se cõtineat ad episcopatum vocatus, vt illud impleat, qui habent vxores, sint tanquã nõ habẽtes.

3. *Sobrium*. Græcè νηφάλεον. quod sobrium, prudentem, vigilantem rebusque attentũ suis, significat; & hoc modo exponit Chrysosto. quòd episcopum oporteat vigilare, & vndiquaque gregi suo prospicere.

[3] *sobrium*, [4] *prudentem*, [5] *ornatum*, *pudicum*, [6] *hospitalem*, [7] *doctorem* [8] *non uinolẽtum*, *non percussorem*, *sed* [9] *modestum: non litigiosum*, [10] *nõ cupidum*, *sed* [11] *suæ domui bene præpositum*, *filios habentem subditos*

4. *Prudentem*. σώφρονα, Ambrosi. vertit pudicum. vtrumque autem significat, noster interpres vtrumque verbum posuit, prudentem & pudicum, quum vnica vox illis Græcè respondeat σώφρονα.

5. *Ornatum*. κόσμιον, quod etiã bene cõpositũ & moratum significat.

6. *Hospitalem*, φιλόξενον, benignum in peregrinos & aduenas.

7. *Doctorem*. διδακτικὸν, aptum ad docendum.

8. *Non vinolentum*. ὐ πάροινον, quod vinosum, & temulentũ significat. παροινεῖν aũt dicũtur qui debacchãtur in alios, nec sanæ mẽtis sunt, & παροίνιον conuicium, temere ac stulte dictum, quale prodire solet ab ebriis: & Chrysostomus hoc loco πάροινον nõ pro vinoso accipit: sed pro conuiciatore, & elato: quod abesse vult ab episcopo, desiderans illi mansuetudinem.

9. *Modestum*. ἐπιεικῆ. i. modestum, moderatũ, mansuetũ, sed hic Græci præponunt μὴ αἰσχροκερδῆ. i. ad verbum, non turpiluerũ, nõ turpiter quæstuosum: quanquam assumptum puto ex loco sequẽte de diaconis, & ex epistola ad Titum.

10. *Nõ cupidũ*. ἀφιλάργυρον. non auarum, neque pecuniæ amantem.

11. *Domui suæ bene præpositũ*. προϊσάμενον. i. psidẽtẽ & domũ bene regẽtẽ. *filios*; *habentẽ subditos*. Græcè ἔχοντα ἐν ὑποταγῇ. i. in obediẽtia continẽtẽ, *Cũ omni castitate*, σεμνότητος, qđ Græcis significat castitatẽ, sanctimoniã, seueritatẽ, & grauitatẽ, morúmq; honestatẽ, ac verecũdiã: qualis esse in virginib⁹ ac iuuenib⁹ bene ĩstitutis solet: & hoc significato magis hoc loco quadrat: nec est otiosum qđ hic admonet Ambr. epistola 82. Paulũ dicere habẽtẽ filios, nõ faciẽtẽ.

12. *Diligen-*

12. *Diligentiam habebit*, ἐπιμελήσεται, id est, diligentiam adhibebit: vel quomodo curam geret ecclesiæ? id enĩ significat ἐπιμελεῖσθαι.

13. *Neophytum*. νεόφυτος, id est, nuper natum, aut plantatum, siue recens Christo insitum per baptismum.

14. *In opprobriũ incidat*. i. ne opprobrio & scandalo sit gentibus.

15. *Bilingues*. ὐ διλόγους. Chrysost. interpretatur nõ subdolos, aliud in ore, aliud in pectore habentes.

cũ omni castitate. Si quis autem domui suæ præesse nescit: quomodo ecclesiæ dei [12] *diligentiam habebit? Nõ* [13] *neophytum: ne in superbiã elatus in iudiciũ incidat diaboli. Oportet autẽ illũ, & testimoniũ habere bonũ abiis qui foris sunt: ut non* [14] *in opprobriũ incidat, & in laqueum diaboli. Diacones similiter pudicos, nõ* [15] *bilingues, non multo uino dedi tos, nõ turpe lucrum sectantes,* [16] *habentes mysteriũ fidei in conscientia pura. Et hi autem probẽtur primũ: & sic ministrent,* [17] *nullũ crimẽ habentes. Mulieres similiter pudicas, non detrahentes, sobrias, fideles in omnibus. Diacones sint* [18] *unius uxoris uiri: qui filiis suis bene præsint & suis domibus. Qui enĩ bene ministrauerint, gradum bonũ sibi acquirẽt, & multam fiduciã in fide quæ est in Christo Iesu. Hæc tibi scribo fili Timothee: sperans me ad te uenire cito. Si autem tardauero: ut scias quomodo oporteat te in domo dei cõuersari, quæ est ecclesia dei uiui, columna & firmamentum ueritatis.* [19] *Et manifeste magnum est pieta-*

16. *Habẽtes mysteriũ*, &c. i pura cõscientia fidei mysterium exercẽtes, vel seruãtes apud se ĩ cõscientia pura fidei mysteriũ. Nã & ἔχω seruare & custodire significat: vult aũt diaconos nõ passim fidei reuelare mysteria neque temere.

17. *Nullũ crimẽ habẽtes*. nõ hic crimẽ simpliciter ꝓ peccato sumẽdũ est, quis enĩ id præstare possit? sed pro criminatione: id enim significat verbum Græcum ἀνεγκλήτους, id est, incriminabiles. est enim proprie ἔγκλημα crimnis apud iudicem expostulatio. vult autem sic se illos gerere, ne data occasione eĩ ius vocentur.

18. *Vnius vxoris viri*. eo modo quo Ambrosius, & Chrysostomus de episcopis intelligunt.

19. *Et manifeste magnum est*, *& cetera*. Græci non habent quod, sed pro eo θεός,

id est, deus, vt hoc pietatis & religionis sacramentum intelligatur deus Christus, qui manifestatus est in carne: qui enim homines antea latebat in diuinitate, per carnis assumptionem illis innotuit. iustificatus est in spiritu: quod indubiè secundum humanitatem intelligi debet, secundum quam iustificatus dicitur, quomodo & sanctificatus. Ioan. 10. Quē pater sanctificauit & misit in mundum. iustificatus est autem spiritu, id est, per spiritum sanctum, & plenitudinem gratiæ, non per legem: ita quidam Græci. vel iustificatus, id est, iustus apparuit. nam etsi comessator audiret & vini potor, & dæmonium habens ab ipsis Pharisæis, agnitus tamen est iustus ab omnibus. *Apparuit angelis*, antea mysterium incarnationis ignorantibus. *prædicatus est gentibus*, & creditus mundo, & assumptus in gloria ī die assumptionis.

tis sacramentum, quod manifestatū est in carne, iustificatum est in spiritu, apparuit angelis, prædicatū est gentibus, creditum est in mundo, assumptum est in gloria.

ARGVMENTVM Cap. 4.

¶ *Futuros post se hæreticos ostendit, qui & nuptias damnent, tāquam illicitas & cibos velut immundos. Timotheum quoque reiectis fabulis ad pietatem se exercere hortatur, & sic se componere, vt omnibus bene viuendi sit exemplum.*

CAP. IIII.

SPiritus autem manifeste dicit: quia in[1] nouissimis tēporibus discedēt quidam à fide, attendentes spiritibus erroris & doctrinis dæmoniorum, in hypocrisi loquentium mendaciū, & [2]cauteriatam habentium suam conscientiam, [3]prohibentium nubere, abstinere à cibis quos deus creauit ad percipiendum cum gratiarū actione fidelib⁹ & iis qui cognouerunt ueritatem. Quòd oīs creatura dei bona est, & nihil reiiciēdum qđ cū gratiarum actione percipitur. Sanctificatur enim per uerbum dei, & orationē. Hæc proponēs fratribus, bonus eris minister Christi Iesu, [4]enutritus uerbis fidei & bonæ doctrinæ, [5]quā assecutus es. Ineptas autē & aniles fabulas deuita. exerce autē teipsum ad pietatē. Nā[6] corporalis exercitatio ad modicū utilis est: pietas autē, ad oīa utilis est: promissionē habēs uitæ quæ nūc est, & futuræ. Fidelis sermo, & omni accēptione dignus. In hoc enim laboramus & maledicimur, quia speram⁹ in deum uiuum qui est saluator omnium hominum, maximè fidelium. Præcipe hæc & doce. Nemo adolescētiam tuam contēnat, sed exemplum esto fideliū in uerbo, in conuersatione, in charitate, in fide, in castitate. Dum uenio, attēde lectioni, exhortationi, & doctrinæ. [7]Noli negligere

A
2. Ti. 5. a.
2. Pe. 3. a. Iude 1. f.
B
1. Ti. 4. d. 2. Ti. 3. c.
C
D

1. *Nouissimis temporibus.* ὑστέροις. id est, posterioribus vel sequentibus: ne quis de nostra tantum tempestate intelligat, vt postea dicetur.

2. *Cauteriatam conscientiam*, id est, corruptā & igne concupiscētiæ adustam, sumpta metaphora à maleficis quibus ferro candenti cutis inurebatur, in argumētum delicti & ifamiæ. at hæretici nō cutem sed mentem infamia cauteriatam habent.

3. *Prohibentium nubere, &c.* Non facit hic locus, vt putant nostrę tēpestatis hæretici, contra ecclesiasticas sanctiones, per quas sacerdotibus & monasticen professis matrimonio interdicitur, & ieiunan tibus certis cibis abstinere indicitur: sed vt testantur in hunc locū Chrysostom. & Theophyla. Græci, & ex latinis Ambros. Augustin. quoque & Hieronym. libr. 1. aduersus Iouinianum, facit hic locus aduersus duas hæreses à Martionistis, Manicheis, & Tatiano Encratitarum principe assertas, qui non solum nuptias, sed cibos quoque quos deus creauit ad vtendum, damnabant. Hoc autē loco, inhibētium abstinere, non est intelligendum quòd illi vetarent abstinentiam à cibis, sed carnium vsum potius. Et ideo Græci explicāt hunc locum inhibentiū abstinere à cibis, id est, vt cibis vterētur, quomodo qui dicit, caue abstineas à carnibus, non abstinentiam inhibet, sed præcipit. mihi videtur simplicior sensus, si dicamus eclipsin esse frequentem Paulo, vt sit sensus inhibentium nubere, & præcipiētium abstinere à cibis: quod vtique inhiberent ritu Iudaico.

4. *Enutritus.* ἐντρεφόμενος, id est, innutrit⁹ atque à puero in sacris literis conuersatus, sicut postea dicit, & quia ab infantia sacras literas didicisti.

5. *Quā assecutus es.* παρηκολούθηκας, id est, cū intelligētia assecutus, & consequutus es: non affectatus vt quidam voluit.

6. *Corporalis exercitatio, &c.* quidam inquit Chrysost. (quales & hac ætate multi) hæc apostolum de ieiunio dixisse ferunt, sed errant: neque enim corporalis exercitatio est ieiunium, sed spiritualis.

7. *Noli negligere gratiam, &c.* vel gratiam doctrinæ, quæ tibi data est per prophetiam, id est, sacrarum literarū cognitionem, vel gratiam

episcopalis officij, quæ tibi data est per prophetiam, id est, spiritus sancti inspirationem vnà *cum impositione manuum presbyterii*. i. quando vnà per manuum impositionem presbyter factus es.

8. Hæc *meditare*, id est, in his te exerce, & insta in illis, græcè ἐπίμελε, id est, perstа & perseuera.

1. *Discat primum domum suam regere*. μανθανέτω, quod significat, discat & doceat: doceat ergo domum suam, id est, familiam *regere*, græcè est προίστασθαι, quod absolutè sumi potest, pro piam ac religiosam vitam degere: & sic sensus esset, doceat familiam suam piè ac religiosè in fide viuere, & *mutuam vicem parentibus reddere*, vt sicut ab ipsis in iuuentute aliti sunt, ita in senectute eos alant. Si legimus, discat, sensus est, discat domũ suam ac familiam piè regere, discat etiam mutuam vicem parentibus reddere, quod Græci dicunt ἀντιτιθέναι, vt sicut ipsa à parentibus alita est, ita liberos ac familiam alat. Quidam legũt μανθανέτωσαν, id est, discant scilicet liberi à matre & familiam suam piè regere, ac parentibus vices reddere.

2. *Verè vidua est*. veras viduas vocat, quę & viri & liberorũ amicorũq; ac rerũ suarũ omni præsidio destitutæ essent, quales erant quæ ex Iudaismo aut paganismo transibant ad Christianismũ, quarum etiã plerunque bona proscribebantur.

gratiam quæ in te est: quæ data est tibi per prophetiam, cum impositione manuũ presbyterij. 8 *Hæc meditare, in his esto: ut profectus tuus manifestus sit omnibus. Attende enim tibi & doctrinæ, insta in illis. Hoc enim faciens, & teipsum saluum facies, & eos qui te audiunt.*

ARGVMENTVM Cap. 5.

¶ *Quo pacto erga omnem ætatem se habere debeat ostendit, veras viduas describens, & quales ad ministerium ecclesiæ deligi velit aperiens: presbyteros quoque suum rectè officium fungentes præmiari, & delinquentes argui, neque temerè ordinari iubet.*

CAPVT V.

A Seniorem ne increpaueris. sed obsecra ut patrẽ: iuuenes, ut fratres: 9 anus, ut matres: iuuenculas, ut sorores in omni castitate. Viduas honora, quæ uerè uiduæ sunt. Si qua autẽ uidua filios aut nepotes habet, [1] discat primum domum suam regere, & mutuam uicem reddere parentibus. hoc enim acceptum est coram deo. Quæ autẽ [2] uerè uidua est & desola

ta: [3] speret in deum, & instet obsecrationibus & orationibus nocte & die. Nam quæ in deliciis est, uiuens mortua est. Et hoc præcipe, ut irreprehensibiles sint. Si quis autem suorum & maximè domesticorum curam non habet, [4] fidem negauit & est infideli deterior. Vidua [5] de-
B ligatur non minus sexaginta annorum, quæ fuerit unius uiri uxor, in operibus bonis testimonium habẽs, si filios educauit, si hospitio recepit, si sanctorum pedes lauit, si tribulationem patientibus subministrauit. Si omne opus bonũ [6] subsecuta est. Adolescentiores autem uiduas deuita. Cùm enim [7] luxuriatæ fuerint in Christo, nubere uolunt: habentes
C damnationẽ, quia primã fidẽ irritã fecerũt: simul autẽ & otiosæ discũt circumire domos: nõ solum otiosæ, sed & uerbosæ, & curiosæ, loquentes quæ non oportet. Volo ergo iuniores nubere, filios procreare: matresfamilias esse, nullam occasionem dare aduersario maledicti gratia.
Deut. 25.a. 1.Co. 9.a. Iam enim quædam conuersæ sunt retro post satanam. Si quis fidelis habet uiduas, subministret illis, ut
Mat. 10.b. Luc. 10.b. non grauetur ecclesia: ut iis quæ uerè uiduæ sunt, sufficiat. Qui bene præsunt presbyteri, duplici [8] honore digni habeantur: maximè qui laborant in uerbo & doctrina. Dicit enim scriptura, Non alligabis os boui triturãti. Et, Dignus est operarius mercede sua. Aduersus presbyterũ accusationẽ noli recipe, nisi sub duob [9] aut tri

3. *Speret in deũ*. declarat quales illas esse oportet: quidã legunt, sperat & instat, tũcq; declarat veræ viduæ conditionem, quæ omni humano præsidio destituta in deum tantum sperat.

4. *Fidem negauit*. hac scilicet in parte: quia fidei aduersantia opera facit, estq; infideli eatenus deterior, & infidelis, etsi alios abiicit, suorum tamen curam habet.

5. *Deligatur*. s. in ministerium episcoporum & sacerdotũ.

6. *Subsecuta est*. græcè. ἐπακολούθησεν. i. si in omni bono opere assidua ac semper intenta fuerit.

7. *Luxuriatæ fuerint*. græcè, καταστρηνιάσωσι τοῦ χριστοῦ. i. quum aduersus Christum ac fidem illi promissam lasciuierint luxuriatæq; fuerint, nubere volunt.

8. *Honore*, id est, præmio. nam Hebræis honorare non tam est reuereri, quàm necessaria suppeditare, vt hoc loco semel atque iterum: & Latini honorẽ quoq; pro præmio sumunt. vnde munus honorarium.

9, Et *sine præiudicio*. græcè, χωρὶς προκρίματος, id est, sine personarum acceptione. Nã προκρίνειν anteferre aliquẽ alteri significat: vel præiudicium vt Latini sumunt intelige, & sic interptatur Chrysostom. vt scilicet pro nullo ante iudicium sententiam feras.

10. *Manus cito*, &c. id est, neminem temere ordinaueris.

11. *Adhuc*. græcè, μηκέτι, id est, noli post hęc vel amplius.

12. *Quorundam*, &c. Referendum est istud ad id quod præcessit, manus citò nemini imposueris, quasi si dicat Timotheus, Quomodo verò dignoscere potero idoneos? & Paulus respondeat, Quorundam peccata manifesta sunt *præcedentia ad iudicium*, id est, quorũdam adeò manifesta sunt peccata, vt ad dignoscendũ, iudicij examinatione vel temporalis vel extremi non indigeant, & hos cauere potes: *quorundam autem subsequuntur* peccata iudicium: quæ non nisi iudicij examinatione caueri possunt, hos tu obserua, de iis inquire. sic enim quidam ex antiquissimis Græcorũ. Similiter facta bona manifesta sunt, quia virtus sese vel inuitam prodit. Quæ autem aliter se habent, id est, vel manifesta non sunt, vel *bus testibus*. Peccantes, *coram omnibus argue, ut & cæteri timorẽ habeant*. Testor coram deo et Christo Iesu & electis angelis eius, *ut hæc custodias*, 9 & *sine præiudicio, nihil* D *faciens in alteram partem declinãdo*. 10 *Manus cito nemini imposueris, neque communicaueris peccatis alienis. Teipsum castum custodi*. No 11 *li adhuc aquam bibere, sed modico uino utere propter stomachum tuũ, & frequentes tuas infirmitates*. 12 *Quorundam hominũ peccata manifesta sunt, præcedentia ad iudicium: quorundã autem & subsequuntur. Similiter & facta bona manifesta sunt: & quæ aliter se habent, abscondi non possunt*.

ARGVMENTVM Cap. 6.

¶ *Seruos infidelibus etiam dominis obedire vult, neque nos inutilibus doctrinis, aut auaritiæ intentos esse, sed modico contentos, & virtutes sectari, & in doctrina sana ac fideli perseuerare: diuites autem spem in diuitiis non ponere, sed beneficos esse, & inutiles ac nouas doctrinas Christianos vitare*.

CAPVT VI.

Vicunque sunt sub iugo A
q serui, dominos suos oĩ honore dignos arbitrẽtur: *ne nomen domini & doctrina blasphemetur. Qui autem fideles habẽt dominos, non contemnant, quia fratres sunt: sed magis seruiant, quia fideles*

fideles sunt & dilecti, 1 quia beneficij participes sunt. Hæc doce & exhortare. Si quis aliter docet, & nõ acquieseit sanis sermonibus domini nostri Iesu Christi, & ei quæ secundum pietatem est, doctrinæ: 2 superbus, nihil sciens, sed languẽs circa quæstiones & pugnas uerborũ, ex quibus oriuntur inuidiæ, contentiones, blasphemiæ, suspiciones malæ, 3 conflictationes hominum mente B *corruptorum, & qui ueritate priuati sunt, existimantium quæstum esse pietatem. Est autẽ quæstus magnus* Iob. 1. d. eccle. 5. c. *pietas cum sufficientia. Nihil enim intulimus in hunc mundum: haud dubium, quia nec auferre quid possumus. Habentes autem alimenta, & quibus tegamur: his contenti simus. Nam qui uolunt diuites fieri, incidunt in tentationẽ & in laqueum diaboli, & desideria multa inutilia & nociua, quæ mergunt homines in interitum & perditionem.* C *Radix enim omnium malorum est cupiditas. quam quidam appetẽtes errauerunt à fide, & inseruerunt se doloribus multis. Tu autem ô homo dei, hæc fuge: sectare uero iustitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, mansuetudinem. Certa bonum certamen fidei: apprehende uitam æternam, in quam uocatus es & confessus bonam confessionem* bona non sunt, absconditi diutius non possunt. quia qualis quisque sit, tandẽ declarabitur.

1. *Quia beneficii participes sunt*. Hic locus variè legitur apud Græcos, codex Dionysianus habet, οἱ δυσεβείας ἀντιλαμβανόμενοι, id est, qui dei cultum & religionẽ adepti sunt: & tunc refertur ad dominos qui sint deo dilecti, quia dei religionem apprehenderint: alij Græci legunt ὅτι vel ὅτι, vt interps, δυσρησίας ἀντιλαμβανόμενοι, quod sic exponũt Græci, τυτέστι ἀντδυσρετούμενοι παρὰ τὴν διαστοτῶν, δέχὲ τὸ τρέφεσθαι καὶ ἐνδύεσθαι, hoc est, qui obsequij sui vices receperunt à dominis, dum ab illis aluntur & vestiuntur: & sic ad seruos refertur, quisensus est cõmodior.

2. *Superbus*, sub. est. nam Græci habent τετυφῶται, id est, inflatus est.

3. *Conflictationes*. quidã Græci habent, διαπαρατριβαὶ, quod significat conflictationes & verbosas contentiones: Græci interpretãtur traditiones morborũ spiritualium & peruersorũ dogmatum, & quasi intertrigines mutuò se fricantium. Alij παραδιατριβαὶ, quod significat infrugiferas scholas, & inanes disputationes.

4. *Bonam*

4. *Bonam confessionem.* constá tem vocat fidei professionem. & paulò pòst, *Bonam cõfessionem*, testimonium scilicet veritatis, quandò Pilato ait, Ego in hunc mundũ veni, vt testimonium perhibeam veritati.

5. *Sine macula irreprehẽsibile.* id est, nulla hæretica prauitate infectum, id est, serua mandatum irreprehensibile & inculpatum, & immaculatum.

6. *Quem* ἣν græcè, id est, quã ad ἐπιφανείαν, id est, aduẽtũ refertur, nõ ad Christi.

7. *Communicare*, id est, humanos esse & sociales. sic enim Græci exponũt κοινωνικὸς.

8. *Depositum*, id est, doctrinã tibi commendatam, vel gratias tibi cum episcopatu traditas.

9. *Nouitates vocũ, κενοφωνίας.* quidam legunt κενοφωνίας, id est, inanitates vocum, & *oppositiones* falsi nominis scientiæ, græcè ἀντιθέσεις, id est, contrarias opiniones & contentiones de ea quæ falsum habent nomẽ scientiæ, quam scientiam promittentes quidam, id est, habere se profitentes, exciderunt à fide.

coram multis testibus. Præcipio tibi coram deo qui uiuificat omnia, & Christo Iesu qui testimonium reddidit sub Pontio Pilato 4 *bonam confessionem, ut serues mandatum* 5 *sine macula, irreprehensibile usque in aduentum domini nostri Iesu Christi,* 6 *quem suis temporibus ostendet beatus & solus potens, rex regum & dominus dominantium: qui solus habet immortalitatem, & lucẽ inhabitat inaccessibilem, quem nullus hominum uidit, sed nec uidere poterit: cui honor & imperium sempiternum. Amen. Diuitibus huius seculi præcipe, non sublime sapere, neque sperare in incerto diuitiarũ, sed in deo uiuo (qui præstat nobis omnia abundè ad fruendum) bene agere, diuites fieri in bonis operibus, facilè tribuere,* 7 *communicare, thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum: ut apprehendant ueram uitam. O Timóthee,* 8 *depositum custodi: deuitans prophanas uocum* 9 *nouitates, & oppositiones falsi nominis sciẽtiæ, quam quidam promittentes, circa fidem exciderunt. Gratia tecum. Amen.*

Apo. 17. d. & 19. c. D Ioan. 1. b. 1. Ioa. 1. c. Luc. 12. b. Ioan. 1. b.

Missa è Laodicea per Tychicum diaconum.

ARGV-

¶ *Argumentum epistolæ.*

SPem sui reditus superiore epistola Timotheo quum fecisset, neq; præstare posset Romæ in uincula coniectus: ipsum hortatur bono animo esse, nec suis afflictionibus frangi, sed solicitam sui gregis curam gerere, uigilare aduersus hostes fidei, quales multos ecclesiã inuasuros prædicit. sciens autem & prænuntians obitum suum instare, cum ad se cum Marco uenire iubet.

EPISTOLA DIVI PAVLI APOSTOLI AD TIMOTHEVM. II.

ARGVMENTVM Cap. I.

¶ *Protestatus suum erga eum affectum, constanter iubet in sibi credito munere conuersari & confidenter euangelium annunciare, & prout à se institutus est, ita prædicare: dolens interim de quibusdam transfugis & apostatis: contrà verò Onesiphori fidem commendans, bene illi precatur.*

CAPVT I.

A PAulus apostolus Iesu Christi per uoluntatem dei, secundum promissionem uitæ, quæ est ĩ Christo Iesu, Thimótheo charissimo filio, gratia & misericordia, & pax à deo patre nostro, & Christo Iesu domino nostro. Gratias ago deo meo, cui seruio à progenitoribus meis in conscientia pura, quòd sine intermissione habeam tui memoriã in orationibus meis, nocte ac B die desiderans te uidere, memor lachrymarũ tuarũ, ut gaudio implear recordationẽ accipiẽs ei⁹ fidei, quæ est in te nõ ficta: quæ & habitauit primũ in auia tua Loide, & matre tua Eunice: certus sum autẽ ꝙ et in te. Propter quã causam admoneo te, ut [1] resuscites gratiam

1. *Resuscites.* ἀναζωπυρεῖν, quod significat ignem excitare, id est, & reaccendas, neque intermori sinas gratiam tibi collatam per impositionem manuũ mearũ. ibi Græci aiunt, Simul enim atque manus illi Paulus imposuit episcopum ordinans, simul in illum descendit gratia docendi, miracula ædendi, ecclesiamque regendi.

2. *Collabora.* συγκακοπάθησον. i. coaffligere, prout tibi virtutẽ dominus dabit, neq; pudeat te vinculorum meorum pro Christo.

3. *Vocauit nos*, inquit, *per gratiam suam*, quæ data est nobis in mente diuina, per Christum Iesum *ante tempora secularia*, id est, quam ab æterno proposuerat nobis deus per Christum dare, & quum omnia illi æquè præsentia sint, siue futura, siue præterita, rectè dicitur, que data est olim in dei prædestinatione, nunc autem in effectu manifestata est *per illuminationem Christi*. Græcè διὰ τῆς ἐπιφανείας, id est, per apparitionẽ siue vbi nobis Christus illuxit, qui quidem veniens destruxit mortem, vitam autẽ *illuminauit*, siue in lucẽ produxit, per euãgelium, id est, euangelij prædicationem, quia in eo virtus est ad salutem omni credenti, Rom. 1.

gratiam dei, que est in te per impositionem manuum mearum. Non enim dedit nobis deus spiritum timoris: sed uirtutis, & dilectionis, & sobrietatis. Noli itaque erubescere testimonium domini nostri, neque me uinctum eius: sed [2] collabora euangelio secũdum uirtutem dei: qui nos liberauit & [3] uocauit uocatione sancta, non secundum opera nostra, sed secundum propositum suum & gratiam, quæ data est nobis in Christo Iesu ante tẽpora secularia. Manifestata est autem nunc per illuminationem saluatoris nostri Iesu Christi, qui destruxit quidem mortem, illuminauit autem uitam & incorruptionem per euangelium, in quo positus sum ego prædicator & apostolus & magister gentium. Ob quam causam etiam [4] hæc patior: sed nõ confundor. Scio enim cui [5] credidi: & certus sum quia potens est [6] depositum meum seruare in illum diem. [7] Formam habe sanorum uerborũ, quæ à me audisti in fide & in dilectione in Christo Iesu. Bonum [8] depositum custodi per spiritum sanctũ, qui habitat in nobis. Scis enim hoc, quòd auersi sunt à me omnes qui in Asia sunt: ex quibus est Phygellus & Hermogenes. Det misericordiam dominus Onesiphori domui: quia sæpe me refrigerauit, & catenam meam non erubuit. sed cùm Romam uenisset, solicitè me quæsiuit & inuenit. Det illi dominus inuenire misericordiã à deo in illa die. Et quãta Ephesi ministrauit mihi, tu melius nosti.

Rom. 8.c. C Tit. 3.b. 1. Tim. 2.b. D

4. *Hæc.* subaudi, vincula pro euangelio patior, *sed non confundor*, id est, non erubesco.

5. *Credidi*, id est, vel scio cui, hoc est, in quem credidi, vel scio cui credidi, id est, cuius fidei commisi depositũ meum.

6. *Depositum.* vel fidem suam vocat, quam, inquit, dominus seruabit præmiandam in illum diem iudicij, vel depositum fideles sibi commissos vocat, dicens, cui illos credidi, de quibus ipse ait, commendo vos deo, & certus sum & illos seruare potest saluos in illũ diẽ. i. & qui meæ fidei commissi sunt, illos seruabit deus vsque in diem iudicij.

7. *Formam habe.* i. imitare & fac secũdum exemplar, quod tibi proposui. Scis enim quomodo prædicare debeas à me institutus. vbi Græci aiunt, Non ea tantum seruari iubet quæ scripto mandarat, sed quæ ore ad os etiam loquutus fuerat.

8. *Depositum*, vel fidem vel gratiam cum episcopi dignitate susceptã, vel etiam ecclesiam tibi commissam serua, & tutare ab incursu luporum.

ARGVMENTVM Cap. 2.

¶ *Timotheum confirmat & cohortatur suo exemplo ad ferendas pro Christo afflictiones, & prædicandum euangelium: ubens à prophanis & vaniloquiis abstinere, ac pure dei verbũ tractare: obiter hæreticorum mentionem faciens, qui sunt ecclesiæ vasa in contumeliam: inutiles quoque quæstiones & iuueniles cupiditates fugiendas docet.*

CAPVT II.

A Tu ergo fili mi, confortare in gratia, quæ est in Christo Iesu: & quæ audisti à me [1] per multos testes, hæc cõmẽda fidelibus hominibus, qui idonei erunt & alios docere. [2] Labora sicut bonus miles Christi Iesu. Nemo militãs deo implicat se negotiis [3] secularibus, ut ei placeat [4] cui se probauit. Nam & qui certat in

1. *Per multos testes.* quidam hos, leges & prophetas interpretãtur, alij testium multitudinẽ coram quibus intrepidè prædicauit, non quemadmodum hæretici occultè in conciliabulis.

2. *Labora.* Græcè κακοπάθησον, κακοπαθεῖν autem significat afflictiones ferre & obdurare in aduersis.

3. *Secularibus.* Græcè ταῖς τοῦ βίου πραγματείαις, vitæ huius negotiis & molestiis, vt πραγματεία ἀντὶ τῶν πραγμάτων sumatur, vel mundanis etiam negotiis.

4. *Cui se probauit.* i. qui eum elegit. Ambro. legit cui se probauit. i. in cuius militiã cõcessit. Græci legũt ἵνα τῷ στρατολογήσαντι αὐτόν. i. vt ei qui se in militem delegi

git placeat. Triplici autē analogia hortatur eum ad ferendas afflictiones: militis, pugilis, & agricolæ.

5. *Laborantē agricolā, &c.* nō dixit laborare oportet, sed quo ampli⁹ ad laborādū inuitaret, q̄ de labore p̄miū & primos fruct⁹ p̄cipere agricolā oportet. ergo illum oportet percipere primū fructus, sed laborantem.

6. *Quasi malè operans.* i. vinctus sum pro Christo quasi flagitiosus & facinorosus aliquis: sed vtcūq; manus & pedes vinciātur, nō est verbum dei alligatū. Nā in carcere etiā Paulus prædicabat & epistolas scribebat, vnde ad se mēbranas & libros Timotheum afferre iubet.

7. *Si non credimus.* i. siue negauerimus eum, siue in eum non crediderimus, nihil illi inde accedit aut decedit. Idem & fidelis permanet se ipsum negare nō potest, & mentiri seipsum nequit, quū idē sit semp q̄ ab eterno fuit.

8. *Probabilem.* Græcè δόκιμον. i. probum, siue probatū operariū *inconfusibilem*, ἀνεπαίσχυντον, quē non pudeat crucis Christi. Multi enim illā Christiani prædicare verebātur, quòd ridicula quędam res videretur multis.

9. *Rectè tractantē verbū.* Græcè ὀρθοτομοῦντα. i. rectè diui

agone: nō coronabitur, nisi legitimè certauerit. 5 *Laborantē agricolam oportet primum de fructibus accipere. Intellige quæ dico: dabit enim tibi dominus in omnibus intellectū.* *Memor esto, dominū Iesum Christiū* B *resurrexisse à mortuis ex semine Dauid, secundum euangelium meū, in quo laboro usq; ad uincula,* 6 *quasi male operans, sed uerbū dei non est alligatū. Ideo omnia sustineo propter electos: ut & ipsi salutē consequātur, quæ est in Christo Iesu, cum gloria cælesti. Fidelis sermo. Nam si commortui sumus, & conuiuemus. si sustinebimus, & cōregnabimus. si negauerimus, & ille negabit nos.* 7 *si non credimus: ille fidelis permanet, negare seipsum non potest. Hæc* C *commone: testificans coram domino. Noli contendere uerbis: ad nihil enim utile est, nisi ad subuersionem audientium. Solicitē autem cura teipsum* 8 *probabilem exhibere deo, operariū incōfusibilem,* 9 *rectè tractantem uerbum ueritatis. Prophana autem & uaniloquia deuita: multum enim proficiunt ad impietatem: & sermo eorum ut cancer serpit. ex quibus est Hymenæus & Philetus: qui à ueritate exciderunt, dicentes resurrectionem esse iam factam, & subuerterunt quorundam fidem.*

Sed

dentē & secernētem superflua & noxia dogmata à bonis & sanctis.

10. *Fundamentum dei stat.* etsi illi multos à fide auertūt, tamē vel fides in deū vel fideles electi fundati in fide Christi, qui sunt dei fundamentū, stant. i. immoti permanent: nec deturbari possunt. fundatum enim est supra firmam petram hoc fundamentum.

11. *Habens signaculū hoc.* i. habens in animo veluti sigillatum & impressum. *cognouit dominus qui sunt eius*, nimirū q̄ cogniti sunt à deo & sunt eius. Ipse enim spiritus testimonium reddit spiritui nostro, q̄ filij dei sumus: habēs etiā hoc signaculū *discedat ab iniquitate omnis qui inuocat nomē domini.* i. habens hoc in animo fixum, quòd qui fidelis est ab iniquitate debet discedere.

12. *In magna autem domo.* hinc ostendit non esse diffidendū, siquidē multi ad impietatē seducūtur: quoniā sicut in magna domo sunt alia vasa in honorē, alia in cō tumeliā: ita in mūdo vel ecclesia, pbi sunt & improbi.

13. *Cum modestia.* ἐν πραΰτητι, id est: mansuetudine, *Nequando det illis deus pœnitentiam*, id est, ne fortè te negligente conuertat illos deus, & resipiscant à diaboli laqueis, quibus captiui tenentur *ad ipsius uoluntatem*: vel diaboli, quia illis, quādiu tenet, ad arbitrium vtitur: vel dei, q̄a nō āpli⁹ habet in nos dñij diabolus, q̄ deus finit.

Sed firmum 10 *fundamentum dei stat,* 11 *habens signaculum hoc, Cognouit dominus qui sunt sui. &, discedat ab iniquitate omnis qui inuocat nomen domini.* 12 *In magna autem domo, non solum sunt uasa aurea & argētea, sed & lignea & fictilia: & quædam quidem in honorem, quædam autem in contu-* D *meliam. Si quis ergo emundauerit se ab istis: erit uas in honorem sanctificatum & utile domino, ad omne opus bonum paratum. Iuuenilia autem desideria fuge: sectare uerò iustitiam, fidem, spem, & charitatem, & pacem cum iis, qui inuocant dominum de corde puro.* 1. Timot. 4. c. *Stultas autem & sine disciplina quæstiones deuita: sciens quia generant lites. Seruum autem domini non oportet litigare sed mansuetum esse ad omnes, docibilem, patiētem,* Tit. 3. c. 13 *cum modestia corripientem eos, qui resistunt ueritati. nequādo deus det illis pœnitentiam ad cognoscendam ueritatem, & resipiscant à diaboli laqueis, à quo captiui tenentur ad ipsius uoluntatem.*

ARGY-

1. *Sine pace.* Græcè ἄσπονδοι, qui nemini amicitia iũcti sunt.
2. Sine benignitate ἀφιλάγαθοι. i. rerum omnium bonarum hostes.
3. *Habentes speciem quidem pietatis.* i. pietatẽ quidẽ simulantes, sed eã verè nõ habentes. hoc enim significat virtutem eius abnegantes.
4. *Assequutus es,* id est, planè tenes ac nosti.
5. *Qualia.* De iis Pauli afflictionibus videre potes in actis apostolicis.

ARGVMENTVM CAP. 3.

¶ *Ab impiis quos venturos præuidet cauere iubet Timotheum, & doctrinam abs se traditam seruare, & sacris literis vacare.*

CAPVT III.

HOc autem scito quia in A
nouissimis diebus instabũt tempora periculosa: 1. Timot. 4. a.
& erunt homines seipsos amantes, 2. Pe. 3. a.
cupidi, elati, superbi, blasphemi, parentibus non obedientes, ingrati, Iude 1. f.
scelesti, sine affectione, [1] *sine pace,*
criminatores, incontinentes, immites, [2] *sine benignitate, proditores, proterui, tumidi, & uoluptatum amatores magis quàm dei:*
[3] *habentes speciem quidẽ pietatis, uirtutẽ autẽ eius abnegãtes.* Et B
hos deuita. ex his enim sunt qui penetrant domos: & captiuas ducũt mulierculas oneratas peccatis, quæ ducũtur uariis desideriis:
semper discentes, & nunquam ad scientiam ueritatis peruenientes. Quemadmodum autẽ Iannes & Mambres restiterunt Moysi: C
ita & hi resistunt ueritati homines corrupti mente, reprobi circa fidem. sed ultra non proficiẽt: insipientia enim eorũ manifesta erit in omnibus: sicut & illorum fuit. Tu autem [4] *assecutus es meam doctrinam, institutionem, propositum, fidem, longanimitatem, dilectionem, patientiam, persecutiones, passiones,* [5] *qualia mihi facta sunt Antiochiæ, Iconij, Lystris: quales persecutiones sustinui, & ex omnibus eripuit me dominus.* Et omnes qui piè uolunt uiuere D
in Christo Iesu, persecutionem patientur. Mali autem homines & seductores proficient in peius, errantes, & in errorem mittentes.
Tu uerò permane in iis quæ didicisti, & credita sunt tibi: sciens à quo didiceris, & quòd ab infantia sacras literas nosti, quæ te possunt instruere ad salutẽ: per fidem quæ est in Christo Iesu. Omnis 2. Pe. 1. d.
scriptura diuinitus inspirata, utilis est ad docendum, ad arguendum,

Exo. 7. b.

dum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia: ut perfectus sit homo dei ad omne opus bonum instructus.

ARGVMENTVM Cap. 4.

¶ *Intentum esse verbo & vigilantem atque assiduum ob futuros hæreticos hortatus, obitum suum prædicit: & quia ab omnibus sit derelictus, ad se venire cum sarcinulis aliquot & Marco iubet. deinde prioris absolutionis mentione facta, salutatione & precatione epistolam claudit.*

CAPVT IIII.

Estificor coram deo, & A
T *Iesu Christo, qui iudicaturus est uiuos & mortuos per aduẽtum ipsius, & regnũ eius: prædica uerbũ, insta* [1] *opportunè, importunè: argue, obsecra, increpa, in omni patientia, & doctrina.*
Erit enim tempus cùm sanã doctrinam non sustinebunt: sed ad sua desideria coaceruabũt sibi magistros [2] *prurientes auribus, & à ueritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur.* Tu uerò ui- B
gila, in omnib⁹ labora, opus facu angelistæ, ministerium tuum imple.
Sobrius esto. Ego enim iã [3] *delibor: & tempus resolutionis meæ instat.*
Bonũ certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui. In reliquo
reposita est mihi corona iustitiæ,
quam reddet mihi dominus in illa Colo. 1. d.
die, iustus iudex: non solum autẽ mihi: sed & iis qui diligunt aduentũ eius. Festina ad me uenire cito. Demas enim me reliqt, [4] *diligẽs hoc seculũ, & abijt Thessalonicã: Crescẽs in Galatiã, Tit⁹ in Dalmatiã.* Lucas est mecũ solus. Marcũ assume, & adduc tecũ. est
enĩ mihi utilis ĩ ministerio. Tychicũ autẽ misi Ephesum. [5] Pænulã

1. *Opportunè, importunè,* id est, quocunq; tempore. nullum enim tempus dei verbo nõ commodum.
2. *Prurientes.* hoc loco pruriẽtes nõ accusatiui sed recti casus est. Græci κνηθόμενοι. i. q titillãtur & pruriũt auribus. i. quærẽtes qui sibi adblandiãtur impunitatẽ promittentes, & leniter aures scalpant, non veritate & gehennæ terrore radant.
3. *Delibor.* i. immolandus & sacrificãdus deo propero. & meæ resolutionis. i. dissolutionis & mortis tẽp⁹ instat.
4. *Diligens hoc seculum.* i. malẽs deliciari in seculo, quàm periclitari pro Christo.
5. *Pænulã.* Græcè φαιλόνης, & Latinè penula, vestis est, qua vice pallij aduersus imbres & frigora vtimur, quæ & tunicæ superinduitur.

6. *Carpum.* Huius Carpi meminit Dionysius Areopagites epistola 8. dicēs: Cùm aliquando in Cretam venissem sanctus Carpus me suscepit hospitio, virsi quis alius ob eximiā mentis munditiam ad dei speculationē aptissimus. Et Georgius Pachymeres Græcus in paraphrasi: Hic est Carpus de quo 2. ad Timotheū epistola meminit Paulus.

7. *Ostēdit,* id est, fecit. Nam Hebræi ostendere pro facere sumunt. sic Psal. 4. multi dicunt, quis ostendit nobis bona, id est, fecit? & 70. Ostendisti mihi tribulationes multas & malas. pro eo autem quod est Alexander *ærarius*, Græcè est καλκεύς, id est, faber ærarius, ne quis existimet pecuniæ publicæ fuisse præfectum.

8. *Leonis,* id est, impij, & crudelis Neronis.

9. *Liberauit.* Græci quidam legunt ῥύσεται, id est, liberabit, & conformius ob sequens futurum, saluū faciet.

quam reliqui Troade apud[6] *Carpum, ueniēs affer tecum: & libros, maximè autē membranas. Alexander ærarius multa mala mihi*[7] *ostēdit. reddet illi dominus secundum opera eius: quem & tu deuita. Valde enim restitit uerbis nostris. In prima mea defensione nemo mihi affuit, sed omnes me dereliquerūt. nō illis imputetur. Dominus autē mihi* D *astitit, & confortauit me, ut per me prædicatio impleatur, & audiant omnes gentes, quia liberatus sum de ore*[8] *leonis.*[9] *Liberauit me dominus ab omni opere malo: & saluum faciet in regnum suum cæleste. Cui gloria in sæcula sæculorum. Amen. Saluta Priscillam, & Aquilam, & Onesiphori domū. Eraſtus* Sup. 1.d. *remansit Corinthi. Trophimum autem reliqui infirmum Mileti. Festinā ante hyemem uenire. Salutant te Eubulus & Pudens, & Linus, & Claudia: & fratres omnes. Dominus Iesus Christus cū spiritu tuo. Gratia uobiscum. Amen.*

¶ Argumentum epistolæ.

Titum fidelem discipulum quum insulæ Cretæ episcopū præfecisset, huic ex urbe Nicopoli, quæ in Actiaco littore sita est, scribit: monēs instituere per regionem episcopos, unà etiam quales deligendi sint præscribens, quòq; pacto erga omnē ætatē, hominūq; conditionē gerere se debeāt, ut debitam in fidelibus dominis obedientiā præstandā esse prædicent, & à vanis doctrinis hæreticisq; hominibus cauere doceant: rogans tandem quum ad eum Artemas, & Tychicus venerint, iter ad se Nicopolin arripere.

ARGV-

ARGVMENTVM Cap. I.

¶ Euangelium sibi creditum præfatus, ac Tito gratiam precatus, admonet per singulas ciuitates presbyteros instituat, quales ipse depingit, qui hæreticis in faciē cōtradicere possint, & sanam doctrinam prædicare.

EPISTOLA DIVI PAVLI APOSTOLI ad Titum.

CAPVT I.

A PAulus seruus dei, apostolus autem Iesu Christi[1] *secūdū fidē electorū dei et agnitionem ueritatis, quæ secundū pietatem est in spē uitæ æternæ, quā promisit, qui non mentitur deus, ante tēpora sæcularia, manifestauit autem temporibus suis uerbū suū in prædicatione, quæ credita est mihi secundū præceptū saluatoris nostri dei: Tito dilecto filio secūdum cōmunē fidē, gratia &* B *pax à deo patre & Christo Iesu saluatore nostro. Huius rei gratia reliqui te Cretæ, ut ea quæ desunt corrigas, & cōstituas p ciuitates presbyteros, sicut & ego dispositi tibi.*

1. Tim. 3. a.

1. *Secundum fidem electorum dei.* apostolus, inquit, & à Christo ad prædicandū euangelium delegatus κατὰ πίστιν τὴν ἐκλεκτῶν θεοῦ, ad fidem electorum dei, id est, vt Græci exponunt, vt electi dei credāt, & agnoscāt veritatē non quamlibet, sed *quæ est secundum pietatem*, id est, quæ in pietate & religione consistit. Nam scientiis humanis est sua veritas, sed illa in pietate non consistit, nec sui possessores pios facit. Apostolus ergo, inquit, *secundum fidem electorum*, id est, propter fidem electorū, vt me prædicante credant, *& secundum agnitionem veritatis*, id est, vt agnoscant veritatem Christianam, quæ est secūdum pietatem, & in spē vitæ æternæ, id est, spem vitę æternę habens, & vt Christianam veritatem, quæ secum habet spem vitæ æternæ annexam agnoscant electi: ne verò spē hāc frustratoriam putares, addit, quam *ante tēpora sæcularia*, id est, ab æterno deus verax promisit, licet promissam hanc vitam diu distulerit. Manifestauit autē suis temporibus verbū: definito autem tempore *verbum*, i. spē vitæ æternæ promissam, vt Hieron. interpretatur, manifestauit *in prædicatione*, i. per prædicationem euangelij, quæ mihi credita & cōmissa est ex iniunctione saluatoris nostri dei. Paulus ergo ille apostolus Tito

dilecto, siue, vt Græci habẽt γνησίῳ, id est, legitimo ac germano filio per communem fidem, id est, per fidem, quam ego illum docui, subaudi, salutem dicit.

2. *Vnius vxoris vir.* de hoc vide 1. Timoth. 3. numero 2. Bigamos autem hoc loco arcet ab episcopi dignitate, quòd qui vnica vxore nõ fuerit contentus, argumentum nonnullum præstitit incontinentiæ.

3. *Luxuriæ.* ἀσωτίας, quod non tantum libidinem significat, sed immodicũ rerum omnium luxum. non in accusatione luxuriæ, id est, nõ accusatos de luxu.

4. *Oportet enim episcopum sine crimine esse.* Græcè ἀνέγκλητον, id est, qui nõ fuerit aliquando ob crimen in ius vocatus: oportet enim episcopum nõ modò omni malo, si fieri potest, sed etiam omni suspicione mali carere, & omni repræhensione superiorem esse, *sicut dei dispensatorem*, id est, administratorem verbi dei.

5. *De circuncisione.* ij sunt Iudæi apud Cretam nati, nam de his intelligere oportet ob sequentia.

6. *Propheta.* prophetam poetam vocat. Is est autem Epimenides, qui dicitur proprius i lorũ, quia Cretẽsis erat.

7. *Sani sint in fide.* i. sanam rectamque fidem sequantur.

8. *Omnia munda.* Iudæorum superstitionem arguit, qui putabant adhuc immundum esse aliquid ciborum, *& infidelibus nihil est mundum. sed inquinatæ sunt eorum & mens & conscientia. Confitentur se nosse deum: factis autem negãt, cùm sint abominati &* [9] *incredibiles, & ad omne opus bonum reprobi.*

Si quis sine crimine est, [2] unius uxoris uir, filios habens fideles, non in accusatione [3] luxuriæ, aut nõ subditos. [4] Oportet enĩ episcopũ sine crimine esse, sicut dei dispensatorem: non superbum, non iracundum, non uinolentum, non percussorem, non turpis lucri cupidum: sed hospitalem, benignum, prudentem, sobriũ, iustum, sanctum, continentem, amplectentem eum qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem, ut potens sit exhortari doctrina sana, & eos qui contradicunt arguere. Sunt enim multi etiam inobedientes, uaniloqui & seductores maxime qui [5] de circuncisione sunt: quos oportet redargui, qui uniuersas domos subuertunt, docentes quæ non oportet, turpis lucri gratia. Dixit quidam ex illis proprius ipsorum [6] propheta, Cretenses semper mendaces, malæ bestiæ, uentres pigri. Testimonium hoc uerum est. Quam ob causam increpa illos durè ut [7] sani sint in fide, non attendentes Iudaicis fabulis, & mandatis hominum auersantium se à ueritate. [8] Omnia munda mundis: coinquinatis autẽ & infi-

Epimenides.

Rom. 14.

ARGVMENTVM Cap. 2.

¶ Ergà vnamquamq; ætatem & sexum quo pacto se gerere debeat ostendit, admonẽs interim sui officii & Timotheum, & seruos omnes, deiq; in omnes nos abundantem charitatem aperiens.

CAPVT II.

A VAutẽ loquere quæ decent
T sanã doctrinã. Senes, ut sobriỹ sint, pudici, prudentes, sani in fide, in dilectione, in patientia. Anus similiter [1] in habitu sancto, [2] non criminatrices, non multo uino seruientes: bene docẽtes, ut prudentiam doceãt. Adolescentulas, ut uiros suos ament, filios suos diligãt,
B prudentes, castas, sobrias, domus curam habentes, benignas, subditas uiris suis, ut non blasphemetur uerbum dei. Iuuenes similiter hortare, ut sobriỹ sint. In omnibus [3] teipsum præbe exemplum bonorũ operum, in doctrina, in integritate, in grauitate: uerbum sanum, irreprehen-
C sibile. ut is q̃ ex aduerso est, uereatur, nihil habens malum dicere de nobis. Seruos dominis suis subditos esse, in omnibus placentes, non con-

& ita persuadebãt nõnulli. cõtra quos Paulus nullũ cibũ sua natura, aut dei præcepto Christianis immundum esse docet.

9. *Incredibiles*, ἀπειθεῖς. i. increduli, & inobedientes.

1. *In habitu sancto.* Græcè ἐν καταστήματι ἱεροπρεπεῖς. i. eo habitu, qui sacras & deo dicatas matronas decet, vt habitus non vestimẽta tantum, sed etiã gestum, & incessum, omnemq; corporis compositionem signet.

2. *Non criminatrices.* Græcè μὴ διαβολὰς, id est, non calumniatrices.

3. *Teipsum præbe, &c.* exẽplũ bonorũ operũ in doctrina, ĩ integritate, ĩ grauitate. Græci aliter legunt. ἐν τῇ διδασκαλίᾳ ἀδιαφθορίαν, σεμνότητα, ἀφθαρσίαν. i. exhibe in doctrina tua *integritatẽ*, vt solida sit, & integra, *grauitatem*, vt nõ sit de nugis inutilibus, *incorruptionem*, ne hæreseon veneno sit infecta, verbum sanum, irreprehensibile. Noster interpres, q̃ præcedentia in ablatiuo legit, hunc sensum facit, præbe & exhibe ĩ omni doctrina, integritate, grauitate, verbum sanum & irreprehensibile, *vt is qui ex aduerso est*, id est, aduersarius vester vereatur, Græcè ἐντραπῇ, id est, pu-

 defiat,

desiat,& confundatur,nihil habens malum dicere de vobis.i.non habens in quo de vobis maledicat.

4. *Nō fraudantes.* Græcè μὴ νοσφιζομένους, est autē νοσφίζεσθαι proprie furtim aliquid decerpere. & detrahere,quū rē totā nō ausis tollere,quod seruis furacibus est peculiare.

5. *Acceptabilē.* Græcè εὐπρόσδεκτον quod vocabulum negat Hieron.alibi q̄ in sacris literis reperiri,sed fictū à septuaginta,nūc sumi ꝓ grato, & accepto: nunc pro egregio, & peculiari.

6. *Cum imperio.* Græcè μετὰ ἐπιταγῆς.i. cū iiūctione, ne imperiosum aliquid putes.

1. *Dicto obedire,* Græc. πειθάρχειν qđ ꝓpriè est magistratibus parere. quāq̄ etiā simpliciter obedire significat.

2. *Renouationis.* Græcus genitiuus, ἀνακαινώσεως verti pōt in accusatiuū,per renouationem spiritus sancti.

3. *Secūdū spē.* nōdū enī hæredes sumus in re, sed in spe.

tradicētes:[4] *nō fraudātes,sed in omnibus fidē bonā ostēdētes, ut doctrinā saluatoris nostri dei ornēt ī oībus* Apparuit enī gratia dei saluatoris *nostri oībus hoībus,erudiēs nos: ut abnegantes impietatē & secularia desideria,sobrie,& iuste,& pie uiuamus in hoc seculo,expectātes beatā spē & aduētū gloriæ magni dei, & saluatoris nostri Iesu Christi, q̄ dedit semetipsū pro nobis, ut nos redimeret ab oī iniqtate,& mūdaret sibi populū*[5] *acceptabilē,sectatorem bonorū operū Hæc loquere & exhortare: & argue*[6] *cum omni imperio. Nemo te contemnat.*

Colo. 3.d. 1. Pe. 2.c.

ARGVMENTVM Cap.3.

¶ *Principibus parere iubet & mansuetos exēplo Christi esse,cuius apparuit in nos ab impietate cōuersos,benignitas. Deinde varias & cōtētiosas disciplīas & hæreticos vitare præcipiēs, ad se Titū accersit.*

CAP. III.

Dmone illos principib⁹, & potestatib⁹ subditos esse,[1] *dicto obedire, ad oē opus bonū paratos esse, neminem blasphemare, non litigiosos esse,sed modestos: oēm ostēdentes mānsuetudinē ad oēs hoīes. Eramus enim aliquādo & nos īsipientes,īcreduli,errātes,seruientes desideriis & uoluptatibus uariis,ī malitia & īuidia agētes,odibiles,odientes īuicē. Cū aūt benignitas & hūanitas apparuit saluatoris nostri dei* B *nō ex opibus iustitiæ,quæ fecimus nos,sed secūdū suā mīam saluos nos fecit,per lauacrū regenerationis & renouatiōis spūs sancti,*[2] *quē effudit in nos abūde per Iesum Christū saluatorē nostrū,ut iustificati gratia ipsius,hæredes simus*[3] *secūdū spē uitæ æternæ Fidelis sermo est. Et de his uolo te cōfirmare: ut curēt bonis operibus præesse,qui credūt deo Hæc sūt bona & utilia hoībus. Stultas aūt quæstiōes, & genealogias,& cōtentiones,& pugnas legis deuita: sūt enī inutiles & uanæ. Hæreticū hoīem post unā & secūdā correptionē deuita: sciēs quia subuersus est qui eiusmodi est,& delinquit,cū sit proprio iudicio cōdēnatus. Cū misero ad te Artemā,aut Tychicū, festina ad me uenire*[4] *Nicopolim: ibi enī statui hyemare. Zenā legisperitum & Apollo solicite*[5] *præmitte,ut nihil illis desit. Discāt aūt & nostri,bonis operibus præesse ad usus necessarios: ut nō sint infructuosi. Salutāt te,qui mecum sunt omnes. Saluta eos qui nos amant in fide. Gratia dei cum omnibus uobis. Amen.*

C 1.tim. 1.b. 2.Ti. 2.d.

D

D

4. *Nicopolim.* Chryso hic dici existimat Nicopolī Thraciæ ciuitatem, Hieron. Nicopolim Epyri.

5. *Præmitte.* Græcè πρόπεμψον qđ etiā significat comitare,& honoris gratia deducito.

ARGVMENTVM EPISTOLAE.

¶ *Philemonē virum probum Phrygem genere, Onesimus seruus clam sublatis pecuniis reliquerat, Romam profectus: vbi cum à Paulo cōuersus ac baptizatus esset, cum hac deprecatoria furti, & commendatitia epistolā ad eundem à Paulo remittitur.*

EPISTOLA

Diui Pauli ad Philemonem.

A *Aulus uinctus Christi* p *Iesu,& Timótheus frater: Philemoni dilecto & adiutori nostro,& Apphiæ sorori charissimæ,& Archippo cōmilitoni nostro,& ecclesiæ quæ in domo tua est: gratia uobis & pax à deo patre nostro,& domino Iesu Christo. Gratias ago deo meo, sēper memoriā tui faciēs in orationibus meis, audiēs charitatem tuā,& fidē quā habes ī domino Iesu,& in oēs sāctos: ut cōmunicatio fidei tuæ*[1] *euidens fiat in agnitione omnis operis boni in uobis in*

1. *Euidens fiat.* īterpres legit, ἐναργῆς, Chrysost. ἐνεργῆς.i. efficax,& sensus est, *vt cōmunicatio fidei tuæ.*i.quā nobiscū cōmunē habes,euidēs & efficax fiat.i.appareat ī agnitione omnisboni operis.i.dum in bona opera exibit ī Christo Iesu.i.per Christum.

t iiii Christo

3. *Gaudium.* interpres legit χαρὰν.i. gaudium : quidam χάριν.i.gratiam.
2. *Requieuerũt.* Græcè ἀναπέπαυται, quod etiam significat, refocillata sunt.
4. *Quum sis talis.* Græci legũt quum ego Paulus talis sim vt tu, nimirum senex: quanq̃ idem sensus.
5. *Mea viscera.* i. mihi intime charum.
6. *Ne velut ex necessitate.* ne tam coactus q̃ vltroneus, & sponte hãc mihi gratiam fecisse videreris.
7. *Ad horam.* i. ad tempus. nã Græcè ὥρα tẽpus significat, sed breue.
8. *In carne & in domino.* i. & ĩ tẽporalibus rebus & domini negotio.
9. *Imputa,* Græc. ἐλλόγα. i. fer expensum.
10. *Super id quod dico.* i. plusq̃ dico.
11. *Epaphras.* hic Colossẽsis erat, vnde & Colossensem ait Chrysost. fuisse Philemonẽ.

Christo Iesu. [2]Gaudiũ enim magnũ habui & consolationẽ in charitate tua: quia uiscera sanctorũ requieuerũt per te frater. Propter quod multã fiduciã habẽs in Christo Iesu imperãdi tibi quod ad rẽ pertinet, propter charitatẽ magis obsecro, [4]cum sis talis, ut Paulus senex, nunc autẽ & uinctus Iesu Christi. obsecro te pro meo filio quem genui in uinculis, Onesimo: qui tibi aliquando inutilis fuit, nunc autem & mihi & tibi utilis, quem remisi tibi. Tu autem illum, id est[5] mea uiscera, suscipe. Quẽ ego uoluerã mecũ detinere, ut pro te mihi ministraret in uinculis euãgelii: sine consilio autẽ tuo nihil uolui facere, uti[6] ne uelut ex necessitate bonum tuum esset, sed uolũtarium. Forsitan enim ideo discessit [7]ad horam à te, ut æternum illum reciperes: iam non ut seruum, sed pro seruo charissimum fratrem, maximè mihi, quanto autem magis tibi, & [8]in carne & in domino? Si ergo habes me socium: suscipe illum sicut me. Si autem aliquid nocuit tibi aut debet: hoc mihi[9] imputa. Ego Paul[9] scripsi mea manu. Ego reddã, ut nõ dicã tibi quòd & tei ipsum mihi debes. Ita frater ego te fruar in domino. refice uiscera mea in Christo. Cõfidẽs in obedientia tua scripsi tibi: sciẽs quoniam & [10]super id quod dico, facies. Simul & para mihi hospitiũ. Nã spero per orationes uestras donari me uobis. Salutat te [11]Epaphras cõcaptiu[9] me[9] ĩ Christo Iesu, Marc[9], Aristarch[9], Demas, & Lucas adiutores mei. Gratia dñi nostri Iesu Christi cũ spũ uestro: Amen.

Missa è Roma per Onesimum seruum.

Argumentum epistolæ ad Hebræos.

ETsi ad gẽtes potissimũ apostol[9] delegatus esset Paulus, quãtopere tamẽ Iudæorũ salutẽ cuperet testatur ad Rom. 9. dicẽs, optabã ego anathema esse à Christo pro fratribus meis: & 11. Quãdiu quidẽ ego sum gentiũ apostolus, ministeriũ meũ honorificabo: si quo modo ad æmulãdũ prouocem carnem meã, & saluos faciã aliquos ex illis. Quinimò ex omnibus apostolis, Paulus & Barnabas ad ministrãdas illis eleemosynas delecti sunt. Ad Iudæos ergo & cõuersos Hebræos in Palæstina & Hierosolymis habitãtes, qui ab infidelibus variè affligebãtur, cõsolatoriã hanc scribit epistolã, patiẽter afflictiones ferre, & in Christũ remuneratorẽ sperare admonẽs, in quẽ omnẽ fiduciã, relicta lege, collocare docet: quippe qui abrogato legis sacerdotio æternus apud deũ põtifex pro illis interpellat, cuius fide (de qua & de patiẽtia multis disserit) saluari illos oporteat. De industria aũt nomẽ suum omittit, quòd ob circũcisionẽ, quã eneruaret, odiosus illis esset, tũ etiã (sicut in Actis legimus) quòd illis neglectis ad gentes transisset. Quare inutile est argumentũ eorũ, qui ob tacitũ nomẽ hãc esse Pauli epistolã negant: neq; magis validũ ob styli differẽtiã. Paulus enĩ græcæ lĩguæ nõ admodũ perit[9], nisi (quatenus prædicã di necessitas exigebat) Hebraicæ doctissimus fuit. vnde & hæc epistola cæteris est eloquẽtior, & vt ita dicam magniloquẽtior: quam Hebraicè scriptã Lucas græcè doctissimus vertisse fertur: vt ecclesiasticæ historiæ lib. 6. cap. 11. asserit Eusebius Cæariẽsis. Subfrigidum est quoq; argumẽtũ quòd 2. cap. de euangelica doctrina dicat: Ab eis qui audierunt in nos cõfirmata est. quũ ad Gal. dicat nihil se ab apostolis adiutũ. Nam, sicut eo loco dicemus, per τὸ nos, nõ se sed eos ad quos scribit intelligit. Inania aũt alia argumẽta, & similes nugas peruersasq; opiniones, quibus suas inscripturã sanctã sarragines inspersit Caietanus, abũdè retudit frater Lãcilotus, Dominicanus, hõ pius & doctus. Aduersus aũt oẽs qui Pauli negant hãc esse epistolam, Theophylacti sententiam adscribam in explicatione huius loci, portans oĩa verbo virtutis suæ, ita dicẽtis, Nõ possum equidẽ nõ admirari multorum hominum impudẽtiam, qui quum intelligant per epistolæ huius exordium tot fuisse hæreses confutatas, haud tamen desinant asserere epistolam hanc Paulo nõ conuenire, ceu à cæteris epistolis alienam. Velim tamen hos non esse nescios epistolæ huius & sensum & profunditates, & vim illam inconfutabilem, nullius alterius esse posse nisi Pauli, qui Christum haberet in se loquentem. Quòd si dicẽdi modus illos offendit, intelligãt Paulum Hebraica lingua hanc ipsam dictitasse epistolam, vt qui ad Hebræos haberet sermonem, & vnum aliquẽ è suis contubernalibus in Græcum vertisse. Et plerique Lucam hanc transtulisse ferunt, aut Clementem. Nec secus hi peccant qui hanc esse Pauli epistolam negant, quàm si Paulo abesse Christum negarent.

[9]Epistola

1. *Multipharie.* Ab initio Christianos Hebræos cõsolatur, ostendẽs, maiore eos gratia dignatos quàm patres, quòd nouissima ætate ad eos per vnigenitum filium pater loquutus sit, patribus autem ī prophetis tantum, hoc est, per prophetas. nam hic ἐν Græcum & in Latinum, pro per sumitur.

2. *Quem constituit, &c.* Christus enim tanquam homo vniuersi orbis à patre constitutus est dominus & hæres, vt Psal. 2. dicitur, Postula à me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam. Hęredis autem nomen penè omnes ad Christi humanitatem referunt, Photius ad diuinitatẽ, dicens eum hęredem vniuersorum à patre constitutum, quia ab æterno paternæ substantiæ & gloriæ omniumque ex æquo bonorum cum patre sit particeps, & omnia est filius quæ est pater, præterquã quòd non est pater. per quem fecit, inquit, & secula, id est, quicquid vsquam est factum. Ecce, inquit, quomodo δημιουργός est & omnium cum patre opifex. Si ergo per Christũ secula pater fecit, conficitur Paulus Samosatenus qui Christum negat ante Mariam fuisse.

EPISTOLA DIVI PAVLI AD HEBRAEOS.

ARGVMENTVM Cap. 1.

¶ *Christum, per quem ad eos locutus est deus pater, verum deum & hominem cõfirmans, lõgè angelis excellentiorem esse, multis rationibus ostendit.*

CAP. I.

MVltipharie multisque modis olim deo loquens patribus in prophetis, nouissime diebus istis locutus est nobis in filio, [2] quẽ constituit hæredem uniuersorum, per quẽ fecit & secula: [3] qui cum sit splendor gloriæ & [4] figura substantiæ eius, [5] portãsque omnia uerbo uirtutis suæ, [6] purgationem peccatorum faciens, sedet ad dexterã maiestatis in excelsis: [7] tãto melior angelis effectus, quãto differentius præ illis nomẽ hæreditauit. [8] Cui enim dixit

A

B

Sup. 7. d.

3. *Qui cum sit splendor gloriæ*, Græcè ὢν ἀπαύγασμα. i. existens splẽdor & relucentia paternæ gloriæ. splendor autem procedentem à patre naturam significat, vt Photius inquit, nec otiosum putat participium ὤν, existimans illud esse nomẽ filii, sicut & patris qui Moysi dicit ἐγώ εἰμι ὁ ὤν, id est, ego sum qui sum. Cyrillus coæternitatem cum patre hoc loco per splendorem significari ait.

4. *Figura substantiæ eius.* Græc. χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως. Est aũt character forma ex alio expressa. Est ergo filius forma, character, imago, & omnimoda similitudo patris. Idem enim est hoc loco figura substantiæ paternæ cum eo quod ad Philippenses vocat, formam dei: quoniam autem splendor iuxta humanam rationem non dicit substantiam, ne expertem illum putares paternæ substantiæ, addidit, *& figura substantiæ eius*, id est, omnimoda similitudo & expressio: vt sicut per se subsistit pater & alio ad perfectionem non indiget, ita & filius.

5. *Portans omnia verbo virtutis suæ.* græcè, τῷ ῥήματι, id est, potentiæ: hoc est, omnia ferens, regens, & continens potenti verbo. vocabulo autem verbi & portandi, vt inquit Chrysostomus, facilitas omnia continendi & regendi intelligitur.

6. *Purgationem peccatorum faciens.* Græci habent, δι' ἑαυτοῦ καθαρισμὸν ποιησάμενος τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, id est, per semetipsum peccatorum nostrorum purgatione facta, sedet ad dexteram maiestatis in excelsis, id est, homo ille ratione humanitatis à verbo assumptæ, in eadem maiestate & dignitate cum patre habitat in cælis. Nam *sedere* pro habitare, & *dextera* pro summo honore & dignitate sumitur.

7. *Tanto melior angelis effectus, quanto differentius præ illis nomen hæreditauit.* græcè pro melior est κρείττων, quod etiam præstantiorem & potentiorem significat: & pro *differentius* διαφορώτερον quod excellentius significat. Sensus est ergo, quòd Christus tanto præstantior factus est angelis, secundum humanitatem assumptam, & tanto illius hominis à verbo assumpti conditio potior quàm angelorum fuit, quanto excellentius nomen hæreditauit quàm illi, nomẽ scilicet filij dei. Nam per incarnationem verbi factus est homo, dei filius, & hoc nomen hæreditauit: angelus autem serui tantum nomen habet.

8. *Cui enim dixit, &c.* Probat præstantiorem esse Christum angelis, & excellentius filij nomen hęreditasse, quòd à deo patre nullus angelorum vocetur filius, hoc autem loco, *hodie genui te*, τὸ genui significat, Christum non adoptione aut gratia quatenus verbum est, sed natura dei esse filiũ, & ὲ *hodie* non tẽpus significat, sed æternitatẽ importat. Sicut enim τὸ ὤν participium præsentis temporis, nomen est

est dei,quia in deo nihil est præteritum aut futurum,sed præsentia sunt omnia,ita hoc loco dicitur hodie genui,id est,semp & ab eterno,quanquam Athanasius ait τὸ *Filius meus es tu*,ad diuinitatem referri,τὸ *ego hodie genui te*,ad humanitatem: vt videbis in græcis scholiis.Chrysostomus autem,Theodorus,& Hylarius ad resurrectionẽ Christi referunt,τὸ hodie genui te, iuxta quod in euã gelio de resurrectione Christus loquens ait,In resurrectione cùm sederit filius hominis,&c.& Paluus Act.13. de Christi resurrectione loquens ait, Resuscitans Iesum,sicut in Psal.2.scriptum est,filius meus es tu,ego hodie genui te.

9. *Ego ero illi in patrem.* hoc loco temporalem filiationẽ innuit.

aliquando angelorum, *Filius meus es tu,ego hodie genui te?* Et *rursum,* [9] *Ego ero illi in patrem: & ipse erit mihi in filium.* Et [10] *cùm iterum introducit primogenitum in orbem terræ,dicit,* Et *adorent eum omnes angeli dei. Et ad angelos quidem dicit, Qui facit angelos suos spiritus: & ministros suos flammam ignis.* [11] Ad *filium aũt,Thronus tuus deus*

Psal. 2.b. 2.Re. 7.b. Psal. 96.c. Psal. 103.d Psal. 44.b

10. *Quum iterum introduxit primogenitum in orbem terræ*,id est,quũ eum in possessionem orbis terrarum misit:quod factum est, dum incarnatus est Christus,nam ante incarnationem etsi mundi dominus esset dei filius,nondum tamen hæreditatem suam adiuerat:nihil commune habebat cum mundo , qui totus erat spiritus. Sic Cyrillus & Gregorius Nissenus. Quum autem humanam nostram naturã assumpsit,tunc inductus est in possessionẽ orbis terræ,hoc est quod Paulus ait,Quum introduxit eum in orbem terrarum,id est, quum illi visum est vt primogenitus suus in carne appareret hominibus mundum incolentibus:tunc dixit, Adorent eum omnes angeli dei.Ergo præstantior est quem adorare iubentur:quod etiam confirmat dicens,*& ad angelos quidem dicit*:id est,de angelis:qui facit angelos suos spiritus,& ministros suos flammam ignis. Qui locus ita ordinãdus est,qui facit spiritus suos angelos,id est,nuntios. angelus enim officij nomen est,spiritus naturæ : & ministros suos flammam ignis,id est,igneæ ac velocissimæ naturæ. His autẽ verbis nihil aliud vult Paulus, nisi φ angelis filij nomen non tribuitur,vt Christo,sed nuntiorum & seruorum.græca scholia aiũt εἰσαγωγήν,id est,introduxit siue induxit, positum pro ἐγχειρίσῃ , id est, in manus illi tradidit orbem terrarum,& regendum commisit.

11. *Ad filium autem.* sequentibus authoritatibus comprobat Paulus Christi

Christi dignitatem & excellentiam. Thronus tuus,inquit,in seculum seculi,virga equitatis,virga regni tui: *Thron*[9] autem vel regnũ vel iudicium significare potest: & *virga æquitatis*,vtriusque potestatem executiuam. Dilexisti iustitiã, &c.,propterea vnxit te deus deus tuus oleo exultationis præ participibus tuis : quanquàm græcè sit ὁ θεὸς ὁ θεὸς , tamen græca scholia dicunt prius sumi φ ὦ θεέ,id est,ô deus , vocandi casu:id est,propterea ô deus Christe,deus tuus scilicet pater,vnxit *te oleo exultationis* .i.spiritus sancti gratia , & hoc secundum humanitatẽ *præ participibus tuis* .i. supra omnes consortes tuos homines:qa Christo non ad mensuram data est gratia,sed ad plenitudinem . Quod verò ait, vnxit te deus, interpretari possumus,messiam te& regem constituit , vel vnxit oleo exultationis.i.spiritu sancto quem infudit,te inũxit: sicut Lucæ quarto ait,Spiritus domini super me,eo quòd vnxerit me.nihil ergo vult Paulus,nisi tanto maiorem esse Christum angelis , φ illi serui tãtum sint & ministri,Christus autem rex & deus:quod perspicuum est ex loco Psal.Propterea ô deus vnxit te deus tuus, &c.

in seculum seculi : uirga æquitatis uirga regni tui. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: propterea unxit te deus,deus tuus oleo exultationis præ participibus tuis. [12] Et, *Tu in principio domine terrã fundasti: & opera manuum tuarũ sunt* D *cæli. Ipsi peribunt: tu autem permanebis, & omnes ut uestimentũ ueterascent . Et uelut amictũ mutabis eos, & mutabuntur:tu autem idem ipse es, & anni tui nõ deficiẽt.* [13] Ad

Psal. 101.d

12. *Et, Tu in principio, &c.* Excellentiam quoque hoc loco Christi ostendit ex ipsius opificio,qui cælos & terram creauerit , & hoc ad diuinitatem refertur:quum enim antè dixisset,quando introduxit eum in orbem terrarum,ne ex illis verbis quispiam existimaret illum tunc primum cœpisse,quum assumpta carne in orbem terrarũ introductus est,post habita de humanitate verba , nunc rursus ad diuinitatem redit,ostendens eum terram fecisse, & cælos,quos perituros dicit:non φ eorum sit desitura natura , sed φ in aliam immutandi sunt speciem meliorem,& innouandi.

13. *Ad quem autem angelorum, &c.* alio Dauidis testimonio Christum angelis præstantiorem ostendit,quòd illi dictum sit à patre , *Sede à dextris meis*,id est,habita & quiesce in plenitudine meæ maiestatis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.vbi *& donec* non finem temporis significat,sed æternitatẽ potius : quo significatõ

cato aliquoties ſumitur in ſcriptura: vt de Maria dicitur Matth.1. quòd non cognouit eam Ioſeph,donec peperit filium ſuũ primogenitũ. Vel donec ponitur pro vt,ſicut Pſal.122. Oculi noſtri ad dominum deum noſtrum donec miſereatur noſtri,id eſt, vt miſereatur: ſic,ſede à dextris meis,donec ponam,id eſt,vt ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorũ, id eſt,humanitati tuæ ſubiiciam:quando eam ſuper omnes cælos & angelos exaltauero.

14. *Nonne omnes, &c.* angelos non filios dei ſed hominum etiam tantum miniſtros docet, eorum ſcilicet qui hæreditatem cæleſtem ſunt percepturi.non iubentur ergo ſedere vt Chriſtus, ſed miniſtrare, vnde tanto illo ſunt inferiores.

1. *Propterea abũdantius*, id eſt, quum ergo per proprium filium loquutus ſit nobis deus,tãto abundantius.1. præſtantius ac maiori obſeruatione obſeruare nos oportet quæ ab eo audiuimus, quanto præſtantior eſt euãgelici verbi adminiſter Chriſtus,quàm vel prophetæ vel angeli legis adminiſtratores,*ne fortè perefluamus*,græcè,παραῤῥέωμεν. i.inquit Chryſo.pereamus.Græca ſcholia,ne à recto ac via ſalutis excidamus,ad verbũ ſignificat,ne perfluamus.i.more præterfluentis aquæ dilabamur ac prorſum pereamus.Aut fortè alluſit ad metaphoram perfluentis chartæ, quæ receptos characteres minus retinet,ſed diffundit ita vt euaneſcant,quod contingit minus attentis animis, qui ſuſceptã doctrinam non retinent,ſed ſtatim in ventos abire ſinunt, & præterfluere.

quem autem angelorum dixit aliquando,Sede à dextris meis,Quoad uſque ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum? 14 *Nónne omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus in miniſterium miſsi propter eos qui hæreditatem capiunt ſalutis?* Pſa. 109.a 1.Co. 15.d.

ARGVMENTVM Cap. 2.

¶ Retinendam cum tremore Chriſti doctrinam variis miraculis & gratiis confirmatam: Chriſtum autem vt mortẽ qua tenebamur deſtrueret,ſimilem noſtri effectum, & vſque ad paſsionem humiliatũ oſtendit: poſtmodum autem omnibus ſibi ſubiectis gloria & honore coronatum.

CAP. II.

1 Propterea abundantius A
P *oportet obſeruare nos ea quæ audiuimus: ne fortè perefluamus.* 2 *Si enim qui per angelos dictus eſt ſermo, factus eſt firmus: & omnis præuaricatio & inobedientia accepit iuſtã mercedis retributionem: quomodo nos effugiemus ſi tantam neglexerimus ſalutem?* 3 *quæ cùm initiũ accepiſſet enarrari per dominũ: ab eis qui audierunt, in nos cõfirmata eſt, conteſtante deo ſignis & portẽtis, & uariis uirtutib⁹, & ſpiritus ſancti diſtributiõibus ſecũdũ ſuã uoluntatẽ.* 4 *Non enim angelis ſubiecit deus orbẽ terræ futurũ, de quo loquimur.*

2. *Si enim, &c.* ſi lex miniſtrata per angelos.i.cæleſtes illos ſpiritus, aut Moyſen,vel quodcunque aliud mandatum per angelos hominibus

nibus diuulgatum,verax ac ſtabile permãſit,eiúſq; pręuaricatores, prout erãt demeriti,dei iudicium & vindictã effugere non potuerunt:quomodo nos effugiemus,ſi tantam neglexerimus ſalutẽ?ſcilicet euangelicam doctrinam,quæ nobis ſalutem adfert. Et ne excuſare poſſent,nequaq; illã eſſe ſibi ſufficienter traditam,ſubdit.

3. *Quæ quum, &c.* i. quam quum prior ipſe prædicaſſet dominus,ex ore illius excipientes diſcipuli,ad nos deriuarunt: eam diuinis ſignis & portentis ac virtutibus confirmantes,id eſt, miraculis & ſpiritus ſancti diſtributionibus,hoc eſt,diuerſis donis & gratiis,quæ enumerãtur prima ad Corinth. 12.b. non quòd huiuſmodi ſigna ſuapte virtute ederent, ſed deo pro ſua voluntate hæc in illis ob euangelij teſtimonium operante. Quod autẽ ait,*in nos*,non eſt exiſtimandus de ſe Paulus intelligere, ſed in perſona ſua de illis loquitur, vt quum de iis qui tempore iudicij viui erunt,dicit, deinde nos qui viuimus. Ego verò puto quum ait,ab iis qui audierunt in nos confirmata eſt,ἡμᾶς in nos, & græcum εἰς ἡμᾶς,ſumi pro eo quod dicimus, vſque ad noſtram ætatem, vſq; ad hoc tempus,ſicut frequens eſt Græcis εἰς ἐμέ, pro vſque ad meam ætatem. Senſus ergo eſt,quòd ſalus noſtra primum ab ipſo domino prædicata eſt,deinde ab iis qui prædicantem illum audierant *in nos* id eſt, vſque ad nos & noſtram hanc ætatem ſignis confirmata & portẽtis. Is mihi videt ſenſus cõmodior,ppter eos qui dicũt hãc epiſtolã nõ eſſe Pauli,ꝙ contrà q̃ ad Galatas dicat doctrinã euangelicam in ſe ab apoſtolis confirmatã:qui tamen non eſt ſenſus Pauli.

4. *Nõ enim angelis, &c.* hunc locũ Græci referũt ad præcedẽs caput. Proſequit enim his verbis excellentiã Chriſti ſupra angelos, de quo quũ dixiſſet,quũ introduxit in orbẽ terræ: & allegaſſet illud,Initio domine terrã fundaſti,ſubdit,nõ enĩ angelis ſubiecit deus orbẽ terræ futurũ.i.cęlũ futurũ nouũ,& terrã nouã,vel *orbẽ terræ futurũ*,regnũ Chriſti ſpũale dicere poſſum⁹,qđ tale in oĩũ reſurrectiõe futurũ eſt,de quo videt Eſa. dicere 9.ca.Prĩceps pacis pater futuri ſeculi.

5. *Teſtatus*

5. *Testatus est autem.* Dauidis testimonio probat orbem terrarū Christo non angelis subiectum. *Quid est homo,* id est, quàm vilis & abiecta res est, *quòd memor es eius.* id est, quòd eius meminisse dignaris? *aut filius hominis,* id est, quiuis & abiectus homo, *quia eum visitas?* Filius autem hominis Hebræis dicitur quiuis è plebe & abiectus homo, atque ita se Christus vbiq; vocat humilitatis gratia, non ostētans quam communem cum patre habebat dei æqualitatem, sed hominem tantum atque ex abiectissimis vnum se faciēs. Sic Ezechiel ne magnitudine reuelationum extollatur, filius hominis vbique appellatur, id est, vilis & abiect⁹, vt suę, id est, humanæ conditionis memor, non insolescat ob reuelationes. Hunc autē locum mysticè ad Christum Paulus trāstulit, & tunc admiratiuè legēdus est, Quid est homo. i. q̄ magna res est, q̄ eius tu memor es? aut filius hoīs. i. Christus, qa tu eū visitas? quādo eū abiectū & velut leprosum habitū, visitas gloriaq́; & honore coronas? *Minuisti eū,* inqt, *paulominus ab angelis,* siue vt alij legūt, à deo. Nā eloym hebræa vox deū & angelos significat. Imminutus est aūt Christus *paulominus,* græcè, βραχύ τι. i. modico ac breui tēpore ab angelis, quia immortales illi sunt, Christus mortalis ac mortu⁹, sed βραχύτι. i. breui tēpore. s. triduo: eū aūt locū, minuisti eum paulominus ab angelis, &c. adduxit Paulus, vt inquit Photius, non vt eum simpliciter minorē ostendat esse angelis, quem proculdubio superiorē facit, sed quasi volens diluere quod sibi ex hoc loco obiici posset, Christū minorem esse angelis: qui nō planè minor, sed paulò minor, breuissima scilicet ac triduana morte: & hæc illi temporaria imminutio cessit ad gloriā: cuius præmiū sequitur, *Gloria & honore coronasti eum.* Nam gloria immortalitatis & reliquis dotibus in resurrectione affectū est ipsius corpus, in assumptione autem honore coronatus est totus homo, super oēs cælos, & angelos assumptus. *Omnia,* inquit, *subiecisti sub pedibus eius.* i. eius humanitati subiecta omnia feciſti, quod licet nondum peractum est, futurum est tamen in aliis.

psal. 8.c. b

5 *Testatus est autem in quodam loco quis, dicēs, Quid est homo quòd memor es eius: aut filius hominis quoniam uisitas eum? Minuisti eum paulominus ab angelis: gloria & honore coronasti eum, & constituisti eū super opera manuum tuarum. Omnia subiecisti sub pedibus eius.* 6 *In eo enim q̄ omnia ei subiecit: nihil*

1.Co. 15.d.

6. *In eo enim.* quòd dicit omnia, nihil dimisit ei non subiectum, prēter eum tamen qui subiecit sibi omnia, scilicet deum. vt prima Corinth. 15. ait, hoc autem dicit propter angelos, vt ipsos Christo homini subditos ostendat. *Necdum tamen,* inquit, omnia subiecta sunt ei, non repugnat hoc ei quod antè dixit, omnia subiecisti sub pedibus eius, nam de futuro Christi post resurrectionem, generali imperio prophēta loquebatur, propter rei certitudinem quod futurum erat, præterito enuntians: Sed *omnia* quidam de omnibus electis tantum intelligunt, quia nondum sunt omnes subiecti, necdum enim omnes Christū agnoscunt, quē in iudicio sunt agnituri. Potes etiam generaliter intelligere, quòd non nunc oīa sunt subiecta, quia & dæmones seducendo electos, & peruersi bonos, nunc Christo repugnant: post iudicium autem omnia erunt illi subiecta, quia boni parebunt in amore, mali in tremore: neque ènim iam bonos, aut peruersi aut dæmones seducent.

dimisit non subiectum ei. Nunc autem necdum uidemus omnia subiecta ei. 7 *Eum aūt, qui modico quàm angeli minoratus est, uidemus Iesum propter passionem mortis gloria & honore coronatū, ut gratia*

Phil. 2.b.

7. *Eum autem qui.* i. Iesum autem paululum ab angelis imminutum videmus propter passionem. i. per passionem, mortis gloria & honore coronatum. Mihi enim videtur hoc loco διὰ pro per sumi, & mortis referri posse non ad passionem, sed ad τὴν gloria, propter sequentem locum, vt pro omnibus gustaret mortem. Atque ita hic esset sensus, Iesum autem paululum, scilicet triduana morte ab angelis imminutum, videmus per vel propter passionem mortis gloria & honore coronatum, id est, in crucem subleuatum & exaltatum, vt illic pro omnibus scilicet redimendis *gustaret mortem,* hoc est, mortem pateretur, sed non diuturnam: hoc enim importat verbum gustus. quòd enim gloriam, & honorē non resurgentis Christi dotes, & glorioſam in cælum assumptionem, sed ignominiosam mortem & pudendam crucem interpretor, cum græcis facio, qui gloriam & honorem crucem interpretantur hoc modo, Δόξῃ καὶ τιμῇ ἐστεφανωμένον. δόξαν καὶ τιμὴν καλεῖ τὸν σταυρόν, ἃ γὰρ οὕτως ἄξιον τῷ θεῷ καὶ ὑποδεέστατον, ἐποίησαν ἀρχὴν καὶ γῆν καὶ ἄνθρωπον καὶ τοὺς ἀνωδυνωμένους, ὡς τὸ καθεξιῶσαι δι' ἡμᾶς σωζεσθῶσαι, .i. gloria & honore coronatum: gloriam & honorem crucem appellat. Neque enim tam glorioſum tantæque maiestatis fuit deum cælos, terram & hominem ac supernas illas condidisse angelorum virtutes, q̄ nostra gratia cruci dignatus est affigi. Bene autem ait vt gratia dei, id est, ob gratuitam dei in nos beneuolentiam gusta-

ret mortem, non nostris meritis. Hic autem velut correctione quadam Paulus vtitur: quum enim dixisset ex Psal. Christum angelis paulò minorem effectum, ostēdit illam imminutionem vsqueadeò propriè imminutionem dici non debere, vt illi accessio etiam honoris & gloriæ fieret: p eo verò quod hoc loco Græci & Latini habent, vt gratia dei pro omnibus gustaret mortem, beatus Fulgentius ad Trazimundum regem epist. 3. legit pro *gratia dei*, vt sine deo gustaret mortem: atque ita pro χάριτι θεοῦ, quod interpres legit, habebat χωρὶς θεοῦ .i. sine deo: atq; ex hoc loco probat Fulgetius deitatem passionis expertem fuisse.

dei, pro omnibus gustaret mortem. C

8 *Decebat enim eum propter quem omnia, & per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat: authorē salutis eorum, per passionem consummari.* 9 *Qui enim sanctificat, & qui sanctificantur: ex uno omnes. Propter quam causam non confunditur fratres eos uocare: dicens, Nunciabo nomen tuum* Psal. 21.c

8. *Decebat enim eum, &c.* per passionem consummari. greca sic habent, Ἔπρεπε γὰρ αὐτῷ δι' ὃν τὰ πάντα, καὶ δι' οὗ τὰ πάντα, πολλοὺς υἱοὺς εἰς δόξαν ἀγαγόντα, τὸν ἀρχηγὸν τῆς σωτηρίας αὐτῶν, διὰ παθημάτων τελειῶσαι .i. conueniebat enim illi scilicet patri, propter quem omnia & per quem omnia, eum scilicet Christum qui multos filios in gloriā adduxerat, vtpote salutis illorum author, per passiones & afflictiones consummare. *Consummare* autem hic sumitur pro perfectè gloriosum reddere, dum scilicet ex summa ignominia passionis ad summam resurrectionis & ascensionis gloriam peruēnit. Secundum interpretem sensus est, decebat Christum propter quem & per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, authorem salutis eorum, consummari, id est, perfectum fieri: atq; ita legit αὐτὸν & τελεῖσθαι, id est, decebat eum consummari, pro quo alij, consummare. Mihi etiam videtur τελειῶσαι sumi posse pro sacrificare & mactare in sacrificium, vnde & τελεῖτας sacrificia vocant: sic τελεῖσθαι pro quo interpres vertit consummari, significaret offerri in sacrificium: & hoc modo sensus esset, decebat eum propter quem omnia, &c. per passionem offerri deo patri pro nobis in sacrificium: sic Hebr. 5. Et consummatus factus est omnibus caussa salutis æternæ. pro consummatus græcè est τελειωθεὶς, quod mihi videtur aptius eo loco verti posse immolatus.

9. *Qui enim sanctificat, &c.* non admodum apparet quò referatur illud enim, & plerunque Paulus γὰρ pro δὲ .i. enim pro autē sumit, nisi referamus ad id quod paulò antè præcesserit, vt gratia dei pro omnibus gustaret mortē. Qui enim .i. nam & Christus qui nos sanctificat, & nos qui ab eo sanctificamur, ex vno oēs scilicet deo patre sumus, omnes eius filij: & ideo oportebat Christum pro omnibus gustare mortem, quia omnes à deo sumus, sed ille aliter, nos aliter: ille natura, nos creatione & gratia, & adoptione. vel intellige p & sanctificator Christus, & nos ab eo sanctificati, secundum carnem ex vno & eodem parēte Adamo sumus, adeóque eiusdem iuxta corpus & animam naturæ. Itaque quum dixisset, Quòd decens erat passione Christū consummari, ne dubitares posse pati qui deus erat, subdidit: Qui enim sanctificat. &c. id est, Christus enim sanctificator & nos sanctificati ab eodem Adamo parente sumus, ergo eandem inuicem habentes naturam, quapropter & ille sicut & nos, morti temporali obnoxius. Quòd autē cum Christo licet alia ratione deum patrem communem habeamus, siue quòd eodem parente Adamo orti eandem Christus & nos naturam habeamus, probat ex Psal. verbis in quibus *non confunditur*, id est, erubescit nos vocare fratres. Locus autem quo ait, Ego ero confidens in eum, etsi non planè fratres nos illi esse manifestat, ostendit tamen eiusdem esse nobiscum iuxta humanitatem naturæ: quòd à sui similibus hominibus derelictus, omnem in deum confidentiam ponat: quod & locus sequens aperit.

D Psal. 17.a Esai. 8.d.

10. *Et iterum, Ecce ego, &c.* hic locus ex Esa. 8. cap. sumitur, vbi pueri ad literā intelliguntur, pphetæ, & filij, pphetarum, quem tamen locum etiā de Christo intelligi, asserente Paulo dubitare non oportet. Pueri aūt hi sunt apostoli & discipuli Christi. Ex hoc autem loco nihil aliud probare Paulus intendit, nisi p & nos & Christus vnius secundum humanitatem naturæ sumus. Hoc enim indicat pronomē *mei*: suos enim vocat .i. eiusdē cū illo naturę. Quia ergo *pueri* (quos suos vocat) *communicauerunt carni & sanguini* .i. veram carnē & sanguinem, hoc est, animam habuerunt (hic enim sanguis pro anima) ita & Christus *participauit eisdem* .i. veram cum illis carnē habuit: vtpote ex eodem parēte ortus: sensus ergo est, p si pueri quos naturæ cōmunione suos vocat, cōmunicarunt carni & sanguini .i.

corpore & anima constiterunt, similiter & ipse. Quid autem opus fuit eam illum habere? vt per mortẽ quam non nisi homo factus pati poterat, destrueret eum. i. diabolũ, qui mortis habebat imperiũ. i. qui inuecta per peccatum morte, tyrannum agebat. Sicut ergo per Adæ mortẽ, imperium diabolus vsurpauerat in nos, sic per secundi Adæ mortem destructũ iri diabolum oportebat à Christo, vt *liberaret eos qui timore mortis per totam vitam obnoxij erant seruituti*. i. eos qui non habentes spem remissionis peccatorum nimium horrebant mortẽ, atq; in eo timore per totã vitã obnoxij erãt seruituti. i. instar seruorũ erãt, quibus iugis ĩcũbit timor dominorum. vt ergo nos & ab hac seruitute & ab hoc timore mortis Christ⁹ liberaret, hũanitatẽ nostrã assũpsit, in qua p mortẽ diabolũ & eius imperiũ eneruaret.

liter participauit eisdẽ, ut per mortem destrueret eũ qui habebat mortis imperium, id est, diabolum: & liberaret eos qui timore mortis per totam uitam obnoxij erant seruituti. Osee 13.d. 1.Co. 15.f.

11 *Nusquam enim angelos apprehendit: sed semen Abrahæ apprehẽdit.*

12 *Vnde debuit per omnia fratribus similari, ut misericors fieret & fidelis pontifex ad deũ, ut repropitiaret delicta populi. in eo enim in quo passus est ipse & tentatus, potẽs est & eis qui tentantur auxiliari.*

11. *Nusquam enim, &c.* probat his verbis Paulus, quòd corpus & animam Christus assumpserit, quia nusquam angelos apprehendit, vbi apprehendit præsentis est temporis, græcè ἐπιλαμβάνεται, sed semen Abrahæ, id est, Abrahæ filios. Quidam interpretantur apprehendere, pro labantes angelos reducere, quod non fecit. bene autem periclitantem hominem reduxit, & apprehendit. Et bene ait, apprehendit, vtpote reluctantem & fugientem.

12. *Vnde debuit, &c.* id est, quum illi visum sit hominem assumere: par erat etiam, vt omnes illius infirmitates peccatum non importantes assumeret: vt misericors fieret & fidelis pontifex, id est, vt misereri disceret, intellecta p assumptionẽ illius hominis miseria, & fieret fidelis pontifex ad deum, vel vt Græci habent, τὰ πρὸς τὸν θεὸν, id est, in his quæ ad deum pertinent, *vt repropitiaret delicta populi*, id est, ad impetrandam delictorum veniam. Est enim pontificis officium, reconciliare deo populum: & ideo quo facilius id faceret, decuit eum similem nostri fieri, & pares nobiscum ferre infirmitates. in eo enim in quo passus est & tentatus, potens est eis qui tentãtur auxiliari, easdẽ ipse tẽtationes & tribulationes expertus.

1. *Vnde*

1. *Vnde fratres sancti, &c.* Antè prædixit Christum similem nostri effectum, vt fidelis pontifex esset pro nobis interpellans apud deum: nunc hortatur nos in illum intendere prę Moyse: quòd longè pręstantior Moyse sit: vnde inquit, quum ipse sit pontifex noster, vos fratres sancti, id est, baptismo sanctificati, cælestis vocationis participes, id est, qui vnà cum cæteris Christianis ad cæleste brauium vocati estis, cõsiderate apostolum & pontificem confessionis nostrę, id est, fidei, Iesum: vocationis autem cælestis mentionem faciens hortatur eos neglectis terrenis cælestia quærere. *Apostolum* autem fidei Iudæorum Christum vocat: quoniam sicut ipse testatur, specialiter missus erat ad oues quæ perierant domus Israel. *Pontificem* autẽ, quia pro nobis interpellat apud deum qui fidelis est, inquit, ei scilicet patri qui fecit illum sacerdotem & pontificem, dum hominem fecit, sicut & Moyses fidelis erat in omni vel tota domo. Græcè, ὅλῳ, id est, in gubernatione totius Israelitici populi. Sicut enim per omnia deo Moyses paruit, ita per omnia deo patri Christus.

ARGVMENTVM Cap. 3.

¶ *Excellentia Christi præ Moyse ostenditur: ad cuius vocem ne obsurdescamus in incredulitate permanentes, exemplo Iudæorum adhortatur, ne quemadmodum illis præpediente peccato non est concessum in terram promissionis ingredi, sic & nobis promissa cælesti requieinterdicatur*

CAP. III.

A 1 *Vnde fratres sancti, uocationis cælestis participes, considerate apostolũ & pontificem cõfessionis nostræ Iesum: qui fidelis est ei qui præfecit illum: sicut & Moyses in omni domo eius.* Nũe. 12.b. 2 *Amplioris enim gloriæ iste præ Moyse dignus est habitus: quãto ampliorẽ honorẽ habet domus qui fabricauit illam. Omnis namque domus, fabricatur ab aliquo. qui autem omnia creauit:*

2. *Amplioris enim.* Rursum pergit ostendere excellentiã Christi prę Moyse, ex eo quòd Moyses ministeret tantum domus erat, Christus autem dominus & opifex. Tanto ergo, inquit, maiore gloria dignus est Christus q̃ Moyses, quanto maiorẽ honorem domus habet qui illam fabricauit, quàm qui in ea seruit. etsi enim græcè τῇ οἴκῳ ad τὸ πλεῖονα referri potest, vt sit sensus, ꝑ

maiorem honorem habet qui domum ædificauit,quàm ipsa domus habeat,tamen hoc minus quadrare videtur:neque enim Christum cum domo comparat,sed cum Moyse:quem eo excellentiorem ostendit Moyse,quòd huius domus seruus tãtum erat Moyses,sicut postea dicet: Christus autem opifex & dominus. Quòd autem domum illam, scilicet Iudaicũ populum fabricauerit Christus, hinc probat,quòd omnis domus ab aliquo fabricatur. Qui autẽ omnia creauerit,deus est. Quum ergo omnia Christus & deus creauerit, Iudaicæ domus opifex est Christus. Ne autem Moysem spernere videatur, & Moyses, inquit,fidelis erat in tota domo eius (sed tanquam famulus) *in testimonium eorũ quæ dicenda erant*, id est, vt dei voluntatem Iudæis aperiret. Christus autem nõ vt seruus:sed dominus in domo sua. Quæ domus vel Græcè οὗ ὅικός,id est,cuius Christi domus,nos sumus,si vsque ad finem retineamus fiduciam,Græcè παῤῥησίαν, id est, líberam loquendi confidentiã,& spei gloriam,Græcè καύχημα,id est, gloriationem, hoc est,si nihil trepidantes, non modo constanter ac liberè Christum prædicemus, sed nostram in illum confidentiam ac spem palam iactemus, & de ea vsque in finem gloriemur, nihil crucis hostes veriti.

deus est. Et Moyses quidem fidelis B *erat in tota domo eius tanquam famulus, in testimonium eorum quæ dicenda erant: Christus uerò tanquam filius in domo sua: quæ domus, sumus nos, si fiduciã & gloriam spei usque ad finem, firmam retineamus.* 3 *Quapropter sicut dicit spiritus sanctus, Hodie si uocem eius audieritis, nolite obdurare corda uestra: sicut in exacerbatione secundum diem tentationis in deserto, ubi tentauerunt* C *me patres uestri: probauerunt & uiderũt opera mea quadragĩta annis, propter quod infensus fui generationi huic & dixi, Semper errant corde. Ipsi autẽ non cognouerũt uias meas, quibus iuraui in ira mea. Si introibunt in requiẽ meam.* 4 *Videte fratres, nequãdo sit in aliquo uestrum cor malum incredulitatis discedendi à deo uiuo: sed adhortamini uosmetipsos per singulos dies, donec Hodie cognominatur, ut nõ obduretur quis ex uobis fallacia peccati.* 5 *Participes enĩ Christi*

Psal. 94.a

3. *Quapropter*, id est, quum nos simus domus dei modo permaneamus in spe illius,vt spiritus sanctus per os Dauid vobis dicit, *Hodie*, id est,hac etiam tẽpestate, *si vocem eius audieritis*,id est,quotiescunque audieritis eius mãdata,nolite obdurare corda vestra, agnitam veritatem sponte reiicientes,*sicut in exacerbatione*,id est,quando exacerbauerunt & irritauerunt deum patres vestri, *secundum diẽ tentationis in deserto*,id est,in die quo tentauerunt deum, id est, de deo diffisi sunt,sicut Numeri decimotertio & decimoquarto legitur, & reuersus Iosue & Caleb de lustranda terra promissionis, quum audiissent ibi gigantes esse, noluerunt ascendere, & murmurauerunt contra eos dicentes,Odit nos dominus, & ideo eduxit nos de terra Aegypti,melius est reuerti in Aegyptum,& similia.& voluerunt Iosue & Caleb lapidare. Hoc ergo murmur Iudæorum vocat Dauid tentationem in deserto.nolite ergo,inquit,obdurare corda vestra sicut patres vestri, quum me exacerbauerunt tentantes, & de mea potestate diffidentes in deserto, vbi tentauerunt & viderunt opera mea quadraginta annis, propter quod offensus fui illis: quia quum interim tot opera & miracula viderent,nõ credebãt, sed murmurabãt:ideo offensus sum illis & dixi,Semper ij errant corde, nec nosse vias meas volunt,quibus iuraui:vel vt Græci habent ὡς ὤμοσα, id est, adeo quòd iuraui eis in ira mea, *Si introibunt in requiem meam*, id est, quòd nõ introibũt in requiẽ meam, scilicet terrã promissionis, vbi requieturi erant à continuis bellis.Hic ergo recitat Paulus historiã Iudæorum, qui diffidentes de potentia dei non meruerũt ingredi terram promissionis:nunc eam explicat,dicens.

4. *Videte fratres.*Proposito exemplo patrum incredulorum,hortatur ne similes illorum sint,dicens: videte ne in aliquo sit cor malũ, id est,peruersa voluntas *discedendi* per desperationem,& infidelitatem à deo viuo,sed *adhortamini* παρακαλεῖτε.i.vel cohortaminivel consolamini, & ædificate vos inuicem per singulos dies, *donec hodie cognominatur in vobis*,id est,quandiu viuitis,quãdiu hodie,id est, præsens tempus & vita suppetit vobis,& tempus pœnitendi superest,vt ne quis ex vobis *fallacia peccati*.i.peccato fallẽte,& per quãdam suauitatem illiciente ac blandiente, obduretur. Græca scholia exponunt donec hodie cognominatur siue vocatur, Græcè καλεῖται, vsque in finem:quia in finem vsque seculi, singuli dies, dicentur hodie.

5. *Participes enim Christi effecti sumus.*i.iam enim per fidẽ illi cõiuncti sumus,iam vnum corpus in eo effecti sumus, ipse caput nostrũ:

quapropter nō est ab eo discedendū, alioqui moriēdum nobis erit: quū iam influere in mēbra à capite diuulsa spiritus, qui à capite manat nō poterit: participes autē eius sumus, si in illum credere, & spe rare perseueramus, sicut subdit.

6. Si tamen initium substātiæ eius, id est, si fidem Christi vsq; in finem firmam retineamus. nam fides initiū est substantiæ spiritualis, per quam spiritualiter subsistimus, & viuimus: sicut Hebr. 11. dicitur, ꝙ fides est ὑπόστασις, id est, substantia rerum sperādarum: & bene initium substantiæ est, quia sicut per animę infusionem primum corporaliter, & in esse naturæ subsistere incipimus, ita per fidei infusionem subsistere spiritualiter, & in esse gratię incipimus.

effecti sumus: [6] *si tamē initium substantiæ eius usque ad finem firmum retineamus* [7] *dum dicitur, Hodie si uocem eius audieritis, nolite obdurare corda uestra quemadmodum in illa exacerbatione.* [8] *Quidam enim audientes, exacerbauerunt: sed non uniuersi qui profecti sunt ab Aegypto per Moysen.* [9] *Quibus autem infensus est quadraginta annis? Nonne illis qui peccauerunt, quorum cadauera prostrata sunt in deserto? Quibus autem iurauit non introire in requiem ipsius, nisi illis,* D Num. 14. f.

7. *Dum dicitur hodie*. quod hic Latini iungunt cum præcedentibus, si initiū substantiæ retineamus dū. i. quandiu dicitur hodie, & c. i. semp (semp enim est hodie) Græca lectio nō fert: quæ nō habet dū pro quandiu, sed ᾧ τοῦ λέγεσθαι, & ideo hic Græci dicunt esse hyperbatum, & ad finem supplent timete vel timeamus: vt sit sensus, dum intelligimus dictum nobis, Hodie si vocē eius audieritis nolite obdurare corda vestra, timeamus ne illi præcepto contraueniamus, ne similiter peream cum illis, qui deum irritauerunt.

8. *Quidam enim*, &c. quasi diceret, nihil proderit nobis, si vocē Christi audiamus, nisi & credamus & speremus. Audierāt enim dei promissiones vestri patres, sed tamen dum diffisi de deo murmurant, exacerbarunt eum, & irritarunt: quanquam non vniuersi, qui duce Moyse venerunt ex Aegypto, Iosue nempe, & Caleb audierunt, & crediderunt, nec murmurarunt: ideoque in terram promissionis intrare meruerunt.

9. *Quibus autem infensus est*. ostendit deū infensum esse illis solis, qui peccarunt desperationis, & murmurationis peccato, atque ob id terram

terram promissionis non viderunt moriētes in solitudine, eò quòd iurasset dominus nō intraturos illos in requiem ac terram promissionis: in quam de potentia dei diffidentes, & metuentes ab aduersariis, non intrauerunt.

1. *Timeamus ergo*, &c. Timeamus, inquit, ne neglecta promissione introeūdi *in requiem eius*, scilicet Christi, id est, in regnū cælorum, videatur aliquis ex nobis *defuisse*, id est, ne quis ex nobis inueniatur abesse, quando introeundum erit in illam requiem. pro deesse verò Græcè est ὑστερηκέναι, quod etiam significat tardius venisse, & ponè relictū esse, quod hic quadrat.

2. *Etenim & nobis*, &c. id est, nam nobis facta, & annunciata est promissio ingrediendi in requiem æternam, sicut & illis in terram promissionis: sed illis non profuit sermo auditus, siue auditionis. Nam græce est ἀκοῆς, hoc est, nihil illis profuit quod de promissione audierunt. Non profuit ergo illis auditus, siue promissionis auditæ sermo, nō admixtus fidei ex his quæ audierunt. Sed hic nouissimus locus varie legitur græcis, & latinis. Quidam enim habent ἀλλ' οὐκ ὠφέλησεν ὁ λόγος τῆς ἀκοῆς, ϑμείνους μὴ συγκεκραμένους τῇ πίστει, τῆς ἀκούσασιν i. Sed nihil eos adiuuit auditæ promissionis sermo. quandoquidem admixti non essent neque consensissent his qui per fidem audierant, scilicet Iosue, & Caleb, qui audierant & crediderant. vel eo quòd non essent admixti, & vniti

ARGVMENTVM CAP. 4.

¶ *Admonet ne Iudæorū exemplo diffidentes excludamur à vera requie, scilicet æterna gloria: sicut & illi à requie terræ promissionis per incredulitatem sunt exclusi: sed cōstantes in fidei cōfessione permanentes cum fiducia ad Christum adeamus: interim verò verbi dei vim energiámque aperit.*

CAPVT IIII.

A [1] *Timeamus ergo ne fortè relicta pollicitatione introeundi in requiē eius: existimetur aliquis ex nobis deesse.* [2] *Etenim & nobis nuntiatum est, quemadmodū & illis, sed non pro-*

per

per fidem, his qui audierant, id est, crediderant: prout τῇ πίστει refertur potest ad præcedens, & sequens. Alij legunt pro συγκεκραμένους, συγκεκραμένος, & tũc refertur ad sermonem, vt sit sensus quòd non profuit illis auditus, siue auditæ promissionis sermo, eo quòd non esset huiusmodi sermo fide ac per fidem admixtus & coniunctus iis qui crediderant, Iosue & Caleb, id est, eo quòd non perinde crediderunt vt Iosue & Caleb, puto autem hoc loco vitio librariorum positum quæ pro qui, nisi interpres legerit, τοῖς ἠκουσμένοις. Et tunc sensus esset, sed non profuit illis auditus sermo ex his quę audierunt, id est, propter ea quæ audierunt, quia non esset admixtus fidei.

fuit illis sermo auditus non admixtus fidei, ex iis quæ audierunt.

3 *Ingrediemur enim in requiem qui credidimus: quemadmodum dixit, Sicut iurauí in ira mea, si introibunt in requiem meam. & quidem operibus ab institutione mũdi perfectis. Dixit enim in quodam loco de die septima sic, Et requieuit deus die septima ab omnibus operibus suis. Et in isto rursum, Si introibunt in requiem meam. Quoniam ergo supereſt introire quosdam in illam, & ij, quibus prioribus annunciatum est, non introierunt propter incredulitatem: iterum terminat diem quendam, hodie, in Dauid dicendo, post tantum temporis, sicut supradictum est, Hodie si uocem eius audieritis: nolite obdurare corda uestra. Nam si eis Iesus requiem præstitisset nunquam de alia loqueretur posthac die. 4 Itaque relinquitur sabbatismus populo dei.*

Psal. 94.d

B Gen. 2.a.

Sup. 3.b.

3 *Ingrediemur enim in requiẽ, &cæte.* Istud enim referendũ mihi videtur ad id quod præcessit ab initio, Timeamus ne existimetur ex nobis aliquis deesse, & ne quis excludatur ab illo ingressu in requiẽ. Ingrediemur enim & ipsi in requiẽ eius, nos qui credidimus vel credimus. quod autem ingrediemur probat à contrario, dicens: quemadmodum dixit, Sicut iuraui in ira mea, si, id est, quod non introibunt in requiem meam, id est, si illi quia diffidentes, & increduli, non ingressi sunt in requiem: supereſt, vt nos qui credidimus ingrediamur, quemadmodum dixit, Sicut iuraui si introibunt in requiem meã, & id quidem dixit, operibus ab institutione mũdi perfectis, id est, iam dei requie consummata: vnde manifestum est non de prima illa requie, quæ iã peracta esset Christũ illis promisisse. Intẽdit enim Paulus hoc loco probare tres ex scriptura esse requies, quarum prima ad vnum deum spectet, secunda ad Iudæos de terra promissionis, quæ sit figura tertiæ ad omnes verè Christianos. Vnde & subdit, dixit enim, scilicet scriptura, quodam loco de die septima sic, & requieuit deus die septima ab omnibus operibus suis, quod factum est consummatis mundi operibus.

In quo intelligendum est requieuisse deum non lassitudine, sed operum completione, quæ de nouo creare desierit, non gubernare. de secunda autem requie quæ fuit in requie Palæstina atque per eam, de tertia, cuius & ipsa figura fuit, subdit, dicens: & in isto sub. loco iam allegato ex Dauid, Rursum de alia requie dictum est, si introibunt in requiem meam. Pro eo autem quod interpres habet, Et *in isto rursum*. Græcè est, καὶ ἐν τούτῳ πάλιν: & quia ἐν τούτῳ sumitur aliquando p interim, potest hic esse sensus: Interim verò rursum, subau. scriptura ait. i. interim verò dũ de reqe diei septimæ in deo scriptura loquitur, rursum de alia requie ait, Si introibunt, id est, non introibũt in requiem meã. quoniã ergo supereſt quosdã introire ĩ illã requiẽ, & hi qbus priorib⁹ annũtiatũ est. i. Iudæi qb⁹ ꝓmissa erat terræ sanctæ requies, præter Iosue & Caleb, nõ introierũt ĩ illã ꝓpter ĩcredulitatẽ: iterũ terminat. i. definit. s. scriptura, diẽ quandã, hodie, Dauid dicẽdo. i. vocãdo eã per Dauid, hodie. idque post tãtũ tẽporis à Palæstina requie. Definit aũt quãdã diẽ eã hodie appellãdo ac dicẽdo, vt supra dictũ est, hodie si vocẽ eius audieritis nolite obdurare corda vestra. Arguit aũt hoc loco Paul⁹ ipm Dauid noĩe reqei Palestinæ, figuraliter de alia requie intellexisse, quia longo tẽpore post ĩgressum Iosue in Palæstinã, loquẽs Dauid, præfinit nobis diẽ certũ non septimũ vocãs, vt Genesis, sed hodie. i. hodiernum: vnde nec de illa priori requie dei intelligit, nec de posteriore in Palæstina, nisi typice: quum longo post tempore, verba illa scripserit in eadem terra habitans. Nã si eis Iesus. i. Iesus Naue, siue Iosue requiem veram præstitisset, nunquã posthac Dauid de alia loqueretur die, admonens nos non obdurare corda nostra, ne ab illa vera requie excludamur.

4. *Itaque relinquitur sabbatismus populo dei*, id est, quia veram requiem Iosue non præstitit, relinquitur & supereſt populo dei, id est, fidelibus, alius sabbatismus, id est, alia requietio. Nam id Hebræa vox significat. Iste autem sabbatismus vita æterna est, in qua perpetuum beati requiescent à laboribus.

Qualis

Qualis autem sabbatismus ille futurus est, subdit dicens, Qui enim *ingressus est in requiem eius, etiam ipse requieuit ab operibus suis.* vbi τὸ γὰρ pro δέ positum est, id est, enim pro autem: sicut plerumque his cõiunctionibus abutitur Paulus. Est autem huius sensus, quòd qui semel ingressus fuerit in æternam illam dei requiem, requiesceat ab omnibus operibus suis, scilicet seruilibus, & molestiis, & omnibus omnino externis, atque à persecutionib⁹, tentationibus & afflictionibus, sicut & à suis deus. i. sicut septima die cessauit ab omni opere externo deus: sic in illo magno sabbato & æterna illa requie ab omni externo opere, & carnali requiescemus, toti spirituales facti.

mus populo dei. Qui enim ingressus est in requiem eius: etiam ipse requieuit ab operibus suis, sicut & à suis deus. 5 *Festinemus ergo ingredi in illam requiem: ut ne in idipsum quis incidat incredulitatis exemplum.* 6 *Viuus est enim sermo dei & efficax, & penetrabilior omni gladio anciputi: & pertingens usque ad diuisionem animæ ac spiritus, compagum quoque ac medullarum, & discretor cogitationum & intentionum cordis. Et non est ulla creatura inuisibilis in conspectu eius. omnia autem nuda & aperta sunt oculis eius, ad quem nobis sermo.* 7 *Habentes ergo pontificem magnum qui penetrauit cælos Iesum filium dei: teneamus spei nostræ confessionem.*

5. *Festinemus ergo ingredi in illam requiem.* dixerat pri⁹. Timeamus ne quis nostrum videatur deesse vel tardius venisse, sicut etiam Græcum ὑστερηκέναι significat. Nunc, inquit, festinemus ĩgredi in illam requiem, fide scilicet & bonis operibus hoc enim modo vim verbi σπουδάσωμεν. i. cõnitamur & operam demus, Græci explicant. Proposito autem ante præmio nunc terrorem addit negligentibus. vt ne in idipsum quis incidat, inquit, incredulitatis exemplum. i. ne quis eodem exemplo cum Iudæis per infidelitatem excidat, & pereat. i. ne sicut illi per incredulitatem in deserto prostrati, in Palestinæ requiem ingressi non sunt: ita & nos per infidelitatem in peccati solitudine, ac deserto morientes, excludamur ab illa requie æterna.

6. *Viuus est, &c.* Hoc loco vel de verbo ĩgenito, vel de verbo quod interne homini inspirat intelligere possumus. Festinemus, dixit, ingredi in requiem, ne quando per incredulitatem excludamur. *viuus enim & efficax est dei sermo.* i. nũquam intermoritur, sed manet semper immutabilis, & quod pollicitus est præstat: promisit autem nõ ingressuros in requiem qui increduli fuerint. Credamus igitur, vt ingrediamur. Propriè tamen hoc loco sermo dei pro verbo increato, & filio dei sumitur, qui viuus & efficax dicitur propter viuificã eius operationem, & penetrabilior omni gladio ancipiti. i. vtrinq; scindente, pertingens vsque ad diuisionẽ spiritus & animę. vbi nõnulli, per animam potentias animales, per spiritum rationabilẽ facultatem intelligunt. Itaque sermo dei Christus vsque ad diuisionem animę ac spiritus pertingit, dum animales & spirituales cogitationes discernit: compagũ quoque ac medullarum vsque ad diuisionẽ pertingit, id est, interna & externa nostra nouit. Nam compagum nomine, quæ sunt externæ membrorum colligationes, externa opera: medullarum autem quæ intus latent, internas intelligit cogitationes. His autem verbis nihil aliud vult Paulus, nisi quòd sermo dei viuus Christus omnia nouit, etiam internas cordis cogĩtationes, vnde in eandem sententiam subdit, Et non est vlla creatura inuisibilis in conspectu eius, omnia autem nuda, & aperta sunt oculis ei⁹. Pro aperta autẽ Græci habent τετραχηλισμένα. Est aũt τράχηλος spina dorsi quæ procedit à vertice vsque ad finem, inde τραχηλίζειν est medium animal per spinam diuidere ita, vt ĩterna, & intestina omnia pateant. Hac ergo metaphora vsus est Paulus, vt ostẽderet ĩtestinas omnes nostras cogitationes deo patere. Hæc oĩa ergo huc adducit Paul⁹, vt Hebræos terreat ne de promissa requie ęterna dubitent, quasi diceret, ne desperetis, viuit enim adhuc viuétque æternum sermo ille dei vnigenitus Christus, qui cum tot millia incredulorum in deserto prostrarit, & vos etiam si increduli fueritis, pessundabit. neque est quod illum fallere posse putetis, si vel tantillum apud vosmetipsos desperetis. nouit enim ille omnia etiam cordis intima. ad quem, inquit, nobis sermo, Græcè ὁ λόγος quem istic rationem Græci interpretantur, id est, apud quem ratio nobis reddẽda est rectè aut secus gestorum. possumus etiam fortè interpretari de quo nobis futurus est sermo, sicut antè ad angelos, pro de angelis dixit.

Ecclꝛ. 15. d. Psal. 33. c. D

7. *Habentes ergo, &c.* quum ergo tantum habeamus pontificem in cælis pro nobis interpellantem, confidamus in eum: quòd qui in illam requiem introiuit, in eam nos ipse inducet, vel tanto Moyse maior, quòd ille in requiem Palestinæ ingredi non potuit, Christ⁹ in æternam requiem ingressus est. Hunc ergo habentes. *teneamus.*

Græcè

Græc. κρατῶμεν. i. apprehēdamus confessionē spei nostrę, id est, ꝓfessionem fidei, & nostram in illum fiduciam. Non enim habemus pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris. *tentatum autem*, pro, sed tentatum, *per omnia pro similitudine*, Græcè καθ' ὁμοιότητα, id est, ad similitudinem, scilicet nostri, hoc est, omnibus modis tentatus, & afflictus est, quibus & nos homines affligi solemus. pro similitudine ergo, id est, ad instar nostri, vel perinde atque nos: & id tamen absque peccato, id est, quum peccato non esset obnoxius.

Non enim habemus pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris: tentatum autem per omnia pro similitudine absque peccato. 2.Co. 3.b.

Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ eius: ut misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno.

ARGVMENTVM Cap. 5.

¶ *Officium pontificis describit, ostendens verum pontificem fuisse Christum: ac pro nobis interpellantem exaudiri, obiter ruditatem illorum carpens.*

CAP. V.

1 *Omnis nanque pontifex ex hominibus assumptꝰ, pro hominibus constituitur in iis quæ sunt ad deum: ut offerat dona & sacrificia* A

8. *Adeamus ergo*, id est, nihil ergo in fide hæsitantes, sed in promissionibus eius libere confidentes, adeamus cū fiducia, & animo confidente ad thronum gratiæ eius, vt misericordiam consequamur, id est, remissionem peccatorum, & gratiā inueniamus ī auxilio opportuno. i. quum tempus est in hac scilicet vita, quærendi, & inueniendi auxilii. nō enim post hāc vitā sese offeret occasio vt adiuuari possimꝰ, si semel ab hac requie excludimur.

1. *Omnis nanque pōtifex.* cōis, inquit, in lege pōtifex ex hominibus. i. hō ac de numero hoīm assumptus, ꝓ hoībus cōstituitur in iis quæ sunt ad deū. i. ī sacrificiis & orationibus publicis, quæ ꝓ cōmuni salute hoīm fiūt, vt scilicet offerat dona, & sacrificia ꝓ peccatis. i. & statuta in lege sacrificia, & oblationes spōtaneas. Accipitur aūt talis. i. hō, hoc est, fragilis, vt suæ. i. humanæ cōditionis memor facilè cōdolere possit errantibꝰ & ignorātibus ignoscere: quoniā & ipse infirmitate circūdatus est. i. peccatrice natura, & ad deliquēdū ꝓcliui: ꝓpterea debet quemadmodū ꝓ peccatis populi offerre, ita & ꝓ suis. Munꝰ ergo assumpti pontificis est orare, & pro suis, ac populi delictis, sacrificia offerre

ferre (sicut Leuitici 9. Aaron sacerdos, & pontifex pro suo peccato vitulum mactat, hircum pro peccato populi) & agnoscere se peccatorem, atque ita populi peccatis condolere. Nec quisquam, inquit, sumit sibi hunc honorem, sed qui vocatur à deo tanquam Aaron. Non debet se pontifex intrudere, quomodo id ætatis Iudæorū pōtifices faciebant, sed illos vocari à deo oportet, vel per se, vt Aaron, vel per electionē aut successionem ex dei ordinatione factam. Pro eo autem quod est cōdolere, Græci habent μετριοπαθεῖν, id est, moderate ferre, & cum moderatione aliorum delicta portare, vt ne nimiū indulgentes, nimiúmque seueri sint. quomodo autē à domino vocatus sit Aaron virga germinante, vide Numeri 17.

pro peccatis. Qui cōdolere posśit iis qui ignorant & errant: quoniā & ipse circundatus est infirmitate: & propterea debet, quemadmodū pro populo, ita etiam & pro semetipso offerre pro peccatis. Nec quisquam sumit sibi honorem: sed qui uocatur à deo, tanquā Aaron. 2 *Sic & Christus non semetipsum clarificauit, ut pontifex fieret: sed qui locutus est ad eum: Filius meus es tu: ego hodie genui te. Quemadmodum & in alio loco dicit, Tu es sacerdos in æternum, secundum ordinē Melchisedec.* 3 *Qui in diebus carnis suæ pre*

B

1.Pa. 23. b.

Psal. 2.b.

Psal. 109. b.

2. *Sic & Christus.* Sicut in lege nō oportebat intrudi pōtificem, sed à deo vocari: ita & Christus non semetipsum clarificauit, vel glorificauit, Græcè ἐδόξασε, vt pōtifex fieret. i. nō per gloriā pontificatum ambiuit, sed ille pater qui loquutꝰ est ad eū, & dixit, filius meꝰ es tu, ego hodie genui te, sub. clarificauit, & ad gloriā pōtificii vocauit: & certè nō ambiuit hāc gloriā, qui se toties à patre in hāc functionē missum ostēdit. Nō veni, inqt, à meipso, sed ille me misit. Iste locꝰ autē ego hodie genui te, nō facit ad probandū Christū pōtificē à deo cōstitutū: sed quia illud postea ꝓbatur ꝰ est, præmisit testimoniū Christi diuinitatis, vtpote qui filius dei esset, ne similē legalibꝰ pōtificē putarēt. i. hoīem tantū: & subdit: quēadmodū in alio loco dicit, Tu es sacerdos in æternū secundū ordinē Melchisedec. sensus est ergo nō sibi vsurpauit sacerdotiū Christꝰ, sed pater qui ad eū dixit, filius meꝰ es tu, is illū glorificauit, & vocauit. quēadmodū alio loco scriptū est, Tu es sacerdos ī æternū &c. Ecce ergo rationē veri pōtificis in Christo, quia pontificatum nō ambiuit, sed à patre ordinatꝰ est.

3. *Qui in diebus, &c.* dixit pōtificū esse ꝓ delictis hostias offerre, nūc id Christum

id Christũ feciſſe docet. *qui in diebus carnis ſuæ*. i. vitæ mortalis, preces ſupplicationéſque ad deum qui poſſit illum ſaluũ facere à morte cũ clamore valido & lachrymis offerẽs, exauditus eſt ꝓ ſua reuerẽtia. tota autẽ vita ꝓ nobis, ac ꝓ ſua reſurrectione, aut magis ꝓ noſtra in ſua, patrẽ orabat Chriſtꝰ. clamor autẽ validus nõ exaltationẽ vocis, ſed ingens deſiderium ſignificat. Exauditus eſt autem, inquit, *pro reuerentia ſua*. i. ſui paſſiuè, Græc. ἐυλαβείας quod & pietatem, & reuerẽtiam, ac veneratione ſignificat. Chryſoſtom. reuerentiam, ſeu venerationem interpretatur, & ad humanitatem refert, quòd Chriſtus homo ratione tamen verbi dignus erat quem honore pater afficeret, adeò quòd tã ex gratia patris exauditus eſt, quàm ob ſuam dignitatem: quippe qui dignus eſſet qui pro ſui reuerentia & dignitate exaudiretur. Quidam ſimul iũgunt quod ſequitur, Et quidem quum eſſet filius dei, id eſt, & id quidem quia non purus homo, ſed dei quoque filius eſſet: ſed præſtat iungere cum ſequentibus. Photius autem hoc loco ἐυλαβείαν, interpretatur pietatem, & φιλανθρωπίαν, ſiue humanitatem Chriſti erga nos, & interpretatur hunc locum hoc modo: quòd Chriſtus in paſſione duplicem orationem ad patrem fecerit, vnam mortis deprecatoriam, alteram ſupplicatoriam. Deprecatoriam, cum diceret, Si poſſibile eſt tranſeat à me calix iſte. Supplicatoriam, cum diceret, non ſicut ego volo, ſed ſicut tu. ſimiliter cum diceret, pater clarifica filium tuũ, vt & filius tuus clarificet te, vbi clarificationem, Chriſti crucem & mortem interpretantur. In hac autem ſupplicatione nouiſſima exauditus eſt, inquit, ἀπὸ τῆς ἐυλαβείας, id eſt, pro ſua erga nos humanitate & pietate. vel pro ſua ſingulari religione & ſanctimonia.

4. *Et quidem quum eſſet dei filius, &c.* id eſt, quanquam dei filius eſſet, omnia ab æterno intelligens, didicit tamẽ ex his quæ paſſus eſt obedientiam, id eſt, experientia didicit quanta, & quàm magna virtus eſt obedientiæ, propter quam exaltauit illum deus, & dedit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen, vnde & ſubdit Paulus, Et cõſummatus, Græcè τελειωθεὶς, id eſt, perfectus vel immolatus (paſſio enim Chriſti perfectio illius, & conſummatio fuit) conſummatus ergo, & ad ſummum honoris, & gloriæ gradum de cruce probroſa

C *ces ſupplicationéſque ad eũ qui poſſit illum ſaluum facere à morte, cũ clamore ualido & lachrymis offerens, exauditus eſt pro ſua reuerentia.* 4 *Et quidem cum eſſet filius dei, didicit ex iis quæ paſſus eſt obedientiã: & conſummatus factus eſt omnibus obtemperantibus ſibi, cauſa ſalutis æternæ, appellatus à deo pontifex iuxta ordinem Melchiſedec.*

D 5 *De quo nobis grandis ſermo, & interpretabilis ad dicendum: quoniam imbecilles facti eſtis ad audiendum. Etenim cum deberetis magiſtri eſſe propter tempus: rurſum indigetis, ut uos doceamini quæ ſint elementa exordii ſermo-*

cuectus, factus eſt omnibus obtemperantibus ſibi cauſa ſalutis æternæ, quam in cruce operatus eſt, appellatus à deo pontifex ſecũdum ordinem Melchiſedec. verè pontifex, qui pro delictis populi hoſtiam deo obtulit, idem ſuimetipſius hoſtia factus. quia autem de genere Leuitico non erat Chriſtus, ſubdidit, ſecũdum ordinem Melchiſedec.

5. *De quo nobis grandis ſermo, & interpretabilis ad dicendũ, &c.* pro grandis Græcè eſt πολὺς, id eſt, multus, & ſenſus eſt, de quo multa dicenda ſunt nobis & interpretatu difficillima ob craſſum veſtrum ingenium, quia imbecilles facti eſtis ad audiẽdum, qui antea mente integra fuiſtis, ſed eo per ignauiam recidiſtis. Etenim cũ deberetis magiſtri eſſe, & alios docere non doceri, ꝓpter tempus, id eſt, vel ex ipſo tempore, quia dudum eſt quòd credidiſtis: rurſum indigetis, vt doceamini quæ ſint elementa exordij ſermonũ dei. Elementa autem, Chriſti humanitatem dicit, à qua rurſum initiandi erant rudiores effecti, vt inde ad diuinitatem aſcenderent, & facti eſtis, inquit, quibus opus ſit *lacte*, id eſt, humili & de minimis Chriſti operibus ſermone, non ſolido cibo, id eſt, perfectiore doctrina, vtpote quæ diuinitatem concernit. Omnis enim qui lactis eſt particeps, id eſt, qui lacte tantum veſcitur, inhærens humanitati Chriſti, neque altius quicquam in eo conſiderans, expers eſt *ſermonis iuſtitiæ*, id eſt, iuſtificationis, nec bene doceri poteſt iuſtificationem è Chriſto petendam, vtpote quæ illi ratione diuinitatis competat: quã in eo adhuc non intelligunt, qui paruuli ſunt, & infantes, nec tanti capaces myſterij. Perfectorum autem eſt ſolidus cibus, ſcilicet eorum qui pro conſuetudine, Græcè διὰ τὴν ἕξιν, id eſt, per longum habitum exercitatos habent ſenſus *ad diſcretionem boni & mali*, id eſt, ad diſcernendum ſana ne an hæretica ſit doctrina. Non paſſim ergo ea de re cuilibet credendum, ſed ijs qui longa ſcripturarum verſatione exercitatos habent ſenſus.

1. *Quapropter intermittentes, &c.* Quum eos arguisset tanquam paruulos, & infantes, ne animum desponderent tanquam altioribus disciplinis indigni: nunc hortatur eos, vt omissis elementis ad perfectiorem disciplinã ferantur. Omittẽtes ergo inchoationis *Christi sermonem.* i. initialem de Christo sermonẽ, hoc est, elemẽta, & primordia Christianæ fidei, ad perfectionem huius doctrinę, & sermõis de Christo feramur: vel omissis elementis fidei qua satis instructi sumus, feramur ad imitãdam Christi perfectionem. inchoatio enim & fundamẽtum, inquit Chrysostomus, est fides, sine qua apprehendi boni nihil potest. sed hic immanendum non est, non minus quàm puero in prioribus elementis, sed ad perfectionis apicem contendẽdum. Photius autem exponit quę sint ista sermonis de Christo initia, & quæ perfectio. *Sermo* ergo initij de *Christo*, siue initialis de fide Christi sermo, est per pœnitentiam renuntiare sathanę, credere in deum, baptizari, doceri euangeliũ esse à deo, spiritum sanctum accipere, nosse resurrectionem mortuorum, credere futurum iudicium. Perfectio autem est post pœnitentiam initialẽ, & instructionem in fide ac baptismũ in virtutibus promouere, persecutiones & tẽtatiões patiẽter ferre, quãtũ hũana fert ĩfirmitas, Christi diuinitatem comprehendere. Sensus ergo huius loci hic est: Omittamus ista fidei elementa, & ad perfectiorem, ac solidiorẽ morum, ac fidei doctrinam feramur: neque rursum *fundamentum* iaciamus *pœnitentiæ, &c.* id est, neque iam de innouanda per pœnitẽtiam vita vos moneamus, vt ab operibus mortuis peccati per pœnitentiam recedatis: id enim iam feciſtis, & facere satis estis i structi: neque fundamentum fidei ad deũ iaciamus, id est, neque vos tanquam tyrones in fide erudiamus, qui iamdudum instructi estis. Neque iaciamus fundamentum *baptismatum*, id est, neque vos doceamus baptizari, qui iam baptizati estis, nec baptizari iterum potestis. *neque doctrinæ*, id est, neque vos doceamus euangelium esse à deo, id enim nostis, neque *impositionis manuum*, id est, neque denuo de spiritus sancti gratia quæ per impositionem manuum in baptismo confertur, vobis disseramus: non enim indigetis: neque de resurrectione mortuorum, neque de æterno iudicio. Omittamus ergo inquit, de huiusmodi omnibus quæ sunt initia fidei Christianæ vobis verba facere, ne fundamentum nouũ iacere videamur, hæc vos elementa fidei docẽtes: sed ad perfectionem feramur, de perfectioribus vos instituẽtes, scilicet de afflictionibus patienter ferendis, de Christi æterno sacerdotio, & eius diuinitate verba faciẽtes: & hoc faciemus, si quidẽ permiserit deus: hoc enim referendum est ad id quod præcessit, ad perfectionem feramur. sic enim connectit Photius.

2. *Impossibile est enim.* quoniam per baptismum ad nouam vitam immutamur, erãt qui cõfidẽti peccarẽt, sperãtes post diu ductã ĩ peccatis vitã, rursus per baptismũ innouatũ, & oĩa sibi cõdonatum iri. Itaque quẽadmodũ in lege plura erãt figuraliũ baptismatũ, & lauacrorũ genera: ita plures in Christo baptismos faciebãt: cõtra quos hęc scribẽs Paul⁹: *Impossibile est*, inqt, *eos, qui semel illuminati sunt.* i. baptizati sunt. Nã veteres sacramentũ baptismi sacramẽtũ φωτισμάτων. i. illuminationũ vocant. gustauerunt etiã donũ cæleste, & participes facti sunt spiritus sancti. i. remissionem peccatorum, & spiritus sancti gratias ĩ baptismo acceperũt. gustauerũt nihilomin⁹ bonũ dei verbũ, scilicet, vel q̃ suauis est dominus his qui diligũt eum: vel euangelicã doctrinã, *virtutesque venturi seculi.* s. & resurrectionẽ, & æternũ iudiciũ, ĩ quo vitę nostræ rationẽ reddituri sum⁹. Qui gustauerunt

num dei: & facti estis quibus lacte opus sit, non solido cibo. Omnis enim qui lactis est particeps, expers est sermonis iustitiæ: paruulus enim est. perfectorum autem est solidus cibus: eorum qui pro ipsa consuetudine exercitatos habent sensus ad discretionẽ boni ac mali.

ARGVMENTVM Cap. 6.

¶ *Hortatur eos omissis fidei elementis ad perfectiorem disciplinam euadere, nec in iterata per baptismum pœnitentia confidere, ostendens non defuturum illis deũ, sed illorũ in sanctos beneficentiam præmiaturũ, qui promissiones Abrahæ factas indubiè præstiturus est.*

CAP. VI.

A

1 Vapropter intermittentes inchoationis Christi sermonem, ad perfectionem feramur, non rursum iacientes fundamentum pœnitentiæ ab operibus mortuis & fidei ad deũ, baptismatum doctrinæ, impositionis quoque manuum, ac resurrectionis mortuorum, & iudicii æterni. Et hoc faciemus: si quidem permiserit

1. Pe. 2. d.

stauerunt ergo virtutes venturi seculi, id est, æterna & supplicia, & præmia fixa habent in animo. Impossibile est ergo eos qui hæc gustarunt & nihilominus prolapsi sunt, *rursum renouari ad pœnitẽtiã.* Non ait impossibile est pœnitere, sed renouari ad pœnitentiam, pœnitẽtiam inquam baptismatis, vt inquit Cyrillus, nam de ea intelligi satis indicat verbum ἀνακαινώστιος, id est, renouationis: quando per solum baptismũ verè innouamur ab omni prorsus culpa, & pœna liberi: & de ea quoq; pœnitentia intelligi indicat locus sequens, rursum crucifigentes sibimetipsis filiũ dei & ostentui habentes. Baptismus enim est nobis vice crucis Christi: quia sicut Christus semel crucifixus, peccata omnia nostra abstulit, ita baptismus in virtute crucis Christi, cuius est similitudo, semel collatus, ab omnibus nos delictis abluit. Sicut enim Christus semel crucifixus & mortuus, nunquam iterum moritur: ita semel baptizatus in Christo nunquam iterum baptizatur: quem qui iterare cupit, quantum in se est Christum rursus sibi crucifigi cupit, existimãs crucem Christi primo baptismo semel applicatam, non fuisse sufficientem: & quantum in se est, ostẽtui habet Christum, & derisioni. Id enim significat verbum παραδειγματίζοντες, id est, ludibrio habentes. Sunt qui hunc locũ nec male, interpretantur de peccato & blasphemia in spiritum sanctũ, quæ est rectà deũ & agnitã veritatẽ impugnare, & peccatũ etiã affectatæ incredulitatis, de quo peccato Ioãnes in prima canonica, capite quinto: Est peccatũ ad mortẽ, nõ pro illo dico, vt roget quis: vel quũ quis destinata malitia nulla re illectus peccat, & de eo dicit Paulus ꝙ impossibile est. i. admodum difficile renouari ad pœnitentiam, ꝙ hi penè à deo deserantur.

sanctũ, gustauerunt nihilominus bonum dei uerbum, uirtutésque seculi uenturi, & prolapsi sunt: rursus renouari ad pœnitentiam, rursum crucifigẽtes sibimetipsis filium dei, & ostentui habentes. [3] *Terra enim* B *sæpe uenientem super se bibens imbrẽ, & germinans herbã opportunã illis à quib⁹ colitur: accipit bene dictionẽ à deo. proferens autem spinas ac tribulos: reproba est & maledicto proxima, cuius cõsummatio in combustionem.* [4] *Cõfidimus autẽ de uobis dilectissimi meliora &*

3. *Terra enim sæpe venientem.* Hic locus magis quadrat cũ expositione quæ impossibile pro difficile sumit, vt difficillimum sit eos qui tot bona receperunt, ex certa propriáque malitia peccantes, & in spiritum sanctum blasphemantes, redire ad pœnitẽtiam: quod probat parabola terræ frugiferæ ac sterilis, quia terra bona quæ super nè imbri recepto herbam bonam cultorib⁹ suis generat, à deo benedicitur: quæ autem tribulos ac spinas sufficienter ac largè susceptа pluuia, pfert, reprobata est agricolis, atque adeo maledictioni propinquа: vt si pergat in ea sterilitate, nihil aliud superet, nisi vt eam ignis deuoret. hoc est, quod ait, cuius consummatio in combustionem. Terra bona anima bona est, quæ supernam ac cælestẽ pluuiam vel gratiæ vel prædicationis rectæ excipiens, herbam bonam germinat cultoribus suis, id est, prædicatoribus. Terra autem mala, cui imber supernus nõ prodest, sed spinas tantum, pfert ac tribulos, anima est peruersa, quæ spiritus sancti monitionibus & prędicatione neglecta, opera tantum peccati profert & emittit, & hanc toties imbre prædicationis complutam, totiésq; negligentem, & infructiferam permanentem, certum est esse maledictioni æternę proximam: quòd si in ea sterilitate permanserit, finis eius est æterna combustio.

4. *Confidimus enim, &c.* his verbis cõsolatur eos, quasi dicat, nõ hoc dico quòd vos putem combustioni proximos, neque enim iniust⁹ est deus vt obliuiscatur operis vestri & charitatis, quam in omnes sanctos ostendistis, & nunc quoque ostenditis, quia autẽ qui perse uerauerit in finem hic saluus erit, subdit, Cupimus vos eandem ostendere solicitudinem, id est, idem studium, eundem feruorem, ad expletionem spei vsque in finem, vt vos nequaquam à spe in æternam requiem introeundi excidisse doceatis: vt non segnes efficiamini, id est, in benefaciendo desides, verum imitatores eorum qui fide & patientia hæreditant promissiones. Quoniam enim valde affligebantur, nec patebat consolatio proxima, consolatur dicens: imitatores estote patrum vestrorum qui iam hæreditant promissiones sibi factas. Græcè enim est, non hæreditabunt in futuro, sed κληρονομούντων, id est, hæreditãtium, hoc est, qui iam hæreditatem sortiuntur factarum sibi promissionum, verum in fide & patientia, quum longanimes fuerint in expectando. Ex longa enim expectatione probatur fides hominis & patientia, quam diutius habẽtes multi ex vestris maioribus, hæreditatem tandem promissionũ factarum sunt consequuti: vnum autem ex omnibus opponit Abraham, dicens.

5. *Abrahæ namque.* Quum deo in immolatione filij paruiſſet Abraham, promiſsiones illi fecit his verbis, Geneſ. 22. Per memetipſum iuraui, dicit dominus, quia feciſti hanc rem, & non pepercisti vnigenito filio tuo, benedicam tibi, & multiplicabo ſemen tuum, &c. & benedicentur in ſemine tuo omnes gentes. In verbis autem Pauli Hebræorum more ὲ *niſi* affirmantis magis eſt particula, quàm dubitantis. Huiuſmodi ergo promiſsionē Abrahæ factam, cui vel ſimplici credi debuerat, iuramento confirmauit deus. Quòd ſi promiſsionem hominis iuſiurādum firmat ac ſtabilit, vt eo intercedente ceſſet omnis apud iudicem controuerſia: longè ſtabilior eſt dei promiſsio, quam iuramento firmauit per ſemetipſum iurans, quum aliū non haberet per quem iuraret, maiorem. *In quo*, id eſt, in quibus verbis volens deus abundantius immobilitatem conſilij ſui ac propoſiti *hæredibus pollicitationis*, id eſt, his qui hæredes futuri ſunt promiſsionis factæ Abrahæ, oſtēdere *vt per duas res immobiles* ſiue immutabiles, quibus, id eſt, in quibus impoſsibile eſt mentiri deum, ſcilicet per promiſsionem & per iuramentum illi accedens, fortiſsimum ſolatium habeamus, ſi quādo nonnihil differri promiſsionem videmus. Vt, inquam, ſolatium habeamus, nos qui confugimus ad ſpem propoſitam tenendā, græcè, ἡμεῖς οἱ κατα φυγόντες, id eſt, ad apprehendendam ſpem æternæ hæreditatis nobis in Abrahæ promiſsione propoſitam: quam ſicut anchoram animæ tutā ac firmā habemus. Spes enim huiꝰ hæreditatis inter afflictiones ac mundi huius fluctuationes, eſt animæ noſtræ velut anchora, retinens eam ne vel in aduerſitatibus ad imum deſperationis barathrum deiiciatur, néve proſperitatibus in altum ſuperbiæ euehatur. Et quam ſpem, inquit, habemus *incedentem vſque in interiora velaminis.* Alludit hoc loco Paulus ad velum quod in lege erat ante ſancta ſanctorum. Ipſa autem ſancta ſanctorum ſecreta regni cælorum ſignificant, & velum antè oppoſitum, cælum ſignificat. Hoc ergo potiorem Hebræorum Chriſtianorum conditionem

uiciniora ſaluti, tametſi ita loquimur. Non enim iniuſtus deus, ut obliuiſcatur operis ueſtri & dilectionis quam oſtendiſtis in nomine ipſius, qui miniſtraſtis ſanctis, & miniſtratis. Cupimus autē unumquenq; ueſtrum eandem oſtentare ſolicitudinem, ad expletionem ſpei uſq; in finem: ut non ſegnes efficiamini, uerùm imitatores eorum qui fide & patientia hæreditabunt promiſsiones. 5 *Abrahæ nanque promittēs*

tionem facit Paulus, quàm olim veterum in lege, quibus non licebat in ſancta ſanctorum introſpicere. Ipſi autem per ſpem ſibi in Abrahamo propoſitam incedunt, & inſpiciunt vſque in interiora velaminis. i. intima regni cæleſtis præmia, atque in his iam ſpe habitant, vbi, inquit, id eſt, in quę interiora, *Præcurſor pro nobis introiit Ieſus.* Si ergo ille præcucurrit nobis viam facturus, & nos indubiè ſequuturi ſumus. Introiit autem conſtitutus à deo patre & factus in æternum ſecundum ordinē Melchiſedec pōtifex, tanto præſtantior, ac nobis vtilior q̄ legis olim pontifices, quòd ii ſemel tantum in anno ſancta ſanctorū introibāt, neque alios ſecū admittebant: Chriſtus autem inæternum ibi habitat, ac nobis quò ſequeremur, viam præcucurrit, quáque pergeremus, pōtē effecit. Aduertendum aūt quòd promiſsionis Abrahæ duplici de cauſa hoc loco meminit. primum vt promiſsionis in Chriſto illos doceret eſſe participes, ſi quidem veſtigia patris ſui Abrahæ id eſt, fidem imitari vellent. Deinde vt nō deſperarēt dilatione promiſſorū, ſed per fidem & patientiam, ſe tandem ſperarent adepturos, ſicut de Abraham dicit, Et ſic longanimiter ferens, adeptus eſt repromiſsionem. quia (quod illi promiſſum erat) in temporalibus & ſpiritualibus benedictionem dei expertus eſt, & ſemen illius hæredem ſui agnouit. Aliæ autem promiſsiones in Chriſto ac per Chriſtum in nobis ſunt impletæ.

Gen. 22. c. *deus, quoniā neminem habuit per quem iuraret, maiorem, iurauit per ſemetipſum, dicens: Niſi benedicēs benedicam te: & multiplicās multiplicabo te. Et ſic longanimiter ferens, adeptus eſt repromiſsionem.*

D *Homines enim per maiorem ſe iurant: & omnis controuerſiæ eorū finis ad confirmationem, eſt iuramentū. In quo abundantius uolens deus oſtendere pollicitationis hæredibus immobilitatem conſilij ſui: interpoſuit iuſiurandum. ut per duas res immobiles quibus impoſsibile eſt mentiri deum: fortiſsimum ſolatium habeamus, qui confugimus ad tenendam propoſitam ſpem, quam ſicut anchoram habemus animæ tutam ac firmam, & incedentem uſque ad interiora uelaminis. ubi præcurſor pro nobis introiit Ieſus ſecundum ordinem Melchiſedec pō tifex factus in æternum.*

1. *Hic enim, &c.* Ostensurus Christum esse sacerdotem secundum ordinem Melchisedec, ipsius historiam præmittit. Melchisedec autē Hebræi tradunt esse Sem primogenitum Noe, qui rex Salem fuerit, illius quidem quæ iuxta Scitopolin est, in qua etiam Hieronymo teste Melchisedec palatium ostenditur, ex ruinis, operis excellentiam præ se ferēs. de hoc Melchisedec neque natiuitas, neque mors in scripturis inuenitur, sed tantum Genesis 14. scribitur, quòd Abraham reuertenti à cæde Chodorlahomor, Melchisedec rex Salem quum esset sacerdos dei altissimi, proferens panem & vinum, benedixerit: cui vicissim pro accepta benedictione, tanquam sacerdoti dei summi, omnium spoliorum, quæ habebat, decimas Abraham dedit: quod non abs re Paulus allegat, sed vt ostendat, quòd si Melchisedec Christi tantum figura, Abrahā dignitate anteierit, vtpote cui benedixit & à quo decimas ille accepit, multo magis Christus alios sacerdotes & pōtifices qui ex Abraham descenderunt, antecellit: quē multis modis à Melchisedec præfiguratum ostendit, dicens:

ARGVMENTVM Cap. 7.

¶ *Christum esse verum sacerdotem secundum ordinem Melchisedec, cuius sacerdotio, quod æternum est, abrogatum sit Leuiticum: Christum quoque præstantissimum esse pontificē, pro nobis & non pro se interpellantem ostendit.*

CAPVT VII.

A H [1] *Ic enim Melchisedec rex Salem, sacerdos dei summi, qui obuiauit Abrahæ regresso à cæde regum, & benedixit ei, cui & decimas omnium diuisit Abraham.* [2] *primum quidē qui interpretatur rex iustitiæ: deinde autem & rex Salem, quod est, rex pacis, sine patre, sine matre, sine genealogia, neque initium dierum, neque finem uitæ habens, assimilatus autem filio dei, manet sacerdos* Gen. 14. d

2. *Primum quidem, &c.* Melchisedec, inquit, interpretatur rex iustitiæ: Melec enim, regem significat, & Sedec iustitiam. Salem autem vel Solom pax dicitur. quibus nominibus rectè Christus exprimitur, veræ iustitiæ rex & pacis: cuius alia ratione verus typus fuit Melchisedec, *sine patre, sine matre, sine genealogia*, non quòd patrē aut matrem non habuerit: sed quia de illis nihil scriptura dicit. Sic autem Christi typus est Melchisedec, quia sicut illius pater non inuenitur, ita neque Christi secundum carnem. & sicut illius mater non legitur,

legitur, ita neque Christi secundum diuinitatem: imò nec re ipsa habuit. Et sicut Melchisedec *sine genealegia*, græcè, ἀγενεαλόγητος, id est, cuius generis origo reddi non potest, sic neque diuinæ Christi generationis origo & modus perfectè capi potest, dicente Esaia, Generationem eius quis enarrabit? alia quoq; ratione Christi figura est Melchisedec, *neq; initium dierum neque finem vitæ habens*, id est, cuius ortus & interitus ignorantur: sic & Christus quatenus deus, initium non habet, neque finē habiturus est. Atque ita Melchisedec assimilat⁹ filio dei manet sacerdos inæternum, non in se sed in Christo: assimilatur autem quod ad sacerdotium attinet, quia sicut Abraham panem & vinum obtulit: ita Christus æternus sacerdos sub panis & vini speciebus carnem suam & sanguinem nobis obtulit, & patri qui verus est Abraham, id est, gentium pater, in ara crucis corpus suum obtulit.

in perpetuū. [3] *Intuemini autē quantus sit hic, cui & decimas dedit de præcipuis Abraham patriarcha.*

[4] *Et quidem de filiis Leui sacerdotium accipientes, mandatum habēt decimas sumere à populo secundum legem, id est, à fratribus suis: quanquam & ipsi exierint de lumbis Abrahæ. Cuius autem generatio nō annumeratur in eis: decimas sumpsit ab Abraham, & hunc qui habebat repromissiones benedixit.* Si- B

3. *Intuemini autem, &c.* Probaturus Christi sacerdotium Leuitico præstantius esse, hinc ostendit, quòd Melchisedec ipso Leuitarum patre Abraham præstantior fuerit, cui nimirum ipse Abraham de opimis spoliis decimas dedit: quanto magis ergo sacerdotibus legis Christus antecellebat? Ne verò sacerdotium Leuiticum contemnere videatur, de eius dignitate subdit.

4. *Et quidem, &c.* Non carebat sanè dignitate sacerdotium Leuiticum. Nam sacerdotes qui de Leui filiis eligebantur, à reliquo populo secundum legis institutionem decimas sumebāt: quum tamē omnes fratres essent ex eodem patre Abraham descendentes. hoc est enim quod ait, *quanquam & ipsi de lumbis exierint Abrahæ*, id est, ab eodem cum cæteris Hebræis Abrahamo patre prodierint: nequaquam autem ab aliis decimas acciperent, nisi præstantiores essent. *Cuius autem generatio non annumeratur in eis*, id est, Melchisedec qui de Leuitarum genere non erat, decimas sumpsit ab Abraham, & eidem, qui tanti habitus est à deo, vt promissio illi benedictionis in Christo fieret, benedixit Melchisedec: quod min⁹ est autem, à meli-

à meliore benedicitur, id est, inferior à superiore ac præstantiore? præstantior ergo Melchisedec quàm Abraham, cui benedixit.

5. *Et hic quidem, &c.* id est, quanquam ab aliis decimas Leuitæ accipiant, sicut ab Abraham Melchisedec, duplici tamen nomine inferiores illo sunt. primũ, quòd hic, id est, in sacerdotio Leuitico, aduerbium enim est, *morientes homines decimas accipiunt*, id est, qui decimas accipiunt sacerdotes moribundi sunt & mortales. *Ibi autem*, id est, in sacerdotio secundum ordinem Melchisedec contestatur. sub. scriptura: quia viuit Melchisedec, quia scilicet eius obitus non meminit: aut potius contestatur scriptura, quòd cuius figura fuit Melchisedec Christus, æternum viuit: sicut dictum est, Tu es sacerdos in æternum, &c. Deinde superior est Leuitis Melchisedec, quia *vt ita dictum sit*, id est, vt ita dicam per *Abraham & Leui*, id est, ipse etiam Leui (est enim recti casus) qui decimas accipit, decimatus est, id est, decimas ipsi Melchisedec soluit, hoc est, quum decimas illi offerret Abraham & Leui, id est, etiam sacerdotes Leuitici qui decimas ab illis accipiunt, decimas quodammodo Melchisedec obtulerunt. *Adhuc enim erat in lumbis Abrahæ*, id est, genitale semen eorum in Abrahæ lũbis erat, & ipsi futuri semen illius erant. In Abraham ergo quodammodo erant quando ei Melchisedec obuiauit, quapropter illi decimas Abrahã offerẽte, & ipsi quodãmodo obtulerũt. Qui aũt offert, inferior est accipiẽte: prestãtior ergo Melchisedec Christi figura Leuiticis sacerdotibus. quãto igitur & Christus?

ne ulla autem contradictione: quod min⁹ est, à meliore benedicitur. 5 *Et hic quidem decimas morientes homines accipiunt: ibi autem contestatur quia uiuit.* Et (*ut ita dictum sit*) *per Abraham, & Leui qui decimas accepit decimatus est. adhuc enim in lumbis patris erat, quando obuiauit ei Melchisedec.* 6 *Si ergo consummatio per sacerdotiũ Leuiticũ erat (populus enim sub ipso legem accepit) quid adhuc necessarium fuit secundum ordinem Melchisedec alium surgere sacerdotem, & non secundũ ordinem Aaron dici?*

6. *Si ergo consummatio*, id est, si consummatum & perfectum erat sacerdotium Leuiticum, & iustificare poterat, sub quo, id est, cuius sacerdotij tempore populus Iudæorum legem accepit, quid necesse fuit vt alius exurgeret sacerdos secundum ordinem Melchisedec, id est, Christus de quo dictum est, Tu es sacerdos in æternum secundum

secundum ordinem Melchisedec? & non secundum ordinẽ Aaron, id est, non de tribu Aaron, de qua sumendi erant sacerdotes? Si enim iustificare illud poterat, Christi non opus erat sacerdotio: quia, vt ad Galatas ait, si per legem iustitia, Christus gratis ac frustra mortuus est.

7. *Translato enim sacerdotio.* hic mihi enim pro autẽ sumere videtur Paulus, vt sit sensus, Si necesse fuit alium sacerdotem secundum ordinẽ Melchisedec exurgere, ob imperfectionem Leuitici sacerdotij: indubiè translatum est illud Leuiticum sacerdotium in Christi sacerdotium. Translato autem sacerdotio, legis translatio necesse est vt fiat, simul enim & lex & sacerdotium instituta sunt: quòd si transfertur sacerdotium, legem quoque transferri oportet: vides quomodo sensim legem abrogat.

7 *Translato enim sacerdotio: necesse est ut & legis translatio fiat.* 8 *In quo enim hæc dicuntur: de alia tribu est, de qua nullus altario præsto fuit. Manifestum est enim quòd ex Iuda ortus sit domin⁹ noster: in qua tribu nihil de sacerdotibus Moyses locutus est.* 9 *Et amplius adhuc manifestum est: si secundum similitudinẽ Melchisedec, exurgat alius sacerdos, qui non secundũ legẽ mandati carnalis factus est, sed secundũ*

8. *In quo enim, &c.* pergit probare translatũ esse sacerdotiũ: in quo. i. de quo, vel vt Græci ἐφ' ὅῳ. i. ad quem. hoc est, Christus enim ad quem vel de quo hæc dicuntur, Tu es sacerdos secũdum ordinem Melchisedec, de alia tribu est: de qua nullus altario præfuit, id est, de tribu regali Iuda ortus est, de qua non licebat in sacerdotes assumere: non de tribu Leuitica, vnde assumebantur vnde si de tribu Leui non fuerit, & sacerdos fuit, vt de illo testatur pater: manifestum est translatum esse sacerdotium. vt sicut sacerdotium Melchisedec huius nostri figura, regale fuit, Leuiticum tantum legale: ita Christi sacerdotium de regali tribu nati, regale esset.

9. *Et amplius adhuc, &c.* pergit ostendere legis & sacerdotij factam esse translationem. Et hoc, inquit, amplius manifestũ est. Si. i. quia (sic enim Græci explicant) & ex eo ꝙ secundũ ordinem Melchisedec exurgat alius sacerdos, scilicet Christus, *qui non secundum legẽ mandati carnalis factus est.* i. non secundũ legis institutionẽ: quia secundũ eã de tribu Leui sumendus erat, ipse autẽ de tribu Iuda fuit. ex eo ergo manifestum est translatam legem, ꝙ secundũ ordinem

Melchisedec

Melchisedec exurrexit sacerdos Christus, & non secundū legem, *sed secundum virtutem vitæ insolubilis*, id est, dei ordinatione ac virtute, qui vitam habet, & in se credentibus dat insolubilem & perpetuam. Quòd autem legem appellauit, legem mandati carnalis, hoc fecit, innuens, quòd ceremoniæ & mandata legis penè tantū carnalia erant, sicut, de non attrectando, non edendo immundo, de lauando, & similibus. Quòd autem secundum virtutem vitæ insolubilis factus sit sacerdos, id est nō moriturus vt legales, sed perpetuus, ostendit dicens, *Conteſtatur enim* patri filius, id est, hoc de illo testimoniū dat, Tu es sacerdos in æternum, secūdum ordinē Melchisedec. Si in æternum, ergo virtutem in se habet vitæ insolubilis.

10. *Reprobatio quidē*. pergit ostendere legem esse abrogatam. præcedentis, inquit, mādati, id est, prioris testamēti ac legis reprobatio & abiectio facta est, id est, lex vetus abrogata & antiquata est, ob sui inutilitatē & infirmitatem, non quòd planè inutilis esset (erat enim à deo) sed quia nihil ad perfectum adducebat, id est, in se confidentes perficere non poterat, initiabat enim tantum Iudæos per ceremonias ab idololatria deterrens: nunc verò *introductio*. sub. facta est, *melioris spei*, id est, lex euangelica introducta est spem habēs annexam meliorem. Lex enim penè tantum tēporalia habet præmia. Si audieritis me, si seruaueritis, bona terræ comedetis & similia. At vero euangeliū cælestia habet annexa præmia, & regni cælestis spem indubiā, *in qua proximamus ad deum*, quia per fidem Christi & spem in eum, accessum habemus ad deum. Reprobata ergo lege, introducta est per Christi sacerdotiū spes melior, *& quantū nō sine iureiurādo*, hic enim locus continuè legendus est, qui clarius habetur Græcè, καθ' ὅσον, id est, quatenus non sine iureiurando fuit institutum Christi sacerdotium.

uirtutem uitæ insolubilis: Conteſtatur enim, Quoniam tu es sacerdos in æternum, secundum ordinē Melchisedec. Psal. 109.c

10 Reprobatio quidem fit præcedentis mandati: propter infirmitatem eius & inutilitatem. nihil enim ad perfectū adduxit lex: introductio uerò melioris spei, per quam proximamus ad deū. Et quātum est non sine iureiurando (alij quidem, sine iureiurando sacerdotes facti sunt: hic autem cum iureiurādo per eum qui dixit ad illum, Iurauit dominus & non pœnitebit eum: tu es sacerdos in æternum) in tantum melioris testamenti sponsor Psal. 109.b

dotium. introducta est ergo melior spes, quatenus non sine iureiurando firmatum fuit Christi sacerdotiū, quem vel ea ratione Leuiticis sacerdotibus præstantiorem ostendit, quòd alij sacerdotes nullo intercedente iuramento instituti sunt, Christus autem cum iureiurando, vt scriptum est, Iurauit dominus, &c. Tu es sacerdos, &c. Et *in tantum melioris testamenti sponsor factus est Iesus*, id est, adeóq;, tantò melioris & præstantioris testamēti, id est, ordinationis legis scilicet nouæ, sponsor, id est, mediator & interceſſor factus est Iesus, quòd eius sacerdotium iuramento firmatum est, nō item legale.

D *factus est Iesus*. 11 *Et alij quidem plures facti sunt sacerdotes, idcirco quòd morte prohiberentur permanere: hic autem eo quòd maneat in æternum, sempiternum habet sacerdotium. Vnde & saluare in perpetuum potest accedentes per ipsum ad deum: semper uiuens ad interpellandum pro nobis.* 12 *Talis enim decebat ut nobis esset pontifex: sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus & excelsior cælis factus: qui non habet necessitatem quotidie (quemadmodū sacerdotes) prius pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populi. hoc enim fecit semel se offerendo. Lex enim homines constituit sacerdotes infirmitatem habentes: sermo autem iurisiurandi qui post legem est, filium in æternum perfectum.*

11. *Et alii quidē*. Et hac quoque ratione sacerdotib⁹ Leuiticis Christū præstare ostēdit: ꝙ sacerdotes Leuitici plures fuerūt, alio alij succedente, eo quòd morte interueniente vetarentur perpetuum manere in sacerdotio: Christus autem quia in perpetuum manet, sacerdotium habet perpetuū, Græcè ἀπαράβατον, id est, incommutabile, quod successione ad alium non demigrat. vnde quum immortalis sit, accedētes per semetipsum, id est, per fidē ipsius ad deum, in perpetuum saluare potest, semper pro illis interpellās. vbi autem est in perpetuum, Græci habēt, εἰς τὸ παντελές, quod significare potest ad perfectum.

12. *Talis enim*. Talem nos habere decebat pontificem, qui iuxta humanitatem non modo vitæ sanctimonia cæteris præstaret hominibus: sed excelsior cælis esset, id est, cælestibus spiritibus angelis, vel supra cælos etiam ad patris dexteram sublimatus, cui non esset necesse pro suis delictis hostias offerre, quia peccatum non fecit,

nec

nec inuentus est in ore eius dolus: sed pro populi delictis: neque quotidie, vt veteres sacerdotes, sed semel: vna enim sui corporis hostia semel omnium delicta Christus abstulit. quare autem illos opus esset hostias sæpe repetere, Christus autem semel omnium delicta expiarit, hostia ipse factus & sacerdos, ostendit: quia lex sacerdotes, homines infirmos & peccatores statuit, ideo pro se, aliisque & sæpe sacrificia facere indigentes. Sermo autem iurisiurandi, qui post legem vel supra legē est, vtrūque enim significat τὸ μετὰ, sacerdotem constituit in æternum filium dei perfectū, adeoque nec sui gratia neque pluries offerre indigentem.

ARGVMENTVM Cap. 8.

¶Christum verū esse pontificem docet, ac noui testamēti quod veteri longè præstat, mediatorem.

CAPVT VIII.

[1] *Capitulum autem super ea quæ dicuntur. Talem habemus pontificem, qui consedit in dextera sedis magnitudinis in cælis: sanctorum minister, & tabernaculi ueri, quod fixit de⁹, & non homo.* [2] *Omnis enim pontifex, ad offerendum munera & hostias constituitur unde necesse est & hunc habere aliquid quod offerat.* [3] *Si ergo esset super terram, nec esset sacerdos: cum essent qui offerrent secundum legem munera,*

1. *Capitulum autem super ea.* id est, summa & caput eorum, quę dicta sunt, hæc est: quasi diceret, multa de Christi pōtificio & sacerdotio dixi mus, omnium autem summa & scopus (nam vtrunque significat τὸ κεφάλαιον) huiusmodi est, talem habemus pontificē, id est, sanctum, innocentem, impollutū, &c. qualem pauloante descripsimus, vel talem qui consedit in dextera sedis magnitudinis in cęlis, id est, qui in plenitudine diuinæ maiestatis habitat *sanctorum minister*, id est, vt quidam dicunt, qui sanctis beatitudinem administrat, sicut in parabola euangelica dicit, Præcinget se & transiens ministrabit illis: aut quia pro illis, quod pontificis est munus, apud deum interpellat: vel melius sanctorum vocabulo conformiter ad vetus pontificium verissima sancta sanctorum intelligere debemus, hoc est, reconditissima dei patris archana, quorum administer & proxeneta Christus est, his quibus vult. horum ergo sanctorum minister est Christus, & tabernaculi veri quod fixit deus & non homo, quod quidem tabernaculum nonnulli summū cælum ipsam scilicet beatorum sedem interpretantur. possumus quoque & ipsam beatitudinem qua fruuntur sancti, & in qua habitantes quiescunt, intelligere.

2. *Omnis enim pontifex.* Probat hoc loco quòd Christus ad dexteram

ram patris assumptus vere pontificis ministerium agat, & deo patri pro nobis hostiam offerat. Omnis enim pontifex ad offerendum munera & hostias constituitur & instituitur. *Hostias* autem carnales victimas quę in cruore offeruntur intelligunt, *dona* autem indifferenter, & munera, quascunque oblationes. Quum ergo pontificis partes sint offerre pro populo, necesse est hūc Christum habere aliquid quod offerat, nimirum humanitatem assumptam, quam semel in ara crucis immolatam deo patri pro nobis iugiter offert, ac præsentat. Vere ergo sanctorum minister est. ne videatur autem mirum quòd tunc pontificem nostrum in cælis habitare dixerit, atque ita illum minime videamus, probat ex oppositō nequaquam illum aliter verum pontificem, ac sacerdotem futurum, dicens:

3. *Si ergo esset super terram.* hunc locum sic exponunt Græca scholia, Si in terris adhuc ageret Christus, nec mortuus esset ac per resurrectionem in cælum assumptus, ne vere quidem sacerdos esset: quoniam non haberet quam patri offerret sufficientem hostiam: solum enim Christi corpus piacularis & expiatrix peccatorum nostrorum victima sufficiens esse potuit: mortuus est ergo, vt semetipsum hostiam pro nobis offerret: & à resurrectione in cælum assumptus, vt vera sancta sanctorum cum corpore ingressus verus pontifex illic pro nobis sacra faceret, hoc est, pro nobis apud deum interpellaret. nam post peractum illud in cruce sacrificium, nil supereſt nisi vt pro nobis ipse interpellet. Si ergo esset adhuc super terram nec mortuus esset, non esset verus sacerdos, quippe cui nulla suppeteret vera hostia (quum præter eius mortem nulla esset digna) & essent alij sacerdotes qui secundum legis institutionem terrena offerrent munera & carnales hostias. Si ergo super terram adhuc esset, & pontificium exerceret in terris nondum mortuus: nec perfectam illam sui corporis hostiam immolaret, sed similem cum Leuiticis sacerdotibus: nō esset plus quàm illi verus sacerdos, imò ne sacerdos, quidē esset: quia quum terrenum tantum offerret sacrificium, non esset æternus secundū ordinem Melchisedec sacerdos, nec sacerdos quidem

Leuiticus,

Leuiticus qui de tribu Leui non esset, vnde legis assumũtur sacerdotes, de quibus subdit:

4. *Qui exemplari & vmbræ deseruiunt cælestium.* i. qui tabernaculo legali deseruiunt: quod est exemplar & vmbra rerum cælestium & tabernaculi illius cælestis. quòd autem tabernaculum exemplar esset cælestis, probat dicens, sicut responsum est Moysi, quum consummaret tabernaculũ, vide, inquit, omnia facito secundum exemplar, quod tibi in monte monstratum est. Asserunt enim doctores & hoc loco Græci, quòd Moysi in mõte dominus non modo corporalem formã tabernaculi materialis ostẽderit, sed etiam cælestis, & archana illi cælestia aperuerit, ac spirituale tabernaculum: cuius figurã & vmbram quandam materiale tabernaculum ædificauit.

4 qui exẽplari & umbræ deseruiũt cælestiũ. sicut responsum est Moysi, cùm consummaret tabernaculũ, Vide (inquit) omnia facito secundum exemplar, quod tibi ostensum est in monte. Exo. 25. b. Actu. 7. f.

5 Nunc autem melius sortitus est ministerium: quanto & melioris testamenti mediator est, quod in melioribus repromissionibus sancitum est. 6 *Nam si illud prius culpa uacasset: non utique secundi locus*

5. *Nunc autem melius.* Antea dixit si esset super terram & necdum mortuus esset, ne verè quidem sacerdos foret, quum sacerdotes legales essẽt, qui similes cum illo hostias offerre possent. Nunc autem, inquit, melius sortitus est ministerium, præstantius scilicet sacerdotium in cælis, quàm illi in terris, & tantò præstantius, quantò melioris testamẽti mediator est & largitor, scilicet euãgelij. Quòd autem præstantius sit euangelij testamentum quàm legis ostendit, dicens, quod in melioribus promissionibus sancitum est & confirmatum. Vetus enim testamentũ temporalia aut terrena bona promittebat, dicens, Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis, & similia. Nouum, cuius mediator est Christus æterna promittit, ac cælestia, scilicet regnum cælorum & salutem æternam. consequenter quoque pergit ostendere excellentiam noui supra vetus, dicens,

6. *Nam si illud prius culpa vacasset.* Græcè ἄμεμπτος ἦν, id est, irreprehensibile fuisset, non equidem tanquam malum in se continens, sed tanquam imperfectum: hoc est, si perficere sui obseruatores potuisset & iustificare, non vtique secundi locus inquireretur, id est, necesse nõ fuisset nouũ, ac secundum testamẽtum accedere, quod tamen ex or-

ex ordinatione dei accessit.

7. *Vituperans enim eos, &c.* Græcè μεμφόμενος γὰρ αὐτοῖς, id est, conquerens enim de ipsis deus dicit per Hieremiam, scilicet, 31. cap. Ecce dies veniunt, &c. quibus verbis nouum testamentum se daturum deus pollicetur domui Iuda spirituali, id est, Christũ vere confitentibus, atque omnino aliud. vnde addit, non secundum testamentum quod feci patribus eorũ, in die qua apprehendi manũ illorum, vt educerẽ eos de terra Aegypti, id est, non secundum testamentum, id est, non tale quale illis ab Aegypto liberatis in Sina monte dedi. hoc autem testamentũ designauit, ne testamentum & pactum Abrahæ factum repudiasse videretur. Quale autem futurum sit hoc nouum testamentũ, subdit, dicens, *Dabo leges meas in mentem eorum, & in corde eorum superscribã eas.* Lex enĩ euangelica apostolis & discipulis nõ est scripto tradita, neque velut olim Iudæis, literis descripta in lapidibus, sed per spiritum sanctum. Quod verò ait, *& non docebit vnusquisque*, non ad hæc tempora referendũ est, quibus per malitiã hominum, & iam refrigescente charitate, doceri ac docere vicissim indigemus: sed ad tempora apostolorũ, in quibus statim accepto spiritu fideles nullo labore docebantur quæ ad fidẽ spectabant, & hoc, inquit, quia propitius ero iniquitatibus eorũ, & peccata eorũ non recordabor amplius: mens enim à peccatis mundata, prædicãtibus apostolis confestim Christi fidẽ susciebat. Hũc autẽ locũ ex Hieremia adduxit Paulus, vt probaret prædictã esse veteris testamenti abrogationem, succedente nouo. vnde subdit:

C *inquireretur.* 7 *Vituperans enim eos dicit:* Ecce dies ueniẽt, *dicit dominus: & consummabo super domum Israel, & super domum Iuda testamentum nouum, non secũdum testamẽtum quod feci patribus eorum in die qua apprehẽdi manum eorum, ut educerem illos de terra Aegypti. quoniam ipsi non permanserunt in testamento meo: & ego neglexi eos dicit dominꝰ. Quia hoc est testamentum quod disponam domui Israel post dies illos, dicit dominus,* D *Dabo leges meas in mentem eorum, & in corde eorũ superscribam eas: & ero eis in deum, et ipsi erunt mihi in populum: & non docebit unusquisque proximum suum, & unusquisque fratrem suum, dicens, Cognosce dominum: quoniam omnes scient me à minore usque ad maiorem eorum. quia propitius ero*

Hier. 31. c.

3. *Dicendo autem nouum*, veterauit prius. quod autem antiquatur & senescit: prope interitum est. quasi diceret, nequaquam aliud testamentum nouum appellaret, nisi vetus antiquādum sciret, ac proximè interiturum & cessaturum: quod vtique factum est succedente euangelio.

1. *Habuit quidem*. Paulò antè dixit antiquatum esse vetus testamentum, & illi successisse nouum. Nunc ne vetus damnare videatur, subdit: habuit quidem & prius *iustificationes culturæ*. Græcè λατρείας quod dei cultum significat. Iustificationes autem culturæ, Græci interpretantur leges ac ritus colendi dei, & quicquid ad cultū dei, & sacrificium pertinebat. vnde quū in genere dixisset, subdidit in particulari & sanctū seculare & duo tabernacula, &c. Ad intelligētiam huius loci notādum id quod hoc loco Oecumenius Græcus dicit. Facit enim tria tabernacula. Prius quod *sanctum seculare* vocat Paulus, siue vt Græci habēt κοσμικόν, id est, mundanū, sic dictum quòd, vt inquit Chrysost. in illud indifferenter intrarent Iudæi & gentiles, in quo erat æneum altare holocaustorum, vbi victimas immolabant. Secundū tabernaculū quod simpliciter sanctū vocat Paulus, in quo erat septem ramorum candelabrum, & mensa & duodecim panes propositionis. Tertium interius in quo erat summus pōtifex, idque semel tantū in anno, introibat sacrificaturus. primum tamen non inter tabernacula ponit Chrysostomus: sed locum sub dio ante tabernaculum: quod re vera vnum erat triginta cubitos longitudinis habens, decemque latitudinis, totidemque altitudinis: & inter altare æreū, vbi sub dio mactabatur, & hoc tabernaculum, velum erat distinguens. Deinde sequebatur primum tabernaculum, in quo, inquit Paulus, erant candelabra, & propositio panum, quæ dicitur sancta. vbi autem habemus *quæ dicitur sancta*, Græci habent ἥτις λέγεται ἁγία quod referri quidem potest ad τὸ propositio panum, sed melius est referre ad τὸ tabernaculum, pro quo Græcè est σκήνη fœmininum, & tunc sensus est, quod quidem tabernaculū dicitur sancta, pluraliter numero, id est, sanctuarium, hoc prius tabernaculum viginti cubitos habebat longitudinis, post quod spatium, erat oppansum velum diuidens à priore parte reliquam partem longitudinis decem cubitorum, quæ dicebatur tabernaculum secundum & sancta sanctorum, siue sanctuarium sanctuarij, & hoc dicit Paulus.

iniquitatibus corū: & peccatorum eorum iam non memorabor. 8 *Dicendo autē nouum: ueterauit prius. Quod autem antiquatur & senescit: prope interitum est.*

ARGVMENTVM Cap. 9.

¶ *Veteris sacerdotii & pontificii cultus & ritus cum nouo componit, ostendens quantū à veteris legis pontifice verus pontifex Christus differat, quámq; illo præcellat.*

CAPVT IX.

1 *Habuit quidē & prius, iustificationes culturæ: & sanctū seculare. Tabernaculum enim factū est primū, in quo erant cādelabra, & mensa, & propositio panum: quæ dicitur* A Exo. 16. d. & 36 a.

sancta. 2 *Post uelamētum autem secundum: tabernaculum, quod dicitur sancta sanctorum, aureum habens thuribulum: & arcam testamenti circuntectam ex omni parte auro, in qua urna aurea habens mā* B *na, & uirga Aaron quæ fronduerat, & tabulæ testamenti: superq; eam erant Cherubin gloriæ obumbrantia propitiatorium: de quibus non est modo dicēdum per singula.*

2. *Post velamentum autem secundum*. vbi τὸ secundum ad velamen refertur vt dicas, quod tabernaculū dictū sancta sanctorū, erat post secundum velum diuidens à reliqua parte tabernaculi integri. Nam Græcè est μετὰ δὲ τὸ δεύτερον καταπέτασμα, id est, post secundum velum: vbi τὸ δεύτερον neutrum est, τὸ verò σκήνη, id est, tabernaculum fœmininum, quapropter ineptè quidam vertit & explicauit post velum erat secundum tabernaculum: quum δεύτερον neutri generis non possit referri, nisi ad καταπέτασμα neutrum, id est, velum: nam pro tabernaculo Græcè est σκήνη fœminino. In hoc tabernaculo ait Paulus fuisse aureum thuribulum, & *arcam testamenti*, quę ita appellatur, quòd in ea tabulæ legis Moysi datæ reconderentur, in qua erat vrna aurea, & virga Aaron, & tabulę testamenti, tametsi ab initio in arca solæ positæ sint testamenti tabulæ. verum, vt Theophylactus inquit, quum ingruentibus bellis abscondi arcam oporteret, vt Hieremiæ temporibus factum est, fortè vnà inclusa sunt in arcam & vrna mannæ, & virga Aaron, sicut à Gamaliele didicisse poterat Paulus, super quam arcam, inquit Paulus, erant *Cherubin gloriæ*, id est, glorioſè

fabrefacta cherubin, obumbrantia propitiatorium. *Propitiatorium* Theophylactus fuisse putat operculum arcæ. Oecumenius autem asserit propitiatorium fuisse, velut auream mensam quadrangulare arcæ superpositam, quæ propitiatorium dicebatur, ꝙ inde responsa daret deus, & ex deductione Exodi id manifestum est: non quòd propitiatoriũ ipsam arcam contingeret, sed eminentius perpendiculariter tamen super arcam collocaretur. De omnibus autem his loquutus Paulus subdit, de quibus non est modo dicẽdum per singula, id est, quanquã hæc ænigmaticè alia significent, nunc tamen non est illa explicandi locus.

3 *His uerò ita compositis, in priori quidem tabernaculo semper introibant sacerdotes sacrificiorum officia consummãtes: in secũdo autem, semel in anno solus pontifex: nõ sine sanguine, quem offerret pro sua & populi ignorantia:* 4 *hoc significante spiritu sancto, nondum propalatam esse sanctorum uiam, adhuc priore tabernaculo habente statum,*

3. *His verò, &c.* Superius tabernaculũ descripsit, & quæ in eo erant: nunc de sacerdotibus & sacrificiis: asserens ꝙ in prius tabernaculum sacerdotes quoties visum erat intrabant, & illic sacrificabant. In secundum autẽ solus põtifex intrabat, idq; semel in anno *non sine sanguine*, quod notãter additũ notare oportet. Nã Exo. 30. iubetur Aaron adolere incẽsum in secũdo tabernaculo singulis diebus mane, & propterea nõ dixit Paulus simpliciter ꝙ semel introibat, sed semel cũ sanguine, hoc enim significat nõ sine sanguine. vnde Exod. 30. dicitur, Et deprecabitur Aaron semel per annum in sanguine, hoc est, cum immolatione victimæ, *quẽ offerret pro sua & populi ignorãtia*, id est, pro delictis non ex certa scientia perpetratis, quæ huiusmodi hostiis nõ expiabantur, sed pro peccatis ex ignorantia & fragilitate factis: in quo præstantior est Christus pontifex, quàm legalis, ꝙ non pro suis delictis, quibus caruit, offerret: neq; delicta tantum ex ignorantia, sed etiam ex certo proposito perpetrata expiaret.

4. *Hoc significante, &c.* nũc aggreditur Paulus anagogicè interpretari quę de tabernaculis dicta sunt. huiusmodi ergo, inquit, erãt tabernacula, huiusmodi ritus. Hoc significãte spiritu sancto, per quæ scilicet ꝙ in sancta sanctorũ cæteris sacerdotibus nõ patebat accessus, significabat spiritus sanctus, ꝙ *priore tabernaculo*. i. lege adhuc *statum habente*. i. stante, ac in suo robore perseuerante, ante Christi scilicet mortẽ, *nondum propalata erat via sanctorũ*. i. nõdum ad sancta sanctorum, id est, ad ipsum cælum in illis figuratũ patebat, vel ipsis Iudæorum præcipuis sacerdotibus accessus, in quod solus sacerdos summus Christus prior ingressus, antiquata per mortem suam lege, nobis aditum fecit: vnde subdit:

5. *Quæ parabola est, &c.* Græcè ἥτις παραβολὴ εἰς τὸν καιρὸν ἐνεστηκόσ. quoquo modo varij hunc locũ exponãt, hic mihi videtur esse sensus, quem tum ex Græca Pauli lectione, tũ ex Græcis scholiis olfacio. primo sic reddi Græca possunt, quę parabola vel similitudo vsq; ad præsens tẽpus: sub. fuit vel durauit. nã εἰς pro vsq; ad, poni frequens est. Est ergo sensus, quę similitudo, vel qui typus tabernaculi legalis vsque ad præsens tẽpus durauit. Si enim omnia quę de tabernaculo dicta sunt, typus erãt Christi, completa sunt illa, ac finẽ habent. *iuxta quam*, scilicet similitudinem. i. secundum quem ritum tabernaculi & sacrificiorũ, qui typus erant tantum nostrorum, munera & hostiæ. i. oblationes, ac carnales victimæ offeruntur, quæ non possunt secundum conscientiam, id est, animã, & spiritualiter perfectũ facere *seruientem*, λατρεύοντα id est, huiusmodi hostias offerentem. Et quare nõ possent perficere? quia carnalia tantum offerebant, quæ animam mundare nõ valerent: vnde dixit, quę non possunt perfectum facere seruientem solummodo in cibis & in potibus, & variis baptismatibus, & iustitiis carnis vsque ad tempus correctionis impositis, id est, quæ perficere hoïem nõ poterãt per sola illa carnalia, quæ vsq; ad tẽpus Christi, quo corrigẽda erãt, imposita erãt. tamẽ Græci secus legũt, ꝙ impositis legũt ἐπικείμενα. i. sita, & referũt ad munera & hostias, vt sit sensus, quæ munera nõ possunt hoïem pficere in ipsis tantũ carnalibus rebus & mandatis sita. *In cibis & potibus*, id est, in mãdatis, quæ quid edas, quo abstineas, decernunt. *In variis baptismatibus*, id est, ablutionibus, quia si quid immundum contigissent, statim ablui illos oportebat. *Et iustitiis carnis*, vel iustificationibus. Carnis autem iustificationes generaliter dixit omnia sacrificia omnésque ritus, ac ceremonias, quæ ab immunditiis tantum corporis mundabant, non autem animæ maculas abstergebant. Bene autẽ *vsque ad tempus correctionis*, illa dona & sacrificia in illis carnalibus sita erant, id est, vsque ad

C 5 *quæ parabola est temporis instantis: iuxta quam munera & hostiæ offeruntur, quæ non possunt iuxta conscientiam perfectum facere seruientem solummodo in cibis, & in potibus, & in uarijs baptismatibus, & iustitijs carnis usque ad tempus correctionis impositis.*

Christi aduentum, qui omnia in meliorem formã erat emẽdaturus.

6. *Christus autem assistens.* pro assistens Græcè est παραγενόμενος, quod etiam significat accedens, hoc autem loco pontificium Christi describit Paulus, dicens: Christus accedens in hunc mundum, vt pontifex esset futurorum bonorum, scilicet cælestium gaudiorum, *per amplius & perfectius tabernaculum*, id est, corpus suum quod eo amplius est & capacius tabernaculo Iudæorum, quòd in eo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, & perfectius, quia perfectè nos per carnem suã iustificauit. Per hoc ergo tabernaculũ itroiuit ĩ sancta sanctorũ Christ⁹.

⁶ *Christus autem assistens pontifex futurorum bonorũ, per amplius & perfectius tabernaculum nõ manufactum, id est, non huius creationis, neque per sanguinẽ hircorũ aut uitulorũ, sed per proprium sanguinẽ introiuit semel in sancta, æterna redemptione inuenta.* ⁷ *Si enim sanguis hircorũ & taurorum & cinis uitulæ aspersus, inquinatos sanctificat ad emundationem carnis: quanto magis sanguis Christi qui per spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum deo, emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis ad seruiendum deo uiuenti?* ⁸ *Et ideo noui testamenti mediator est, ut morte intercedente, in redemptionem earum præuaricationum quæ erant sub priori testamento, repromissionem accipiant, qui uocati sunt æternæ hæreditatis.* ⁹ *Vbi enim testamentum* Leui. 16.a

Per tabernaculũ autẽ nõ manufactũ. i. *nõ huius creationis*, hoc est, nõ cæterarũ creaturarũ more confectum quia in vtero virginis sine viri semine spiritus sancti opera effigiatum est. Quemadmodũ autem pontifici legali priusquam secundum tabernaculum intraret, per primum transire opus erat, ita Christus priusq̃ in cælum ascenderet, per tabernaculum sui corporis introiuit. Et rursus quẽadmodum pontifex non sine sanguine & præimmolata hostia introibat in sancta, ita Christus non per sanguinem hircorum aut vitulorum, quod legalis pontifex faciebat, sed per ꝓpriũ sanguinẽ immolata, scilicet in ara crucis sui corporis hostia, semel itroiuit in sancta sanctorum. i. in cælũ & æternã gloriã. Bene autẽ ait *semel*: quia sicut pontifex legis semel tãtũ in anno cũ sanguine introibat in sancta: ita Christus semel tantũ cũ sanguine introiuit in cælũ. Quod enim mortuus est, mortuus est semel. Introiuit autem *æterna redemptione inuenta*, quia per illum ingressum æternã nec opinantibus nobis redemptionẽ inuenit, & perfectam iustificationẽ ac peccatorũ emundationem peperit. quod re vera factum, probat à fortiori, dicens.

7. *Si enim sanguis hircorũ.* i. si sanguis & cinis irrationabilium animalium emundare carnem potuit, quanto magis sanguis Christi? qui quum pontifex esset, hostia quoque factus est, quando semetipsum per spiritum sanctum immaculatum deo patri obtulit in ara crucis, & emundauit non carnem tantum, sed conscientiam & mentẽ *ab operibus mortuis*. i. peccatis ad seruiẽdũ deo viuẽti. vt ab illis emũdati verè deo seruiam⁹, ꝓ eo verò qđ ĩterpres noster habet, ꝓ spiritum

tum sanctũ, Græci habent διὰ πνεύματος αἰωνίου, id est, per spiritũ æternum: q̃q̃ Græca scholia nullam æterni mentionem faciant, sed sancti: aiunt enim, οὐ διὰ πυρὸς, ἀλλὰ διὰ πνεύματος ἁγίου πεσοντὸς ἄμωμον τῷ θεῷ, id est, non per ignem sed per spiritum sanctum inculpatum ĩe deo obtulit, & emundauit conscientiã nostrã ab operibus mortuis. Alludit autem ad legem, in qua qui morticinium contigerit, immundus erat, & arcebatur à tẽplo, nisi prius purgatione facta: Sic qui morticinium peccati per consensum attrectat, immundus est, arcetúrque à vero templo cęlesti, sed ab illis nos immũditiis per suum sanguinẽ Christus emũdauit. Quoniã verò erãt q̃ existimarẽt Christo mortuo iã nõ posse ꝑ eũ pctã remitti, ostẽdit vel hoc magis remitti posse, dicens:

8. *Et ideo noui testamenti.* Emũdauit nos antea, dixit. nam quo facilius id faceret, quũ vetus testamentum præstare illud non posset, noui testamenti mediator factus est nobis, quod ipse nobiscum pactus est. s. de peccatorũ remissione: vt morte interueniẽte in redẽptionẽ earũ præuaricationũ quæ erant sub priori testamento, repromissionẽ accipiant æternæ hæreditatis qui ad eam fide vocati sunt (mors enim Christi necessaria erat ad æternæ hæreditatis & promissionis adeptionem) prius per crucem deletis præuaricationibus legis, quę in priori testamento erãt, & per legẽ condonari nõ poterãt. hoc autẽ dicit vt admoneat eos nequaquã deinceps in lege confidere. ꝙ autem morte Christi opus fuerit, probat humana similitudine, dicẽs.

9. *Vbi enim testamentum, &c.* i. testamentum nunquam ratum est nisi testatoris morte intercedente, quod quandiu viuit immutare potest, & prorsus abrogare: sic & testamentum vitæ & hæreditatis ęternæ, quod nobis testatus est Christus, validum esse nõ potuit, nisi per mortẽ ipsius. vnde bene dixit ꝙ noui testamẽti mediator fact⁹ est, vt morte intercedẽte promissam hęreditatẽ apprehenderemus:

& idcirco morte Christi & sanguine opus fuit, quemadmodum etiam ad veteris testamenti confirmationem: sicut subdit.

10. *Vnde nec primum quidem sine sanguine dedicatum est*, id est, confirmatum. Nam Exod. 24. legitur quòd Moses lecto volumine fœderis coram omni populo vbi testamentum, & fœdus dei continebatur, quum populus se respondisset omnia seruaturũ, sumptum sanguinem respersit ĩ populum dicens, hic est sanguis fœderis quod pepigit dominus vobiscum. Hæc tãtum ĩ Exo. recitantur, vnde quòd Paulus sanguinem cerorũ animalium nominat, hirci scilicet & vituli, atque illum aquæ commixtum, ni mirum quo liquidior fieret ad aspergẽdum: similiter ꝙ lanæ coccineæ, & hyssopi meminit, quibus confectum dicunt aspersorium, vero simile est Paulũ legis peritum aut id scriptum legisse, aut à maioribus accepisse, non tãtum autem testamentum vetus tunc à Moyse sanguine confirmatum est, sed nulla penè in lege mundatio, nulla remissio sine sanguine fiebat. Et necesse erat, inquit Paulus, *exemplaria cælestium*, id est, carnalia legis sacrificia quæ typus & exempla sunt cælestium & spiritualium nostrorum sacrificiorum his aspersionibus mũdari, quæ Christi sanguinis aspersionem præfigurarent, *ipsa autem cælestia*, id est, spiritualia Christianorum sacrificia, melioribus ac perfectioribus hostiis: quod quidem per Christum pontificẽ factum esse ꝓbat, dicẽs.

11. *Non enim in manufacta, &c.* quum sacrificia sacrificijs pontificẽ pontificibus legalibus cõparasset, nũc sancta cũ sanctis cõparat, dicens:

tum, mors necesse est intercedat testatoris. Testamentum enim, in mortuis confirmatum est: alioquin nõdum ualet, dum uiuit qui testatus est. 10 *Vnde nec primum quidem, sine sanguine dedicatum est. Lecto enim omni mandato legis à Moyse uniuerso populo, accipiens sanguinẽ uitulorum & hircorum cum aqua & lana coccinea & hyssopo, ipsum quoque librum & omnem populum aspersit, dicens: Hic sanguis testamenti quod mandauit ad uos deus. Etiam tabernaculum & omnia uasa ministerii, sanguine similiter aspersit. Et omnia penè in sanguine, secundum legem mundantur: & sine sanguinis effusione, nõ fit remissio. Necesse est ergo exemplaria quidem cælestium, his mundari: ipsa autem cælestia, melioribus hostiis quàm istis.* 11 *Non enim in manufacta sancta Iesus introi-*

Gal. 3.b.

Exo. 24.c.

F

quòd Iesus nequaquam in sancta hominum facta manibus, intrauit: quæ nec vera erant, sed verorum tantum exemplaria, sed in ipsum cælum per illa figuratum, vt illic habitans appareat vultui dei pro nobis, ac pro nobis interpellet, non vt semetipsum sæpius per sui corporis hostiam & mortem offerat, quemadmodum pontifex

G

uit, exemplaria uerorum: sed in ipsum cælum, ut appareat nunc uultui dei pro nobis. Neque ut sæpe offerat semetipsum, quemadmodum pontifex intrat in sancta per singulos annos in sanguine alieno. (Alioquin oportebat eum frequenter pati ab origine mundi.) Nunc autem semel in consummationem seculorum, ad destitutionem peccati, per hostiam suam apparuit. 12 *Et quemadmodum statutum est hominibus semel mori, post hoc autem iudiciũ: sic & Christus semel oblatus est ad multorum exhaurienda peccata. Secundo sine peccato apparebit omnibus expectantibus se, in salutem.*

Rom. 5.b. 1. Pe. 3.c.

legalis per singulos annos intrare ĩ sancta debebat, *idq; in sanguine alieno*, id est, cum immolatione taurorũ & hircorum. non sic autem Christus qui semetipsum obtulit in hostiam, idq; semel tantum quum sæpius nõ indigeret, *alioqui*, inquit Paulus, *oportebat eum frequenter pati ab origine mundi*. Si enim omnium delendis peccatis nequaquã sufficit vna mors, toties oportuit illum pati, quoties ab ipso mundi initio peccauerunt electi. Nũc autem semel (ita vt nunquã postea) *in consummatione seculorum*, id est, in fine temporum ac nouissima ætate, per hostiam suam, id est, immolationem sui apparuit *ad destitutionem peccati*, Græcè εἰς ἀθέτησιν, id est, ad profligationem & extinctionem peccati.

12. *Et quemadmodum*. Probat exẽplo nostri qui semel tãtum moriemur, ꝙ nequaq̃ vltra pro nobis sit moritur⁹ Christus: quia sicut statutũ est oĩbus hoĩbus semel mori *post hoc autẽ iudiciũ*. i. & quum oẽs mortui fuerint, tũc sequetur iudiciũ: sic & Christus ad multorũ exhauriẽda, ac ꝓrsus abolenda peccata, per mortẽ semel, adeò vt nũq̃ postea, oblat⁹, secũdo expectãtibus se in salutẽ. i. ad illorũ salutẽ apparebit *sine peccato*. i. sine vlla ꝓ peccatis hostia. Peccatũ enĩ ꝓ expiatrice peccatorũ hostia frequẽter sumitur: quomõ Christũ q nõ nouerat peccatũ ꝓ nobis pater peccatũ effecit. Apparebit ergo sine peccato in secũdo aduentu, quia non iam peccata expiatur⁹ veniet, sed vĩdicaturus, sic enĩ pluribus explicat Oecumenĩ⁹ Græcus.

1. *Vmbram*

1. *Vmbram enim habens, &c.* Lex, inquit, vmbra tantum erat, & non imago *futurorum bonorum*: futura autem bona sunt, vel Christi immolatio pro nobis, & peccatorum remissio, vel cælestis patriæ præmia: & secundum hoc duplex est sensus. Prior, quòd lex vmbram tantum habebat veri sacrificij, & remissionis peccatorum, & non ipsam verorum bonorũ imaginem, id est, veritatem. Sic enim Chrysostom. nec enim in lege vera peccatorum remissio erat, sed corporales quædam mundationes, illius vmbræ & figuræ, neque verum sacrificium, quod omnia semel exhaurit peccata, sed illius tantum vmbra, carnales quædam victimæ. Secundo modo sensus est, ad quẽ accedit Græg. Nazian., *futura bona* gaudia sũt cęlestis patriæ: *illorũ imago*, euangelica lex, & vita: q̃ illa nobis quàm proximè fieri in hac vita potest, repræsentat. Nouum ergo testamentum futurorum bonorum imaginem habet. Lex autem vmbram: quum ænigmatice tantum & obscure illa nobis præferret ad quæ per fidem euangelicam spe contingimus, imò illorum præguſtamenta quædam habent, qui gustauerunt q̃ bonus & suauis est dominus. Lex ergo vmbram tantum, & non imaginem futurorum bonorũ habens, nunquã potest accedentes ad se, & in se confidentes perfectos facere, eisdem ipsis hostijs & victimis, quas indesinenter offerunt sacerdotes per singulos annos. Neque enim huiusmodi hostię toties repetitę iustificare poterant: quod probans Paulus subdit:

2. *Alioquin cessassent offerri: ideo, &c.* Græci legũt ἐπεὶ ἂν ἄρα ἐπαύσαντο, &c. i. alioquin nónne cessassent offerri, ideo ꝙ (si legis hostiæ verè iustificarent) nullam haberent conscientiam peccati cultores. i. qui deũ hmõi sacrificiis colerent, semel ꝙ hmõi hostias purgati? quemadmodum enim Christi sacerdotium, quia omnium expiandis peccatis sufficiens fuit, iam non amplius immolatur: ita si sufficienter illæ hostiæ à peccato offerentium conscientiam emũdassent: quotánis offerri desiissent. Nõ ergo in ipsis, & ꝙ ipsas cõsci entię fit emẽdatio, sed peccatorũ tantũ cõmemoratio, & accusatio non remissio. Per legẽ enim inquit alibi Paulus, cognitio peccati, non item ablatio. Impossibile est enim sanguine taurorum & hircorum auferri peccata, & ideo huiusmodi sacrificia abrogata probat, dicens:

3. *Ideo ingrediens mũdum, &c.* .i. quum assumpta humanitate in mundum venit dei filius, per os Dauid patri inquit, hostiam & oblationem noluisti pater. i. neque carnales victimæ legis, neque exptes sanguinis oblationes tibi placuerunt: sicut Hiere. 6. dicitur, Holocaustomata vestra non sunt accepta, & victimæ vestræ non placuerunt mihi. quia ergo, inquit, noluisti huiusmodi hostias, *corpus aptasti mihi*, siue ipsam sacrificiorum veritatem, & non vmbram (Nam corpus solida veritas euangelij dicitur) siue magis corpus humanitatis meæ, quod tibi in sacrificium offerrem: holocaustomata, & pro peccato non tibi placuerunt. *Holocaustomata* differunt ab hostiis, quòd quę in holocaustomata offerebantur animalia, tota incendebãtur: hostiæ non itẽ, sed deo oblatæ sacerdotum cibus erant. Ostendit ergo nulla omnino veteris legis sacrificia ita deo placuisse, vt per ea peccatũ remitteretur. Sacrificia ergo, inquit Christus patri, quum scirem tibi non placere, tunc dixi, ecce venio, vt scilicet me tibi verum sacrificium

ARGVMENTVM Cap. 10.

¶ *Legem cum omnibus suis sacrificiis iustificandi impotem fuisse ostendit. Quapropter & nos Christi corporis sacrificio semel oblato iustificatos, nec sperandũ rursus illum pro nobis oblatum iri. Demum in afflictionibus quas sustinerent, fidem & patientiam retinere illos adhortatur.*

CAP. X.

A Lex. 16. 1 *Mbram enim habẽs lex futurorum bonorum, nõ ipsam imaginẽ rerum: per singulos ănos eisdẽ ipsis hostiis quas offerũt indesinẽter, nũq̃ potest accedẽtes perfectos facere: 2 alioqin*

B Psal. 39. b. *cessassent offerri: ideo quòd nullam haberent ultra conscientiam peccati, cultores semel mundati. sed in ipsis cõmemoratio peccatorum per singulos annos fit. impossibile enim est sanguine taurorũ & hircorum* 3 *auferri peccata. Ideo ingrediens mundum dicit, Hostiam & oblationem noluisti: corpus autem aptasti mihi. Holocaustomata & pro peccato non tibi placuerunt. Tunc dixi, Ecce uenio. in capite libri scriptũ est de me: ut faciam deus uoluntatẽ tuam. Superius dicens, Quia hostias & oblationes, & holocaustomata, & pro peccato noluisti, nec placita sunt tibi quæ secundum legem offeruntur, tunc dixi, Ecce uenio ut faciam deus uoluntatem tuam. aufert primum, ut sequens statuat. In qua uoluntate sanctificati sumus per oblationẽ corporis Iesu Christi semel.*

cium offeram, hoc est enim quod inquit, vt faciam deus voluntatē tuam: sicut ipse ait Ioan. 4. Meus cibus est, vt faciam volūtatem patris mei, & perficiam opus eius, opus scilicet redemptionis. Venio ergo, inquit, vt faciam volūtatem tuam. *In capite libri scriptum est de me*, & hoc per parenthesim legendum Græci docent .i. nam in capite libri scriptū est de me, siue vt Hebræi habēt, in volumine libri: in capite autē, .i. in summa libri, scilicet in lege ipsa, quia omnia veteris legis sacrificia de me scripta sunt. i. in figuram veri sacrificij, quod eram in cruce oblaturus. Quum autē hoc testimonium Christi de sacrificiis legis Paulus attulisset, subdidit dicēs, *Aufert primum, vt secundum statuat*, id est, priores legis immolationes abrogauit, vt secundum sui corporis sacrificium statuat ac stabiliat, quod est intelligendum per voluntatē patris, cui per filij mortem redimere nos visum est, sicut ipse declarans subdit, in qua voluntate sanctificati sumus per oblationem corporis Iesu Christi *semel*. semel autem, quia amplius non est immolandus, nec moriturus.

4 *Et omnis quidem sacerdos præsto* C
est quotidie ministrans, & easdem
sæpe offerens hostias, quæ non pos-
sunt auferre peccata: hic autem unā
pro peccatis offerens hostiā, in sem-
piternum sedet in dextera dei, de Psal.
cætero expectans, donec ponantur 109.ª
inimici eius scabellum pedum eius. 1.Co.
Vna enim oblatione, consummauit 15.d.
in sempiternum sanctificatos. Con- Hier.
testatur autem nos & spiritus san- 31.f.
ctus. Postquam enim dixit, Hoc au- Supr.
tem testamentum, quod testabor ad 8.c.
illos post dies illos, dicit dominus,
Dabo leges meas in cordibus eorū,
& in mentibus eorum superscribā
eas: & peccatorum, & iniquitatū
eorum iam non recordabor ampli-

4. *Et omnis quidem sacerdos, &c.* Differentiam facit sacerdotis legalis & Christi, quòd sacerdos legalis quotidie præsto est, Græcè ἑστηκεν. i. stat, ministrans siue sacrificans, & easdem hostias sæpe offerens, id est, taurum aut hircum: quæ quidem hostiæ auferre peccata non possunt. hic autem scilicet Christus, vnam non sæpius, sed semel in sempiternum pro peccatis nostris offerens sui corporis hostiam, sedet in dextera dei: & hinc sacerdote legali superior, quòd ille tantum stat, per hoc ministrantis habitum præ se ferens: Christus autem quod regnantis est, sedet de cætero expectans, *donec ponantur inimici eius scabellum pedum eius*. i. tempus iudicij expectans, in quo

quo postquam plenitudo gētium intrauerit, & omnis Israel saluus fuerit, completo electorum numero, omnes inimici eius & dæmones, & increduli subiicientur illi, quando iam in seducendis, si fieri potest, electis illi repugnare cessabunt, ac vel inuiti dominum gloriæ agnoscēt: qui quidē *vna oblatione cōsummauit in sempiternum sanctificatos*. i. baptizatos in suo sanguine, sui corporis oblatione in sempiternum consummauit, & perfecit, vt nūquam in æternum, si velint, illis peccata imputentur. Quod per Hieremiæ verba probat, dicens: Contestatur autem nobis spiritus sanctus, id est, testimonium nobis præbet, quòd non imputanda sint sanctificatis peccata, qui quum dixisset per Hieremiam, Hoc autem testamentum quod testabor ad illos post dies illos, dicit

D *us. Vbi autem horum remissio, iam*
non est oblatio pro peccato. 5 *Habē*
tes itaque fratres fiduciam in intro
itu sanctorum in sanguine Christi:
quam initiauit nobis uiam nouam
& uiuentem per uelamen, id est,
carnem suam, & sacerdotem ma-
gnum super domum dei, accedamus
cum uero corde in plenitudine fidei
asperſi corda à conſciētia mala, &
E *abluti corpus aqua mūda, teneamº*
spei nostræ confessionem indeclina-

dominus, Dabo leges meas in cordibus eorum, & in mentibus eorum superscribam eas, & peccatorum, &c. Est in his verbis Pauli eclipsis. Nam post hæc verba, superscribam eas, supplent Græci προσθηκη. i. quum dixisset, hoc autem & cætera, addidit, & peccatorum. scilicet postquam hęc dixit spiritus sanctus, addidit, & iniquitatum eorum non recordabor amplius, ostendens per hæc nouissima verba iam oblitis & obliteratis in nouo testamento per Christi hostiam peccatis, non opus esse alio sacrificio: vnde subdit, vbi autem horum, id est, peccatorum facta est remissio, iam nō est oblatio pro peccato necessaria.

5. *Habentes itaque, &c.* Ostensa Christi sacrificij efficacia, per quem remissa nobis sunt peccata, hortatur nos ad sperandum in illo, dicens, habentes. Est autem hic locus paululum hyperbaticus, quem nos quo dilucidior esset ita vertimus, Itaq; fratres quū liber nobis in sancta sanctorū aditus per Christi sanguinē pateat, quo nobis ille viam fecit, & innouauit, nouam ac viuentem & virentem, eo per carnis suæ velamen ingressus, quumque sacerdotem magnum Iesum domui dei præfectum habeamus, nihil hæsitantes, sed certissimè nos exauditum iri persuasi, vero ac non ficto corde ad eum accedamus,

cedamus,ab iniqua conscientia puram aspersamque mentem habentes:& aqua munda corpus abluti,constantem spei nostræ professionem,ac non nutantem retineamus. Fidelis enim deus est,qui adiutorem se fore promisit. Auget autem Hebræis spem Paulus iis verbis,quòd non quemadmodum olim soli pontifici in sancta sanctorum patebat aditus,ita& nunc:sed in vera sancta.i.cœlum ipsum via pateat omnibus,quò pontem strauit verus pontifex Christus,ac nouam viam dedicauit domui dei præfectus,vbi per domũ dei vel fideles ipsos in quibus habitat deus, vel etiam regnum cœlorum intelligere potes. Et sicut per velamen in sancta ingrediendum erat, sic Christus *per velamen* in cælũ intrauit,hoc est, per carnem suam quæ diuinitatem ipsius nobis velabat & occultabat, quò nos ingressuri sumus,mẽte purificati, & aqua baptismatis abluti,modò in spe percepta perseueremus, neq; vacillemus: fidelis enim adiutor deus,modò constãter propositam spem retineamus. quo autem id pacto fiat,admonet,dicens:

bilem.fidelis enim est qui repromisit. 6 *& consideremus inuicem in prouocationem charitatis & bonorum operum: non deserentes collectionem nostram,sicut cõsuetudinis est quibusdam,sed consolantes: & tanto magis quanto uideritis appropinquantem diem.* 7 *Voluntariè enĩ peccantibus nobis post acceptam notitiam ueritatis:iam non relinqui-* Supr. 6.c.

6. *Et consideremus inuicem.*i.vt græca scholia dicũt, agnoscamus nos inuicẽ,& cõsideremus q̃ vni⁹ pastoris grex vnus sumus,vel *consideremus inuicem*,alter alterius perfectiones,in prouocationem charitatis & bonorum operum,græcè, πρὸς παροξυσμὸν.i.ad incitationẽ, hoc est,vt incitemur ad mutuam charitatem,ac vicissim bona opera imitanda ac facienda. *Non deserentes collectionem nostram*. græcè, ἐπισυναγωγὴν.i.aggregationem,tum corporum tum animorum, & vt Photius interpretatur,mutuam consensionem. Admonet autẽ ne sint singulares & per sectas diuisi,sed sæpius in domino conueniant ad mutuam charitatem retinendam,& non discedant ab ecclesiæ communione:sicut,inquit, est cõsuetudinis quibusdam nolle cum communi ecclesia sentire,sed ab ea semet segregare,& discedere. Consolantes inuicem,quãto magis videritis appropinquare diem, vel diem iudicij,vel extremum cuiusque diem.

7. *Voluntariè enim.* Quia dixerat sufficientem esse Christi hostiã hominum expiandis peccatis,ne inde fiduciam peccandi sumerent,

sperantes rursum pro suis peccatis oblatum iri Christum, aut rursus per baptismum,quod ex sacrificio Christi vim habet,sese ad nouam vitam immutandos:hanc opinionem tollit,dicens:voluntariè enim,&c. & referendum est ad id quod præcesserit, teneamus spei nostræ confessionem indeclinabilem,& inuicem charitatem custo

tur pro peccatis hostia,terribilis autem quædam expectatio iudicij & Deut. 17.b. *ignis æmulatio. quæ consumptura* Matt. 18.b. *est aduersarios.* Irritam quis faciẽs Ioan. 8.c. *legem Moysi, sine ulla miseratione,* 2.Co. 13.a. *duobus uel tribus testibus moritur.* F Deut. 32.e. *quanto magis putatis deteriora me* Rom. 12.d. *reri supplicia, qui filium dei conculcauerit,& sanguinem testamẽti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est,& spiritui gratiæ contumeliam fecerit?* Scimus enim qui dixit,Mihi

diamus & consolemur, *voluntariè enim peccantibus nobis*.i. post agnitam Christi veritatem si voluntariè peccamus.i.de industria,peccatorum pœnitere nolimus: vel vt explicat Oecumenius, si vsque ad finem in peccatis permanemus,& immorimur,vel si ex certa malitia agnitam veritatẽ impugnamus:nam hos postea vocat aduersarios. hoc autem videtur esse peccatum ad mortem,de quo Ioannes, *iam nõ relinquitur pro peccatis hostia*, .i.iam non est sperandum pro illorum ablutione rursus crucifixum & oblatum iri in crucem Christum,vel non relinquitur hostia, id est,mors Christi per baptismum applicanda. Sic enim Chrysost. & sancti omnes doctores explicant,& hoc satis coarguit, quod toties antè prædixit semel oblatum Christum, ne rursus oblatum iri speremus. non ergo relinquitur hostia, sed terribilis quædam expectatio, &c. Si enim legis transgressor sine miseratione moritur,quanto grauiora meretur supplicia, *qui filium dei conculcauerit*, id est,despectui habuerit,mandata illius negligendo? Et *sanguinẽ testamenti pollutum duxerit*, id est, immundum existimarit ac pro re vili habuerit, quo tamen redemptus est: pro pollutum græcè est κοινὸν, quod aliàs Hebræis immundum significat: Græca tamen scholia interpretantur κοινὸν,id est,communem.i. qui Christi sanguinem in quo testamentum vitæ æternæ habuimus, communem duxerit,nihilque ab aliorum animalium vel hominũ sanguine differre putarit,& quod Paulus ait,non diiudicans corpus domini. Et *spiritui gratiæ contumeliam fecerit*.i.spiritui sancto,dum acceptã gratiã reiicit. Deinde q̃ animaduersurus sit in huiusmodi, pbat testimonio scripturarũ,dicẽs:ex Deuter.& Psal.Mihi vindictam,&c.

8. *Remo-*

8. *Rememoramini autem.* Quum nonnihil præcedentibus eos verbis terruiſſet ignis & vindictæ dei, & horribilis iudicij mẽtione facta, nunc conſolatur, dicens: Rememoramini priſtinos dies veſtræ conuerſionis ad fidem, in quibus illuminati fide. ſ. in baptiſmo, magnũ certamen ſuſtinuiſtis paſsionum. Opponit eis iam olim ab initio fidei propter Chriſtum toleratas afflictiones, vt ne animo deficiant, quaſi diceret: Si adhuc neophyti tãtũ pertuliſtis, indignum eſt vt iam veterani ſuccumbatis, qui tã dura ſuſtinuiſtis. *In altero quidem* .i. partim quòd opprobriis & tribulationibus *ſpectaculum facti* .i. traducti mundo, & per opprobria ac diuerſas afflictiones ſpectaculo & deriſui habiti omnibus eſtis. *In altero autem*, id eſt, partim etiam ſocij taliter conuerſantium effecti. Græcè τῶν ἀναστρεφομένων, id eſt, eorum qui in ſimilibus opprobriis & afflictionibus verſantur ſocij facti vel cõpatiendo, vel veſtra illis elargiendo, prout κοινωνοὶ ſignificare poteſt vel ſocios, vel eos qui libenter ſua aliis impartiũtur. Nam κοινωνεῖν impartiri ſignificat. Effecti ergo, inquit, ſocij eſtis aliorum qui ſimiliter affligebantur, vel ſimul cum illis patiendo & ipſis condoleſcendo, vel ſocij κοινωνοὶ, id eſt, communicatores veſtra illis elargiendo.

uindictam: & ego retribuam. Et iterum, Iudicabit dominus populũ ſuum. Horrendũ eſt incidere in manus dei uiuentis. 8 *Rememoramini autem priſtinos dies: in quibus illuminati, magnum certamen ſuſtinuiſtis paſsionum, & in altero quidem opprobriis & tribulationibus ſpectaculum facti: in altero autem ſocij taliter conuerſantium effecti.* 9 *Nam & uinctis compaſsi eſtis, & rapinam bonorum ueſtrorum cum gaudio ſuſcepiſtis, cognoſcentes uos habere meliorem & manentem*

9. *Nam & vinctis compaſsi eſtis.* Græca ſecus habent, nimirum καὶ γὰρ τοῖς δεσμοῖς μου συνεπαθήσατε. i. nam & vinculis meis compaſsi eſtis, ex quo loco probè coniicit Valla huius epiſtolæ authorẽ eſſe Paulum, quis enim alius in Italia vinctus, miniſtro Timotheo præter Paulum vti potuit? Noſter interpres non legit μου. i. meis, & pro δεσμοῖς legit δεσμίοις. i. vinctis: quinetiam græca ſcholia ſic explicant, quanquam legunt τοῖς δεσμοῖς μου, cui addunt in explicationem, ὃ μόνον φησὶν, ὑμεῖς οὐκ ἐλείφθητε παρακλήσεως, ἀλλὰ καὶ ἄλλοις δεδεσμωμένοις χεῖρας ὠρέξατε, id eſt, non ſolum, inquit, conſolatione opus non habuiſtis, ſed & aliis vinctis manus porrexiſtis. Amplius autem illos collaudat ſubdens: Et rapinam bonorum veſtrorum cum gaudio ſuſcepiſtis. Proſcribebantur enim fidelium Iudeorum bona ab infidelibus, quam bonorum iacturam non modò, inquit, non ægrè tuliſtis, ſed cum gaudio ſuſcepiſtis. Cognoſcentes vos habere *meliorem & manentem ſubſtantiam*, id eſt, nunquam interituras gloriæ cæleſtis diuitias, præ quibus terrena omnia bona neglexiſtis.

ſubſtantiam. 10 *Nolite itaque amittere confidentiam ueſtram, quæ magnam habet remunerationem. Patientia enim uobis neceſſaria eſt: ut uoluntatem dei facientes, reportetis promiſsionem. Adhuc enim modicum aliquantulúmque, qui uenturus eſt, ueniet, & non tardabit. Iuſtus autem meus ex fide uiuit. q̃ ſi ſubtraxerit ſe, non placebit animæ meæ. Nos autem nõ ſumus ſubtractionis filij in perditionẽ: ſed fidei in acquiſitionem animæ.*

Abac. 2.a. Rom. 1.b. Gala. 3.b.

10. *Nolite itaque.* hortatur eos his verbis ne à ſpe excidant, ſed quicquid aduerſi acciderit, omnem in deum confidentiam ponant, & patienter ferant: id enim deo placere, nec ſine remuneratione eſſe: venturum enim iudicem qui afflictionũ illis præmia reddat, probat ex Abacuc dicẽte, *Adhuc enim*, &c. verba ſunt Abacuc 2. cap. quæ ad literam de primo Chriſti aduentu in hunc locum Hieronymus exponit. Paulus autem ad ſecundum aduentũ tranſtulit, quaſi diceret, Nolite deficere in afflictionibus, neq; deſperare. Adhuc enim modicum tempus ſupereſt, & tunc qui venturus eſt in iudicium Chriſtus bona præmiaturus & mala puniturus, veniet, & non tardabit: iuſtus autem ex fide viuit, vel ſua quam habet in deum, vt Hebræi legũt: vel vt 70. ex fide mea. i. illi à me infuſa viuit, quaſi diceret, quandiu credit iuſtus & ſperat in deum, vita viuit ſpirituali. Et vos itaque credite in deum & Chriſtum, remuneratoremque eum ſperate & viuetis, nec deficietis in tentationibus. Vt autem vehementius illos ad ſperandum inuitet, ſubdit ad teſtimonium Abacuc, *quòd ſi ſubtraxerit ſe, non placebit animæ meæ*, id eſt, ſi ſe ab hac ſpe & expectatione Chriſti præmiatoris ſubtraxerit, non placebit animæ meæ, id eſt, mihi. Nos autem, inquit, non ſumus ſubtractionis filij in perditionem, ſed fidei in acquiſitionem animæ. Græci hoc loco non habent filij. Pro vocabulo ſubtractionis autem quo ſeptuaginta vſi ſunt ὑποστολῆς, Hebræi incredulitatem habent, vnde & hic ſenſus eſt, non ſumus ſubtractionis ſiue infidelitatis in perditionem .i. quæ ad perditionem ducit, hoc eſt,

infideles non sumus, sed fidei. i. fideles, *in acquisitionẽ animæ*, hoc est, vel vt animas Christo acquiramus, vel vt anima nostra deo acquiratur.

1. *Est autem fides.* Fidem hoc loco describit ac definit non definitione propria. Est autem, inquit, fides sperandarum rerum substantia, argumentum non apparentium. Græci habent, Ἔστι δὲ ἐλπιζομένων ὑπόστασις πραγμάτων, ἔλεγχος οὐ βλεπομένων. vbi τὸ ἐλπιζομένων. i. speratorum, siue vt noster interpres vertit, sperandarũ rerum, Augustinus. 14. cap. in Ioannem vertit sperantiũ, nec malè: nam participium medium est, dicens: Fides est sperantium substantia, ad hunc sensum, quòd sicut anima in esse naturę est substãtia hominum, ita in esse gratiæ fides est substantia sperantium hominum: nisi enim crederent se assequi posse quod sperant, à spe excciderent. Est autem *rerum sperandarum* vel speratarum substantia fides, quòd eas quodammodo acsi in rerũ natura essent, eásque iam possideremus subsistere facit: quódque tam certi illarũ sumus, quàm si iam teneremus. *Argumentum* quoque siue ἔλεγχος, .i. ostensio & demonstratio est rerum non apparentium: quia eas tam certo mentis oculo repræsentat, quàm si oculo corporali perspicerentur. Quod autem sequitur, *In hac enim testimonium consecuti sunt senes*, vel τὸ γὰρ pro δὲ. i. enim, pro autem ponitur, vel ad finem præcedentis capitis refertur, vbi dicitur, Ꝑ fidei sumus in acquisitionem animæ, vt scilicet per eam animæ salutem acquiramus. In hac enim, id est, per hanc, senes, id est, antiqui patres ac patriarchæ testimonium consecuti sunt, Græcè, ἐμαρτυρήθησαν, id est, approbati sunt à deo, vel vt græca scholia explicant, testimonium consecuti sunt se deo placuisse.

2. *Fide, intelligimus.* Fide, inquit, intelligimus *secula*. i. omnia quæ in mundo sunt, & creata omnia, verbo dei *aptata esse*, Græcè κατηρτίσθαι. i. coagmentata omnibúsq; numeris pfecta & absoluta esse, & sic condita, *vt ex inuisibilibus visibilia fierent*. Inuisibilia autẽ quidam præiacentem inuisibilem, informemque rerum omnium materiam intelligunt: quam primum creauerit deus, atque in illa simul omnia, vt Ecclesiast. 18. dicitur, Qui viuit in æternum creauit omnia simul. Ex hac autem informi inuisibilique materia visibiles postmodum res eduxit. Alij inuisibilium nomine ideam rerum omnium quæ in deo est, intelligũt, ex qua creaturæ omnes fluxerunt: quanquam reuera nihil aliud in deo est idea nisi deus ipse inuisibilis, ex quo, per quem, & in quo omnia. Quomodo autem mundi huius ornatus tam potenter conditus, támque sapienter gubernatus sit, ratio non capit humana, & ideo verè inquit Paulus, quòd fide intelligimus aptata, perfecta, & condita esse secula verbo dei, qua quum prisci philosophi caruerint, & humana ratione rerum creatarum principium aliunde quàm ex deo quæsierint, existimantes se sapientes esse, stulti facti sunt, & obscuratum est cor eorum.

3. *Fide, plurimam, &c.* Recensiturus catalogum eorum qui fide insignes fuerunt, rectè ab Abel incipit, quòd is primus afflictatus est à fratre: vt & ipsos à fratribus & contribulibus afflictatos consoletur. Fide, inquit, *Abel plurimam*, Græcè πλείονα, id est, copiosiorem siue honoratiorem hostiam & oblationem obtulit quàm Cain, per quam testimonium consecutus est esse iustus. *quam* autem hoc loco referre potest & fidem & hostiam, sed præstat vt ad hostiam, per quam testimonium iustitiæ à deo accepit, dum, vt fertur, ignis è cælo descendens eius hostiam vorauit, de qua dicitur Genes. 4. Respexit dominus ad Abel & ad munera eius, ad Cain autem & munera ipsius non respexit. Quòd autem testimonium iustitiæ cõsecutus sit, patet ex verbo Christi ad Iudæos Matt. vicesimo tertio, Vt veniat super vos omnis sanguis iustus, qui effusus est super terram à sanguine Abel iusti vsque ad sanguinem Zachariæ: hostiam autem fide Abel obtulit, credẽs remuneratorem deum fore, & per illam fidem, *defunctus adhuc*, vel *etiam defunctus* (vtrunque enim significat τὸ ἔτι) *loquitur*, vt Gene. 4. dictum est ad Cain, Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra, si ad hoc tempus referas, sensus est, quòd fama adhuc in hominum opinione viuit.

ARGVMENTVM Cap. II.

¶ *Fidei vim energiamq; ex antiquorũ patrum exemplo, qui fide insignes fuerint, aperit.*

CAPVT XI.

1 *Est autem fides, sperandarum substãtia rerum, argumentum non apparentium. In hac enim testimonium consecuti sunt senes.* 2 *Fide, intelligimus aptata esse secula uerbo dei:* A Gen. 1. a

ut ex inuisibilibus uisibilia fierent. 3 *Fide, plurimã hostiam Abel quàm Cain, obtulit deo: per quam testimonium consecutus est esse iustus, testimoniũ perhibente muneribus eius deo, & per illã defunctus adhuc lo* Gen. 4. a. Matt. 23. d.

4. *Fide, Enoch.* De Enoch dicitur Gene.5. quòd ambulauit Enoch cum deo: & post paululum, Ambulauítque cum deo, & non apparuit, quia tulit eum deus. hoc est quod inquit Paulus, *& translatus est ne videret mortem.* i. ne gustaret aut sentiret mortem: quia enim visus, est omnium sensuum nobilissimus, videre pro sentire sumitur: ne gustaret ergo mortem. i. ne moreretur: & nõ inuenie batur, quia transtulit illum deus. Quòd aũt fide trãslatus sit, probat, quia testimoniũ habet & placuerit deo, vt Eccle. 44. dicitur, Enoch placuit deo, & translatus est in paradisum. Sine fide aũt impossibile est placere deo: ergo fide placuit, atq; ita fide translatus est. Minorem aũt probat, dicens, Credere enim oportet accedentẽ ad deũ, quia est, & inquirentib⁹ se remunerator sit, sicut ipse dixit ad Abraham, Gene.15. Noli timere, ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis.

gtur. 4 *Fide, Enoch trãslatus est ne uideret mortẽ, & nõ inueniebatur: quia transtulit illũ deus. ante trãslationẽ enim, testimonium habuit plácuisse deo: sine fide autẽ, impossibile est placere deo. Credere enim oportet accedentẽ ad deũ quia est, & inquirentibus se remunerator sit.* 5 *Fide, Noe responso accepto de iis quæ adhuc nõ uidebãtur: metuens, aptauit arcã in salutẽ dom⁹ suæ, per quã dãnauit mundum, & iustitiæ quæ per fidẽ est, hæres est institutus.* 6 *Fide, qui uocatur Abrahã, obediuit, in locũ exire quẽ accepturus erat in*

Gen. 5.c. Eccl. 44.b. B Gen. 6.c. Eccl. 44.c. Gen. 12.a.

5. *Fide, Noe.* Fidem quoque Noe commendat, qui diluuij futuri de quo ne suspicari quidem poterat, accepto oraculo arcam aptauit, vbi se aduersus imbres cum tota familia saluum faceret, *per quam,* inquit, *damnauit mundum,* scilicet vel per fidem comparatiuè, dum cæteris permanentibus incredulis & pereuntibus solus ipse credidit & euasit, vel per quam arcam, quia dum virum probum deíque metuentem, arcam aduersus diluuium fabricare viderunt, neq; fic quidẽ crediderũt. per hanc arcam ergo damnauit mundũ: quia nisi ille arcã fabricasset, non essent illi auditi ac non crediti diluuij rei. De Noe aũt subdit, & iustitiæ & quæ per fidẽ est, hæres institutus est. Quòd aũt iustitiæ hæres sit institutus, docet scriptura Genes. 6. dicens, Noe vir iustus atq; perfectus ambulauit cum deo.

6. *Fide, qui vocatur Abraham.* Multiplicem Abrahæ fidem commendat, quem illis proponit vt fidẽ illius imitentur, quo secundũ carnẽ patre tantopere gloriabantur. primum itaq; fidẽ proponit, de qua

Gene.

Gene.12. qua deo præcipiẽte relictis Charris vbi habitabat, in igno tam sibi terram fide profectus est. *Fide quoq; moratus est in terra promissionis,* quam illi Gen.15. & 17. promittit deus: quæ etsi sua esset, donante deo, habitauit tamen, *tanquam in aliena,* vtpote quam dato precio comparauit, & in qua cum Isaac & Iacob eiusdem terræ promissæ cohæredibus habitauit *in casulis* tantũ & tẽtoriis more viatorum & peregrinorũ, qui in alieno solo non ædificant. Quanquam enim in ea terra velut peregrini habitarent, non dubitabant tamen suam esse, quam promisit deus: sed velut peregrini in ea habitabant, aliam se in cælo patriam inquirere significantes. Id enim est qđ ait: *Expectabat enim fundamẽta habẽtem ciuitatem,* hoc est, firmissimam, cuius artifex & conditor deus, scilicet cælestem patriam: hoc autẽ addidit Paulus, vt Iudæos à carnalibus promissionibus abstraheret exemplo Abrahæ, qui terrenæ possessionis

hæreditatem: & exiit, nescíens quò iret. Fide, demoratus est in terra C *repromissionis tanquam in aliena, in casulis habitando, cum Isaac & Iacob cohæredibus repromissionis eiusdem. Expectabat enim fundamenta habentem ciuitatẽ: cuius artifex & cõditor, deus.* 7 *Fide, et ipsa Sarra sterilis uirtutẽ in conceptione seminis accepit, etiam præter tẽpus ætatis: quoniam fidelem credidit esse eum qui repromiserat. Propter quod, & ab uno orti sunt (& hoc emortuo) tanquam sydera cæli in multitudinem, & sicut arena quæ est ad oram maris innumerabilis.*

Gen. 18.a. Gen. 17.c.

spem ad cælestia transtulit. Bene autem dixit Paulus, *qui vocatur Abraham*: quia ante fidem Abram tantum vocabatur, postmodum autem Abraham, quod multarum gentium pater interpretatur.

7. *Fide & ipsa Sarra.* quanquam Gene.18. nonnihil incredula ab initio Sarra videretur, quæ promittente deo filium, risit: tamen postea timore perterrita credidit quòd fidelis esset deus, & potens quæ promiserit præstare: vnde *& virtutem in conceptione seminis accepit.* Græcè, Δύναμιν εἰς καταβολὴν σπέρματος ἔλαβε, id est, in ipsam seminis constitutionem vim accepit. Quum enim retinendi & attrahendi seminis, adeóque generandi, quòd ei muliebria defecissent, impos esset, sed tamen potens effecta est: vnde etiam præter ætatẽ nonagenaria peperit. Propter quod, inquit, *ab vno,* scilicet Abrahæ semine, *& hoc emortuo,* id est, inutili ad generationem siue ex se,

 siue

siue ob sterilitatem & senium Sarræ, *orti sunt*, subaudi filij: tanquam sydera cęli & arena maris innumerabilis, id est, valde multi. Hyperbolica est locutio: quum tamen Isaac tantum ex Sarra sustulerit, rectè dicitur propter sequentium nepotum multitudinẽ in plurali, & ab eo orti sunt filij, nõ enim hic agitur de Cethurę & Abrahæ filijs, & ij non sint promissionis filij: sed de filio Isaac & ortis ab illo nepotibus.

8 *Iuxta fidem defuncti sunt omnes isti, non acceptis repromissionibus: sed à longè eas aspicientes & salutantes, & confitentes quia peregrini & hospites sunt super terram. Qui enim hæc dicunt, significant se* D *patriam inquirere. Et si quidem ipsius meminissent de qua exierũt: habebant utique tempus reuertendi. nunc autem meliorem appetunt, id est, cæleſtem. ideo non confunditur deus uocari de⁹ eorũ. parauit enim*

8. *Iuxta fidem.* Ostendit patres nõdum factas sibi promissiones plenè assecutos esse, vt eos in expectãdo longanimes esse hortetur, dicẽs, Isti omnes nimirũ Abrahã, Isaac, & Iacob, ad quos facta est de terra Chanaan promissio iuxta fidem. i. per fidem & cum fide defuncti sunt, *nõ acceptis repromissionibus*, quia promissionẽ hæreditatis æternæ nondũ plenè acceperunt in corpore & anima beati, *Sed à longe eas aspicientes*, quia à longe in Christo futuram viderunt resurrectionẽ: vnde de Abraham inquit, Sciens quia & à mortuis susciture potens est deus, *& salutantes eas à longe*, id est, de ea longè præuisa gaudentes, quomodo nautæ longè portum inspicientes, etiã si nondum peruenerint cum gaudio salutãt. Græci huc addunt ἀσπασάμενοι, i. persuasi se tandẽ eas promissiones assecuturos, *& confitentes quia peregrini sunt & hospites super terram*, nequaquam in carnali terra promissa fixam spem ponentes, in quo aliam se patriam in qua perpetuò habitent, quærere significant. Confitentur autẽ se peregrinos esse sicut Abrahã Gen. 23. Aduena sum & peregrinus apud vos, date mihi ius sepulchri. Quòd autem ex ipsis promissionibus nõ intenderent in carnalem terram promissionis, ostendit dicens: *Et si quidem ipsius meminissent de qua exierunt*. i. si Abraham, dum se peregrinum in terra Chanaan cõfitetur, à Mesopotamia, vnde exierat, peregrinũ intelligeret se esse, & in eo posteri, tempus haberet & opportunitatẽ reuertẽdi in illam, nunc autẽ dum sese peregrinos in Chanaan agnoscunt, nec ad terrã natiuitatis reuertuntur, ostendunt peregrini vocabulo meliorem se patriam inquirere. Ideo *non confunditur*. i. erubescit deus, illorũ deus

rum deus vocari, quum toties dicat, Ego sum deus Abraham, deus Isaac, deus Iacob. Parauit enim, inquit, illis ciuitatẽ Hierusalem, scilicet cæleſtem, sicut ipse ait in euangelio, Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum ab origine mundi.

9. *Fide obtulit Abraham Isaac.* pergit ostendere insignem Abrahæ fidem, qui accepta promissione de multiplicãdo eius semine, non dubitauit immolare filium, confidens promissis dei, & credens quia etiã immolatum à mortuis suscitare potest deus: vnde inquit Paulus, *& in parabolã illum accepit*. i. Abrahæ datus est Isaac filius in similitudinem: vterq; enim præter rei gestæ historiã, aliquid præfigurauit: quia sicut Abrahã filiũ immolare voluit, ita Abrahã. i. gentiũ omniũ verus pater per fidem deus nostra causa filiũ vnigenitũ Iesum ĩmolauit: & sicut Isaac quãtũ in se fuit (erat enim parato animo) immolatus est, ita & pro nobis Christus: sed in hoc veritas figuram superauit, & re vera immolatus est Christus nõ Isaac.

Gen. 22.a. Eccli. 44.d Gen. 21.b. Rom. 9.b. *illis ciuitatem.* 9 *Fide, obtulit Abraham Isaac: cùm tentaretur. & unigenitum offerebat in quo susceperat repromissiones. Ad quem dictũ est: In Isaac nocabitur tibi semen: arbitrans quia & à mortuis suscitare potens est deus. Vnde eum & in parabolam accepit.* 10 *Fide, & de futuris benedixit Isaac, Iacob, &* E-

Gen. 27.d, & f. Gen. 48.c. Gen. 50.d. *sau. Fide, Iacob moriens, singulos filiorum Ioseph benedixit: & adorauit fastigium uirgæ eius. Fide, Ioseph moriens de profectione filiorum Israel memoratus est: & de ossibus suis mandauit.*

10. *Fide, & de futuris.* Fidem Isaac ostendit, qui Iacob, & Esau filiis futurorum bonorum largitus est benedictionẽ. Deinde de Iacob fide subdit, dicens: quòd Ephraim & Manasse filiis Ioseph, benedixit fide, credens scilicet indubiè euentura, quæ illis pollicebatur bona, *& adorauit*, inquit, *fastigium virgæ eius*, vbi Græci addunt τῆ ῥάβδῳ. i. ad fastigium, & ita quidam locũ ex Hebræo Græci verterunt. Hieronymus autem ex Hebręo vertit, Adorauit Israel dominum ad lectuli caput conuersus. Hebræa autem vox anceps est, Græcorum autem sensus est, quòd adorauit Iacob dominum ad summitatem virgæ eius, id est, virgæ Ioseph, quia imbecillis & senior, innixus. Photius tamen Græcus interpretatur quòd adoraverit Iacob *fastigium virgæ Ioseph*, id est, regnũ ipsius in filiis, vt in ipsa scilicet tribu Ephraim & Manasse, quæ decẽ tribub⁹ subiectis & seruiẽtib⁹, regnauit. Regnaturos ergo posteros Ioseph prœuidẽs Iacob, ĩ signũ futuri

illius regni fastigium virgæ Ioseph adorauit: vel vt alij dicũt ipsum Ioseph adorauit, quem secundum Pharaonẽ totius Aegypti dominum sciebat, quomodo & Hester legitur adorasse virgam Assueri. Ipsius quoque fidem Ioseph memorat, ꝙ scilicet moriens fide prænunciauit Hebrẽos in suam terrã reuersuros, in qua fiducia adiurauit fratres vt sua ossa in terram Chanaan asportarent.

11. *Fide Moyses natus, occultatus.* Moysi fidem explicaturus à parentum eius fide incipit, qui nihil veriti Pharaonis edictum de occidendis masculis, natũ Moysen cùm eleganti facie & leniter ridibũda vidissent, tribus mẽsibus occultarũt, ac demum quum per vagitum seruare non possent, fiscellæ scirpeæ impositum ad Nili ripã exposuerunt, fide credentes illum à deo liberatum iri. de hoc vide Exod. 1. & 2. Fide, Moyses. Nũc ipsius Moysi fidem declarat, qui quum filię Pharaonis charus esset, atque illi filij loco nutriretur, negauit eius se esse filium, malens cum populo dei affligi, quàm in delitiis aulæ cum filia Pharaonis iucunditatem ac fruitionem habere peccati *temporalem*, id est, momentaneam & transitoriam. Nam quod interpres habet temporalis, Græci legunt πρόσκαιρον, & refertur non ad τὸ ἁμαρτίας, id est, peccati: sed ad τὸ ἀπόλαυσιν, id est, fruitionem, pro quo interpres vertit iucunditatem. peccatum autẽ vocat relictis in aduersitate fratribus frui delicijs: quod neglexit Moyses facere, maiores diuitias existimans thesauro & diuitijs Aegyptij Pharaonis *improperiũ Christi*. Improperiũ autẽ Christi vocat afflictiones, murmurationes & inuidias, quas exemplo Christi à contribulibus suis sustinuit. Sicut enim egregiè de se meritum & saluatorem suum Christum iniuria & contumeliis Iudæi afficiebant: sic & liberatorem suum Moysen plerunque

11 Fide, Moyses natus, occultatus est mensibus tribus à parentibus suis: eo quòd uidissent elegantem infantem, & non timuerunt regis edictum. Fide, Moyses grandis factus, negauit se esse filiũ filiæ Pharaonis: magis eligens affligi cũ populo dei, quàm temporalis peccati habere iucunditatem: maiores diuitias æstimans, thesauro Aegyptiorum, improperium Christi. aspiciebat enim in remunerationem. Fide, reliquit Aegyptum, non ueritus animositatẽ regis: inuisibilem enim tanquam uidens sustinuit. Fide, celebrauit pascha & sanguinis effusionem: ne qui uastabat primitiua, tangeret eos. Fide, transierunt mare rubrum, tan

Exo. 2.a. Exo. 1.c. Exo. 2.b. E Exo. 12.d. Exo. 14.c.

iniuria affecisse Hebræi leguntur, quas tamen iniurias & afflictiones Pharaonis thesauro prætulit, fide aspiciens & sperans in remuneratorem deum. Bene autem huius improperij meminit Paulus, vt exemplo Moysi & Christi Hebræos consoletur à suis contribulibus afflictatos. *Fide*, inquit, *reliquit Aegyptum, non ueritus Regis animositatem*, siue iracundiam & ferociam. vtrunq; enim hoc loco significat ὁ θυμός. Hũc locum Græci exponunt de fuga Moysi, quando accusatꝰ de occiso Aegyptio fugit in terrã Madian: sed quum Exod. 2. historia doceat ꝙ metu Pharaonis fugerit, neque hoc loco fugiendi sit verbũ sed relinquendi, præstat intelligere de generali egressu Aegypti, quando nihil veritus persequentẽ Pharaonem fide reliquit Aegyptũ, & inde Hebræos eduxit, nõ dubitans assuturũ sibi deum: hoc est enim quod ait, *inuisibilẽ enim tanquam videns sustinuit*, id est, deum quem non videbat, perinde ac si vidisset, remuneratorem sustinuit & expectauit. Eadem quoque fide phase siue pascha celebrauit, & agni sanguine superliminaria domus & postes aspersit, vt exterminatoris angeli & primogenita occidentis furorem euaderent. Qui quidem agnus & agni sanguis Christum Christiique passionem per quam liberati sumus, designat: vide historiam Exod. 12. Eadem fide, duce Moyse, mare rubrum pedibus aggredi non dubitarunt, quod per fidem illorum apertũ & diuisum viam illis tanquã per aridam fecit, quod sine fide ingredi tentantes Aegyptij perierunt.

F quam per aridam terram: quod experti Aegyptij, deuorati sunt. 12 Fide, muri Hierico corruerunt, circumitu dierum septem. Fide, Raab meretrix non periit cum incredulis: excipiens exploratores cum pace. Et quid adhuc dicam? Deficiet enim me tempus enarrantem de Gedeon, Barac, Sampson, Hiephthae, Dauid, Samuel, & prophetis: qui 13 per fidem uicerunt regna, opera-

Ioſue. 6.c. Ioſue. 6.d. & 2. a.

12. *Fide, muri Hierico.* de fide filiorum Israel loquitur, qui non dubitauerunt duce Iosue sine armis Hierico se posse capere: de quo & seruata Raab, vide Iosue sexto, & de seruatis à Raab exploratoribus Iosue secundo, de reliquorum fide, quos Paulus summatim annumerat, vide in bibliis suo loco: de Gedeone Iudicũ sexto, de Barac quarto, de Sampsone decimoquarto, decimoquinto, & decimosexto. de Iepte vndecimo, de Dauid, & Samuele in libris Regum, similiter & de aliis prophetis, vide suo loco.

13. *Per fidem.* hi, inquit, fide vicerunt regna. nam Abraham reges deuicit,

deuicit,similiter Moyses & Iosue & Dauid, *operati sunt iustitiam*,in deum & proximos iusti.*adepti sunt promissiones*,hoc non de omnibus neque de omnibus promissionibus,quia paulò antè dixit, nondum acceptis repromissionibus,ideo de Abraham intelligere potes. qui de Sarra sterili semen habuit: & de Dauid,qui in solio suo sedẽtem filium vidit. *Obturauerũt ora leonũ*,vt Sampson & Daniel. *Extinxerunt impetum ignis*,sicut tres pueri socij Danielis, iussu Nabuchodonosor in fornacem missi. *effugauerunt aciem gladii*, id est, hostium fortitudinem à se repulerunt. Græci tamẽ secus legũt,scilicet ἔφυγον,id est, effugerũt,quòd scilicet persequentes se hostes effugerunt:sicut Helias Iesabel furorem,& Saulis Dauid fide effugerũt & deuitarunt.*conualuerunt de infirmitate*, siue de infirmitate captiuitatis Babylonicæ,quãdo permittẽte Cyro Hierosolyma reuersi sunt,siue de ægrotatione, vt de Iob & Ezechia legimus & de Dauid.*fortes facti sunt in bello*,vt Iosue & alij Iudices,Dauid & Machabæi.*Castra verterunt exterorum*.Græcè παρεμβολὰς ἔκλιναν τῶν ἀλλοτρίων.hoc longè elegantius vertit interpres, quàm qui vertit, incursiones auerterunt exterorum:est enim παρεμβολὴ tentoriorum ordo consertus,ordinatione castrensi constans. Sensus est ergo.Castra exterorum,id est,alienigenarum gentium inclinauerunt, & omnium castrorum ordinem perturbarunt,in illa per fidem inuadentes. *Acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos*,id est,nonnullæ mulieres fide resurrectionem possibilem credentes, ob illam acceperunt *mortuos suos*,id est,filios suos, quos illis suscitarunt prophetæ,sicut Helias Sareptanæ viduæ,& Sunamitidis filium Heliseus suscitauit. *Alii distenti sunt*. Græcè ἐτυμπανίσθησαν, id est, velut tympani corium cruciatibus distenti vel verberati sunt,prout solet tympanum,ac fustibus contusi sunt.id enim signat etiam τυμπανίζεσθαι, & sic Græci exponunt.

ti sunt iustitiam,adepti sunt repromissiones,obturauerũt ora leonum, extinxerunt impetum ignis,effugerunt aciem gladij,conualuerunt de infirmitate,fortes facti sunt in bello, castra uerterunt exterorum, acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos . alij autem distenti G *sunt,non suscipientes redemptionẽ: ut meliorem inuenirẽt resurrectionem. Alij uerò ludibria & uerbera experti,insuper & uincula & carceres:lapidati sunt,secti sunt,tẽtati sunt,in occisione gladij mortui sunt,*

Hiere-

Hieremias enim instar tympani distentus est. Sic autem affecti & afflicti,*non suscipientes redemptionem*,id est,à præsentibus supplicijs liberationem,vt meliorem ac potiorem inuenirent resurrectionem, ad tantò maiora præmia resuscitati,quantò grauiora passi sunt supplicia.

14 circumierunt in melotis,in pellibus caprinis,egentes, angustiati,afflicti:quibus dignus non erat mundus,in solitudinibus errãtes,in mõtibus & speluncis, & in cauernis terræ. 15 *Et hi omnes testimonio fidei probati, non acceperunt repromissionem, deo pro nobis melius aliquid prouidente, ut non sine nobis consummarentur.*

14.*Circũierunt in melotis*,&c. μηλωτῇ, Græcis dicitur ouilla pellis vnà cum lana,siue ouillum exuuium, ἀπὸ τῆς μήλης,quod ouem significat.Egestatem autem veterum patrum indicat, quorũ bona pars caprarum & ouiũ tantum pellibus vestirẽtur. Quòd autem ait, *circumierunt*, indicat eos certam ac quietam mãsionẽ nõ habuisse, sed huc illuc peruagatos persequentibus aduersarijs. vnde subdit,egẽtes, afflicti, *quibus* tamen vt interim nihili fierent mundo,*dignus nõ erat mundus*.i.qui mũdo mũdanisque & omnib⁹ quæ in mundo sunt,longè superiores erant,interim in montibus & speluncis latitantes, vt Helias alijque prophetę: atque ita tantis viris indignus erat mundus.

15.*Et hi omnes*.enumeratis illorum fide,& pro ea afflictionibus toleratis, consolatur Hebræos,si non tam citò liberentur à suis afflictionibus,aut tam citò quàm velint,præmientur,quia hi omnes fidei testimonio probati *non acceperunt repromissionem*,perfectionem scilicet,quæ est animæ & corporis beatificatio,de qua Esaias ait: ī terra sua duplicia possidebunt,scilicet,in terra viuentium & corporis & animæ gloriam. hanc repromissionem nondum acceperunt deo aliquid melius pro nobis prouidente, ac melius nobis prospiciẽte,vt non sine nobis cõsummẽtur, id est,ne sine nobis perfectionem glorificationis corporis & anima accipiant.simul enim resurgentibus electis omnibus erit consummata glorificatio.

ARGVMENTVM Cap.12.

¶*Hortatur eos exemplo Christi ad fortiter ferendas afflictiones, quòd illæ sint argumenta diuinæ in nos charitatis, & ex his multus tãdẽ fructus surgat:deinde ad pacem & concordiam inuitat, & ad Christo obaudiendum.*

1.*Ideòque*

1. *Ideoq; & nos*, id est, quum tantam habeamus nubem testium impositam, Græcè περικείμενον, id est, circũiacentẽ nos, hoc est, quũ vndique tot patriarchas & patres videamus diuini in afflictionibus auxilij testes. Bene autem nubem illos appellat, quorum doctrina & exemplo gratiæ cælestis imbre fumus irrigati. Talem ergo nubem testium quum habeamus, deponamus omne pondus terrenarum affectionũ & peccatum nos circunstãs, Græcè εὐπερίστατον. i. tenaciter inhærens, vt per patiẽtiam curramus ad propositum nobis certamẽ, quãquã nonnulli Græci carent ad præpositione, etsi idem sensus est, scilicet vitã hãc quæ militia est super terrã, & in qua nobis continue cũ mũdo, carne & diabolo conflictationes sunt, per patientiã curramus. i. patienter transigamus: & nequando deficiamus, habemus, ĩquit, fidei & spei nostræ authorẽ & principem & consummatorẽ, in quem intendere nos oportet, Christum Iesum, *qui proposito sibi gaudio*. i. vt inquit Nazianzenus, quum liceret sibi paternis frui deliciis, nec mortem gustare, confusione tamen & ignominia cõtempta sustinuit crucem: ob quam sui abiectionem nunc in dextera dei sedet. in hũc ergo, inqt, animũ intẽdite, & animo repetite qualem à peccatoribus ipse innocens, ipse deus aduersus semetipsum sustinuerit *contradictionem*. cõtradictionis aũt noie oẽs Christi afflictiones & ĩiurias comprehendit. Ad hæc ergo cogitate vt non fatigemini animis deficiẽtes, dũ vestra causa lõgè plura perpessum Christum intelligetis.

CAP. XII.

1 Deóque & nos tantam habentes impositam nubem testium: deponentes omne pondus & circunstãs nos peccatum, per patientiam curram ad propositum nobis certamen, aspicientes in authorem fidei, & consummatorem Iesum: qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem confusione contempta, atque in dextera sedis dei sedet. Recogitate enim cũ qui talem sustinuit à peccatoribus aduersum semetipsum contradictionẽ: ut ne fatigemini animis uestris deficientes. 2 Nondum enim usque ad sanguinem restitistis, aduersus peccatum repugnantes, & obliti estis consolationis, quæ uobis tãquã filiis loquitur, dicens, Fili mi, noli negligere disciplinam domini: neque fatigêris, dum ab eo arguêris.

A Rom. 6.a. Colo. 3.b. ephes. 4.c.

B Prou. 3.b. Apoc. 3.d.

2. *Nondum enim*, &c. quasi diceret parum est quòd conuicia pertulistis, facultatibus vestris estis spoliati, *nondum enim vsque ad sanguinẽ*. i. mortem restitistis aduersus peccatum repugnantes, id est, vel aduersus infidelitatem, quæ principaliter peccatum dicitur, vel aduersus quodlibet aliud peccatum. Christus ergo vsque ad sanguinem restitit, vos nondum huc vsque: & tamen obliti estis consolationis quæ vobis vt filiis loquitur, dicens, fili mi, &c. quib⁹ verbis ex Salomone allegatis probat Paulus afflictiones à deo immissas, esse paternæ in nos amicitię argumentũ: quinimò ex ipsa domini correctione & disciplina nos esse: nec aliter esse posse dei filios, vnde ait, *quod si extra disciplinam estis*. i. si omnino afflictionum expertes, quarũ sancti omnes participes facti sunt, non estis germani filij dei, sed adulteri aut veri⁹ adulterini. i. illegitimi. Græcè νόθοι. i. spurij. Omnib⁹ autẽ locis hic τὴ̃ disciplinã καὶ τὴν παιδείαν, pro castigatione, ac paulo seueriore animaduersione sumere debemus. Vbi autẽ noster ĩterpres habet in disciplina perseuerate, Græc. habẽt εἰς παιδείαν ὑπομένετε. i. si disciplinam & correptionem sustinetis, tãq; filij, &c. Interpres legit ἐν παιδείᾳ.

Quem enim diligit dominus, castigat: flagellat autem omnem filium quem recipit. In disciplina perseuerate. Tanquam filiis, uobis offert se deus. Quis enim filius, quem nõ corripit pater? Quòd si extra disciplinã estis, cuius participes facti sunt omnes: ergo adulteri & non filii estis.

C

3 *Deinde patres quidem carnis nostræ: eruditores habuimus, & reuerebamur eos. Num multo magis obtemperabimus patri spirituum, & uiuemus? Et illi quidem in tempore paucorum dierum, secundum uoluntatem suam erudiebant nos: hic autem ad id quod utile est, in recipiendo sanctificationem eius. Omnis autẽ disciplina in præsenti quidẽ uidetur non esse gaudii, sed mœroris. Postea autem fructum pacatissimum exercitatis per eam, reddet iustitiæ. Propter quod remissas manus & soluta genua erigite: & gressus rectos facite pedib⁹ uestris. ut non claudicans quis erret: magis*

D

3. *Deinde patres*, &c. humana similitudine ostendit dei castigationes patiẽter nos ferre debere, quoniam si patres carnis nostræ. i. carnales habuim⁹ *eruditores*, aut seueriusculos magis castigatores. vtrunque enim significat τὸ παιδευτὰς, & eos tamẽ patienter venerabamur: nónne magis deo *patri spirituum*. i. animarum nostrarum parenti & authori, quas

quas ex nihilo condidit obtemperabimus castiganti, & viuemus? Nam qui deum castigantem patienter non recipit, ne is quidem viuit, quia à vera sese vita abalienat. Quòd autem magis obedire deo debeamus quàm parentibus, probat, dicens, quia parentes non ad nostram semper vtilitatem, sed plerunque iuxta suam voluntatẽ ac pro arbitrio nos *erudiebant*, siue magis castigabãt: ac ne id quidem diu, sed in tempore paucorum dierũ, quandoquidem vel manumissi tempore, parentum castigationi iam non sunt obnoxij filij: quòd si ob grauẽ castigationem quæ plerunque nihil nobis fructus afferret, castigantibus parentibus non reluctabamur, quantò magis parere deo debemꝰ nos castiganti & afflictiones inferenti ad id quod vtile est. i. ad nostrã vtilitatem, *in recipiendo*. i. ad recipiendam sanctificationem eius: dũ enim à domino corripimur, diligimur & sanctificamur: vt autem ad castigationem ferendam magis cohortetur, subdit, etsi nunc omnis castigatio iuxta communem mundi opinionem non gaudiũ sed mœrorem annexum habere videtur: postea autem in futuro seculo per eam exercitatis fructum iustitiæ reddet pacatissimũ, quasi diceret: nunc tribulamini & inter tot afflictiones turbulenti nec animo quieto estis, quòd si patienter eas tuleritis, tandem fructum iustitiæ ac remunerationis placidum ac quietum referetis, *propter quod remissas manus & soluta genua erigite*. Antea dixit propositũ nobis certamen curramus, quod athletarum est & pugilum, quibus valida manus ad luctandum, & fortes pedes ad currẽdum esse oportet: nunc autem metaphoram persequens remissas animi manus & soluta mentis genua iubet erigere, hoc est, ne animũ despondeãt, nec sint mente pigra & deside in ipsis afflictionibus. Et *gressus recto*, inquit, *facite pedibus vestris*. i. rectam intentionem in operibꝰ vestris habete, vel gressus rectos facite. i. rectà incedite nec alteram in partem claudicate: vnde subdit, vt ne claudicans quis erret. sic Esaias 35. cap. Confortate manus dissolutas, & genua debilia roborate, hoc est, forti & constanti animo estote. Omnibus autẽ his verbis innuit Paulus, quòd si sanari ab his afflictionibus velint, constãti illis & patienti animo esse opus est.

autem sanetur. 4 *Pacem sequimini cum omnibus, & sanctimoniam: sine qua nemo uidebit deum. con-* Rom. 12. d.

templantes ne quis desit gratiæ dei: ne qua radix amaritudinis sursum germinans impediat, & per illam inquinentur multi. 5 *Ne quis forni-*

cator, aut prophanꝰ ut Esau: qui pro Gen. 25. d.

pter unam escam uendidit primitiua sua. Scitote enim quoniam & postea cupiens hæreditare benedictionem, reprobatus est. non enim Gen. 26. f.

inuenit pœnitẽtiæ locum: quanquã

4. *Pacem sequimini*. postquã eos ad patientiã sufficiẽter hortatus est, nũc ad mutuã cõcordiã morúmq; puritatẽ inuitat, dicẽs, pacẽ sequimini, Græcè διώκετε. i. persequimini cũ omnibus, etiã recusantibus,

vt Dauid

vt Dauid qui dicebat, Cum his qui oderunt pacem eram pacificꝰ. Pacem autem mutuam dicit concordiam & charitatem. ad pacem autem addidit & sanctimoniam, hoc est, corporis animique puritatem, sine qua nemo videbit deum. Nihil enim immundum in sanctam ciuitatem introire potest. Hæc ergo persequimini interim cõtemplantes. Græcè ἐπισκοποῦντες. i. diligenter inspiciẽtes, *ne quis desit gratiæ dei*, id est, gratia dei destituatur. Vult enim non sui tantum quenque sed aliorum etiam habere curã: videte quoque ne qua radix amaritudinis sursum germinãs impediat, Græcè ἐνοχλῇ, id est, obturbet dei gratiam. *Amaritudinem* autem possumus vel animi indignationem & irã quæ pacem interturbat, intelligere: vel infidelitatis peccatum, vel quodlibet. vult ergo nos omnem peccati radicem euellere, ne per illam multi inquinentur: quia vt radix serpit, atque se in multas partes findit, & in altum germinat euadítque in ramos, ita ad multos peccatũ permeat per imitationem & cõsensionem, atq; in multos ramos multásque species si semel radicem in homine fixerit, exurgit.

5. *Ne quis fornicator*. referendus est hic locus ad id quod præcessit, pacem sequimini & sanctimoniam, contemplantes ne quis, sub. sit inter vos fornicator, sed puri omnes sitis, *aut prophanus vt Esau, qui propter vnam escam vendidit primogenita sua*. Nota est historia Geneseos 25. de Esau, qui pro edulio lenticulæ ius progenituræ Iacob fratri vendidit. Erant autem id ætatis primogeniti sacerdotes, vnde & rectè *prophanus* dicitur, qui insigne dei donum temerarit, nec pluris quàm lenticulæ pulmentum fecerit. Penè omnes hoc loco & Græci & Latini prophanum gastrimargum & gulæ deditum interpretantur, aiuntque Esau exemplo, gulæ notari quosdam ex Hebræis. Mihi autem non tam gulæ notãdus Esau videtur quàm, vt ita dicam, irreligiositatis, qui excellens dei donum vsqueadeo nihili fecerit, eiúsque exẽplo argui Hebræos qui donum ac perceptam dei gratiam nihili facerent, tẽporali voluptati plerunq; eã cõmutantes, in hoc Esau similes, de quo ait Paulus, Ꝙ

postea

postea cupiens hæreditare benedictionem sicut Genesis 27. multis eam precibus postulasse legitur, *reprobatus est*, atque à sua postulatione reiectus: Græci enim de reprobatione non dei sed patris, hũc locum interpretantur, & conformiter locum sequẽtem interpretari possumus. Non enim inuenit pœnitentiæ locum, quanquam cũ lachrymis inquisisset eam.

Quanquam enim hic penè omnes interpretantur pœnitentiam pro peccatorum venia, quam lachrymis nõ meruit, quòd illæ magis inuidẽtis quàm pœnitentis essent, vt manifestauit dicens, Venient dies luctus patris mei & occidam Iacob fratrem meum. Tamẽ mihi videtur hic pœnitentia pro facti mutatione sumi posse, quomodo vulgò dicimus de re iam facta quæ infecta fieri non potest, aut de iam trãsacta & rata conuentione, quòd pœnitere ibi nihil prodest: sic quanquam pœniteret Esau venditæ primogenituræ, locum tamen non habuit ea pœnitentia, ad quam neque ex cõsequenti ad benedictionem redire potuit, quanquam cum lachrymis eam à patre postulasset, sicut Genesis vigesimoseptimo, eiulatu magno flesse legitur. hoc autem exemplo deterret Hebræos Paulus ne perceptam dei gratiam prophanent, ne fortè cum Esau ad eã redire volentes, abijciantur.

cum lachrymis inquisisset eã. 6 *Non enim accessistis ad tractabilem montem & accensibilem ignem, & turbinem, & caligi-* Exod. 19. b. & 20. c. *nem, & procellã, & tubæ sonum, & uocem uerborum (quam qui audierunt, excusauerunt se, ne eis fieret uerbum. Non enim portabant, quod dicebatur, Et si bestia tetigerit montem: lapidabitur. Et ita terribile erat quod uidebatur. Moyses dixit, exterritus sum* Exo. 19. c.

6. *Non enim accessistis, &c.* Ante dixit, Sectamini pacem & sanctimoniam, & ne fornicatores sitis, ac prophani: non enim accessistis ad tractabilem montem. pro tractabilem autem Græcè est ψηλαφωμένῳ ὄρει, id est, ad palpatum montem siue contactum. neque puto vt quidam asseruit, mõtem Sina de quo hic agitur, dici à Paulo cõtactum per antiphrasin, quod eum nemo auderet contingere: sed contactum appellari Paulo siue palpabilem, quasi dicas sensibilem: vt sit sensus, non accessistis ad Sina montem illum sensibilem & accensum siue ardentem: sed ad spiritualem & cælestem mõtem Sion Hierusalem cælestem, *& accessibilem ignem.* pro accessibilem Græcè est κεκαυμένῳ πυρὶ, id est, accensum ignem, vnde puto interpretẽ vertisse accẽsibilem, sed librariorum vitio errorem inoleuisse. sensus huius loci est, Non sitis fornicatores & prophani. non enim accessistis ad montem Sina vbi lex data est, tractabilem & palpabilẽ, neque ad accensum vel ardentem ignem & turbinem & caliginẽ & procellam & tubæ sonum: quæ omnia quum lex lata est in mõte Sina apparuerunt, vt Exod. 19. & 20. legitur, neque accessistis *ad vocem verborum.* i. ad terribilem dei vocem è monte loquentis, quam qui audierũt timore perterriti *excusauerũt se*, Græcè παρῃτήσαντο, id est, deprecati sunt, *ne eis fieret verbum*, id est, ne per se ad eos deus loqueretur, dicentes, loquere tu nobis, non loquatur nobis dominus, ne fortè moriamur. *Nõ enim portabant quod dicebatur*, id est, dei vocem loquentis ferre non poterant, vel ferre non poterant id quod dicebatur, & Moysi dictum est scilicet, Et si bestia tetigerit montem, lapidabitur: horrendum enim erat quòd non modò homo rationis capax, sed bestia quoque accedens lapidari iubetur. vn de subdit, Et *ita terribile*, id est, adeò terribile erat quod videbatur. Moyses enĩ dixit, Exterritus sum & tremebundus. Hęc verba Moysi, in biblijs non inueniuntur, existimandum fortassis Pauli tempore aliquos fuisse, quos nunc non habemus libros in synagoga receptos, vbi scripta erant. Vult autem his verbis ostendere Paulus culpabiliores esse Christianos Hebræos si Christo nõ paruerint quàm olim Iudęos, quòd illi tot portentis & visis perterriti, neq; ad montem accedere neque dei vocem exaudire possent loquentis: tãtum secum tremorem afferebat: Vos autẽ, inquit, si fornicatores & prophani estis, nihil habetis quod excusare queatis. Non enim terribilia ista vobis contigerunt, neque accessistis ad montem, &c.

& tremebũdus). 7 *Sed accessistis ad Sion montem, & ciuitatem dei uiuentis, Hierusalem cælestẽ, & multorum millium angelorum frequentiam, & ecclesiam primitiuorum, qui conscripti sunt in cælis, & iudicem omnium deum, & spiritus iustorum perfectorum, & testamen-*

7. *Sed accessistis.* Ostendit beneuolentiorem deum se illis præstitisse quàm olim Iudæis, maioribúsq; ab eo beneficijs illos affectos, quo minus sunt excusabiles. Non enim, inquit, accessistis ad palpabilem montem Sina, sed ad spiritualem montem Sion, & ciuitatem dei viuentis Hierusalem cælestem, scilicet cælum ipsum, ad quod iam spe accessimus, *& multorum millium angelorum frequentiam.* non enĩ vulgaris turbæ & mortalium hominum, sed angelorum consortes, & conciues effecti estis immortalium, & infinitorum. Nã hoc loco

millia, & Græcum μυρίας quod decem millia significat, pro infinito numero ponitur. Et accessistis, inquit, *ad ecclesiam primitiuorum qui conscripti sunt in cælis.* Primitiui autem siue primogeniti, nam id significat verbum Græcum πρωτότοκος, dicuntur fideles quorum nomina scripta sunt in cælis. Nam etsi omnes tum electi, tum reprobi creatione filij dei sunt, prę illis tamē primogeniti sunt adeóque regni hæredes, electi. Vult ergo Paulus quòd ipsi electi sunt à deo, & inter dei primogenitos habiti. Et accessistis, inqt, *ad iudicē oīm deū,* scilicet Christum, cui omne iudicium dedit pater. Tantò ergo maior illis gratia facta quàm olim Iudæis, quòd Iudæi nō modo deū audire non sustinerent loquentem, sed ne ad montem quidem vnde loquebatur accedere possent. Christiani autem ad ipsum Christum facilè accedunt deum & iudicem omnium, *& spirituum iustorum perfectorum.* hoc loco pro spirituum Græci legunt spiritus ī plurali, vt sit sensus, quòd Christiani accesserunt ad spiritus .i. animas iustorum & perfectorum .i. cum sanctis animabus fœlicitatis æternæ consortes facti sunt. Noster legit πνευμάτων .i. spirituum, & refert ad iudicē, vt sit sensus, quòd Christus iudex est omnium etiam iustorum & perfectorum spirituum, hoc est, animarum, quibus verbis nonnihil eos terret, ne scilicet si tot dei beneficia tantámq, beneuolentiam neglexerint, seueritatem tandem iudicantis experiantur. Ad beneuolentiam tamen iterum redit dicens, Et accessistis ad noui testamenti mediatorē Iesum, quasi diceret, nihil est quòd horribilem dei patris vocem formidetis, qui noui testamenti mediatorem habetis Iesum, per quem dei mandata facilè intelligatis: quippe qui sequester sit, & proxeneta inter deum & vos, ad quem facilè accessistis, & ad aspersionem quoque sanguinis *melius loquentem quam Abel,* id est, ad Christi passionem accessistis, & diuinæ gloriæ per eius sanguinem participes estis effecti, qui quidē sanguis Christi melius, siue vt Græci habent κρείττονα, id est, meliora, & potiora loquitur quàm sanguis Abel. Ille enim vindictam clamabat aduersus fratrem, sanguis autem Christi in eum confidentibus paratā veniam remissionémque clamat, & vitam largitur.

ti noui mediatorē Iesum, & sanguinis aspersionē melius loquētē quàm Abel. 8 *Videte ne recusetis loquētē. Si enim illi nō effugerūt, recusantes eum qui super terram loquebatur:*

8. *Videte ne recusetis.* postquam illos maioribus beneficiis affectos, deúmque familiariorem habere ostendit, adeóque maioris prę-

uaricationis

uaricationis reos, subdit, itaque videte ne loquentem ad vos Iesum recusetis, & auersemini: loquitur enim vobis per euangelium, per proposita præmia, per suos ministros & prædicatores. Si enim patres nostri non effugerunt, sub. vindictam dei, Mosen recusantes & auersantes, qui super terram loquebatur: multò minus nos qui de cælo loquētem nunc in suo euangelio Christum auersamur, effugiemus: cuius quidem vox tunc quum lex in monte Sina ferretur, commouit cælum & terram, adeóque terribilis ipsíque populo tremendus apparuit. Nunc autem si eum neglexerimus, terribilior multò apparebit: cuius effectus terribilis, argumētum est quòd cælum, & terram se concussurum Aggæi 2. promittit, dicens: Adhuc semel & ego mouebo nō solum terram, sed etiam cælum. qui locus etsi, vt illic Hieronym. interpretatur, de primo Christi aduentu intelligi potest, non inepte tamē ad secundum Christi aduentum applicat Paulus, quando veniente in iudicium cum gloria domino, mouebuntur & cælū & terra, vt in meliorem immutentur formam: hoc autem ait Paulus, vt terrorem incutiat dei verbum negligentibus. Quòd autem ait semel, declarat mobilium translationem tanquam factorum, hoc est, quòd semel tantum ait cælum & terram se concussurum, declarat *mobilium,* Græcè τῶν σαλευομένων, id est, turbulentorum & fluctuantium terræ & cæli *translationem,* id est, immutationem, eorum inquam mobilium & fluctuantium, nec certam quietē habentium, *tanquam factorum,* id est, tanquam rerum creatarum naturáque sua interiturarum. commouebit enim omnia, & mutabit, *vt maneant ea quæ sunt,* id est, cæli & terra quæ nunc videmus, *immutabilia,* id est, corruptioni postea non obnoxia: commouebuntur enim, & mutabuntur, vt quiescant, & immutabilia permaneāt, quomodo prædicens Dauid aiebat Psal. 75. Terra tremuit, & quieuit, quum exurgeret in iudicium deus. Quòd si ista nunc terrena ac naturæ interituræ, immobilia sunt futura: longè magis immutabile ac perpetuum futurum est regnum dei, vnde subdit.

multo magis nos qui de cælis loquē tem nobis, auertimus. cuius uox mo G *uit terram tunc: nunc autem repro* Aggæi 2. *mittit, dicens, Adhuc semel: & ego mouebo non solum terram, sed & cælum. Quòd autem adhuc semel dicit: declarat mobilium translationem tanquam factorum, ut maneant ea quæ sunt, immobilia.*

9. *Itaque regnum, &c.* id est, ideo spe regnum dei immobile, ac perpetuum apprehendentes, habemus gratiam, scilicet fidei, spei, charitatis, & patientię, per quam placentes deo, illi seruiamus *cum metu*, formidantes vt iudicem, *& reuerentia*, reuerentes & venerantes vt patrem. deus enim noster ignis consumens est. ideóque si negligentes, & irreuerentes fuerimꝰ, nolite adeò de bonitate cõfidere, quin seueritatem formidetis; est enim velut ignis consumens, qui nos vel in momento consumere possit & perdere.

Itaque regnum immobile suscipiẽtes, habemus gratiam: per quã seruiamus placentes deo cum metu & reuerẽtia. Etenim deus noster, ignis consumens est. Deu. 4.d.

1. *Charitas fraternitatis maneat in vobis, &c.* Quum periclitaretur in eis inter tot afflictiones mutua charitas & fraternitas, illius eos admonet, & hospitalitatis, exẽplo antiquorum patrum Abraham, & Loth, dicens: per hanc enim placuerunt quidam angelis hospitio receptis. Videtur hic errore librariorum irrepsisse placuerunt pro latuerunt, quum Græcis omnino, non sit placendi verbum, sed ἔλαθόν τινες ξενισαντες τὸς ἀγγέλους. hic loquẽdi modꝰ Græcorũ, Latinis est insuetus. Verti autem potest, Per hanc enĩ quidam angelos hospitio exceperunt, nescientes angelos esse, sicut ἔλαθον λαλήσας ad verbum significat latui locutus, sed Latine verti potest, imprudens locutus sum. His autem verbis Abraham & Loth hospitalitatis meminit, qui hospitio exceperunt angelos, quum puros homines crederent, alioqui non magna digni laude si angelos esse rescissent. Si interpres placuerunt vertit, aliud indubiè Græcè legit, nec sensus est incommodus, placuerunt enim angelis hospitio receptis Abraham & Loth, quando pro gratia hospitij Loth angeli liberarunt.

ARGVMENTVM Cap. 13.

¶ *Paræneses habet hoc caput, præfectos aũt suos & vinctos illis cõmẽdat, noui altaris nouiq; sacrificii mentione facta: deum illorum preces efflagitans, & vicissim illis bene precatus, salutationibus epistolam claudit.*

CAP. XIII.

1 *Haritas fraternitatis maneat in uobis. Et hospitalitatem nolite obliuisci: per hãc enim placuerunt quidam, angelis hospitio receptis.* A Rom. 12. d. 1. Pe. 4. c.

2. *Mementote.* vult eos fraternitatem, & charitatem exercere erga vinctos. mementote, inquit, vinctorum *tanquam simul vincti*, id est, perinde ac si vincti essetis, illorum mementote, illisque subuenite perinde ac vobis vinctis subueniri velletis, *& laboratiũ*, Græcè καὶ κακουχουμένων, id est, afflictorum & eorum qui quacunque necessitate premuntur, mementote, inquit, eorum, illis subuenite *tanquam & ipsi in corpore morantes*, id est, tãquam ijsdem afflictionibus corpus obnoxium habentes, ideóque nõ ignari quãtum illi patiũtur.

2 *Mementote uinctorum, tanquam simul uincti: & laborantium, tanquam & ipsi in corpore morantes.*

3 *Honorabile connubium in omnibus: & thorus immaculatus. Fornicatores enim & adulteros iudicabit deus.*

3. *Honorabile connubium.* Cõnubiũ extollit aduersus eos qui nuptias damnabant, sed tamẽ ob fornicationem penè tantum vitandam laudare videtur, quum subdit, Ꝙ fornicatores & adulteros iudicabit deus. *Sint mores, &c.* auaritiam inhibet, modico iubens esse contentos, probãs ex scriptura nihil verendum neque defuturum adiutore deo.

Sint mores sine auaritia: contenti præsentibus. Ipse enim dixit, Non te deseram neque derelinquam. ita ut confidenter dicamus, Iosue 1.a. *Dominus mihi adiutor: non timebo quid faciat mihi homo.* Psal. 117.a

4 *Memento te præpositorum uestrorum, qui uobis locuti sunt uerbum dei: quorum intuentes exitum cõuersationis, imitamini fidẽ. Iesus Christus heri & hodie: ipse & in secula.*

4. *Mementote.* præfectos ecclesijs iubet, vt & beneficentia prosequantur alentes, & honestam eorum conuersationem (quæ ab exitu spectari maximè debet) ac sanã doctrinam imitentur. Erant autem qui peruerse de Christo docerẽt, asserẽtes aliũ Christũ & Messiã vẽturũ, sicut & hodie falsõ Iudei putãt: ideo subdit, Iesus Christꝰ heri & hodie, idẽ ipse pmanebit in secula. i. idẽ est qui ab æterno fuit, hoc significat heri: qui nũc est, hoc significat *hodie*, & qui permanebit in æternũ. Et, pterea, ingt, nolite varijs & pegrinis doctrinis abduci. i. alienis à fide Christi, cuiusmodi erat doctrina de cibis mundis & immũdis, quã post baptismum acceptum multi docebant: vnde subdit, Bonũ est stabilire cor. i. mentẽ atq; animũ gratia euangelica, *& non escis*. i. escarũ discre-

tione mundarum atque immundarum, quæ nihil profuerunt ambulantibus in eis, id est, huiusmodi ciborum discretionem maximè post legem euangelicam facientibus.

5. *Habemus altare de quo edere non habent, &c.* Quum Iudaicorum ciborum discretionem damnasset, ostendit excellentiorem nobis esse cibum, à quo edendo arcerentur quicunque legi inhærerent, & deseruirent: habemus, inquit, *altare*, id est, hostiam in ara crucis oblatam, ipsum scilicet Christi corpus, de quo edere non possunt *qui tabernaculo deseruiunt*, id est, legem mordicus tenent: quod probat à similitudine sacrificij legalis qđ in festo propitiationis fiebat, vbi vitulo & hirco apud castra immolatis sanguinẽ illorũ pontifex solus in sancta sanctorum oraturus deferebat, carnes verò eorum animalium edere sacerdotibus non licebat, sed extra castra deferebantur concremanda: quæ omnia in figuram Christo contigerunt. Christus enim verus pontifex cum sanguine suo in sancta sanctorum cælestis patriæ patrem oraturus intrauit: & quemadmodum animalium immolatorum in lege extra castra corpora cremabantur, ita corpus Christi extra Hierusalem in monte Caluariæ ardore passionis est combustum. hæc est vera hostia, per quam sanctificantur, & de qua spiritualiter, & sacramentaliter vesci possunt quicunque in eum credunt, non qui fiduciã in veteri lege habẽtes, veteri adhuc tabernaculo deseruiũt. Exeam⁹ ergo, inquit, ad eum *extra castra*, id est, à conuersatione de mundo, & castrorum turba recedamus, *improperium eius portantes*. i. eius vestigia imitantes, hoc est, sicut ipse pro nobis passus est, ita pro eo affligi non dubitemus. Nam improperium Christi sustinere, est similes atque ille iniurias patiẽter ferre: sicut de Moyse 11. capite dixit, quòd improperium Christi diuitiis Aegyptiorum prætulit, de quo vide

lantibus in eis. 5 *Habemus altare, de quo edere non habent potestatẽ qui tabernaculo deseruiunt. Quorum enim animalium infertur sanguis pro peccato in sancta per pontificem, horum corpora cremantur extra castra Propter quod & Iesus, ut sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est. Exeamus igitur ad eum extra castra: improperiũ eius portantes. Non enim habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus. Per ipsum ergo offeramus hostiam laudis semper deo, id est, fructum labiorum confitentium nomini eius.*

Nũc. 19.a.

Mic. 2.c.

C

vide in eo loco. Exeamus ergo ad Christum extra castra. i. extra mundi huius desiderium. Nos enim habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus. Adeamus ergo ad Christum passum & per ipsum deo patri offeramus, *hostiam laudis*, id est, fructum labiorum confitentium nomini eius. Alludit autem Paulus ad obiationes veteris legis, in qua primi & præcipui terræ fructus deo offerebantur. Non vult ergo nos terræ fructus sed fructum labiorum nostrorum confitentium nomini dei, id est, dei nomen laudantium, laudes scilicet dei, & gratiarũ actiones, de quo sacrificio inquit Dauid, Immoladeo sacrificium laudis.

6 *Beneficentiæ autem & communicationis nolite obliuisci, talibus enĩ hostiis promeretur deus. Obedite præpositis uestris, & subiacete eis. ipsi enim peruigilant quasi rationẽ pro animabus uestris reddituri: ut cum gaudio hoc faciant, & non gementes. hoc enim nõ expedit uobis. Orate pro nobis: confidimus enim quòd bonam conscientiã habemus, in omnibus bene uolentes conuersari. Amplius autem deprecor uos hoc facere: quo celerius restituar*
D *uobis.* 7 *Deus autem pacis qui eduxit de mortuis pastorem magnum ouium in sanguine testamenti æterni, dominum nostrum Iesum Christum: aptet uos in omni bono, ut*

6. *Beneficentiæ, &c.* Sequentib⁹ verbis quæ facilia sunt, ad eleemosynas eos hortatur, & exhibendam præfectis suis obedientiam: vt cũ hilaritate & non ex tristitia ad rectè sibi ministrandum eos inuitent. Deinde vt pro se orent precatus, de innocẽtia sua protestatur: suáq; erga illos beneuolentia. *Confidimus*, inquit, id est, nihil cuiusquam accusationes veremur, quoniam in rebus omnibus bonam conscientiam habemus, quippe qui apud omnes bene conuersari cupimus. ideo, inquit, amplius deprecor vos hoc facere, id est, pro me orare vt celerius vobis restituar. Erat enim vinctus Paulus.

7. *Deus autem, &c.* Antea pro se precari supplicans, nunc bene illis precatur dicens, deus pacis *qui de mortuis*, id est, de morte & sepulchro eduxit pastorem magnum ouium. s. Christianorum Iesum, *in sanguine testamenti æterni*, id est, qui ea gratia illum suscitauit vt sanguis eius pro nobis fusus, esset in testamentum & pactum æternũ nostræ cum eo reconciliationis, *aptet vos*. i. perficiat in omni bono, vt faciatis eius voluntatem. Quia autem quicquid boni facimus, non tam nos q̃ deus ipse facit, subdidit, faciens in vobis, &c.

8. Rogo autem vos, &c. Admonet eos consolari in aduersis. dehinc Timotheum illis commendat, & postmodum salutationibus epistolam claudit.

faciatis eius uoluntatem, faciens in uobis quod placeat coram se per Iesum Christum, cui est gloria in secula seculorum. Amen. [8] Rogo autem uos fratres, ut sufferatis uerbum solatij. Etenim perpaucis scripsi uobis. Cognoscite fratrem nostrũ Timótheũ: cum quo (si celerius uenerit) uidebo uos. Salutate omnes præpositos uestros, & omnes sanctos. Salutant uos de Italia fratres. Gratia cum omnibus uobis. Amen.

Argumentum in epistolam Iacobi.

HVius auctor epistolæ, est Iacobus ille Mariæ sororis matris domini filius: qui primus egregiæ merito sanctitatis Hierosolymitanus ab apostolis ordinatus est episcopus: cuius ad Galatas meminit Paulus, cuiusq; toties in Actis fit mentio. Is orta in ecclesia persecutione, & facta ob Stephani necem credentium dispersione, consolatoriam simul & exhortatoriam sic dispersis scribit epistolam ædificationis plenam.

EPISTOLA CATHOLICA IACOBI APOSTOLI.

ARGVMENTVM Cap. I.

¶ Præposita epigraphe, consolatur & firmat eos aduersus afflictiones, & tentationes: hortaturq; confidenter à deo sapientiam postulare, superborum diuitum insolentiam coercens, & afflictorum præmia proponens. Dein originem tentationum & progressum aperiens, ostendit omne bonũ ab vno deo prodire. Demum abiectis omnibus vitiis dei verbo non ore tantum, sed factis monet attendere, docens in quo vera consistat Christianorum religio.

CAPVT I.

1. *In dispersione.* De dispersione intelligit omnium credẽtium præter apostolos, per regiones Iudeę & Samarię, de qua Actu. 8. Quum autẽ dicat duodecim tribubus,

IAcobus dei & domini nostri IESV Christi seruus, duodecim tribubus, quæ sunt [1] in dispersione, salutem. [2] Omne gaudium existimate fratres mei, cùm in tentationes uarias incideritis: scientes quòd [3] probatio fidei uestræ, patientiam operatur. [4] Patiẽtia autem opus perfectum habeat: ut sitis perfecti & integri, in nullo deficientes. Si quis autem uestrũ indiget sapientia, postulet à deo qui dat omnibus affluenter & non exprobrat, & dabitur ei. [6] Postulet autem in fide nihil hæsitans. Qui enim hæsitat similis est fluctui maris, qui à uento mouetur & circumfertur. [7] Non ergo æstimet homo ille quod accipiat aliquid à domino. [8] Vir duplex animo inconstans est in omnibus uijs suis. [9] Glorietur autem frater humilis in exaltatione sua. [10] Diues autem in humilitate sua, quia sicut flos fœni transibit. [11] Exortus enim est sol cum ardore, & arefecit fœnum, & flos eius decidit, & decor uultus eius deperijt: sic & diues in itinere suo marcescet. [12] Beatus uir qui suffert tentationem, quia cum probatus fuerit, accipiet coronam uitæ quam repromisit deus diligentibus se. [13] Nemo cum tentatur dicat quòd à deo tentetur. Deus enim intentator malorum est, ipse autem neminem tentat. [14] Sed unusquisq; tentatur à concupiscentia sua abstractus & illectus. [15] Deinde concupiscentia cùm conceperit parit peccatum. Peccatum uerò cùm consummatum fuerit, generat mortem. [16] Nolite errare fratres mei dilectissimi. [17] Omne datum optimum & omne donum perfectum desursum est descendens à patre luminum, apud quem non est transmutatio nec momenti obumbratio. [18] Voluntariè genuit nos uerbo ueritatis, ut simus initium aliquod creaturæ eius. [19] Scitis fratres mei dilectissimi. Sit autem omnis homo uelox ad audiendum, tardus autem ad loquendum, tardus ad iram. [20] Ira enim uiri iustitiam dei non operatur. [21] Propter quod abiicientes omnem immunditiam & abundantiam malitiæ, in mansuetudine suscipite insitum uerbum, quod potest saluare animas uestras. [22] Estote autem factores uerbi & non auditores tantum, fallentes uosmetipsos. [23] Quia si quis auditor est uerbi & non factor, hic comparabitur uiro consideranti uultum nativitatis suæ in speculo. [24] Consideravit enim se & abiit, & statim oblitus est qualis fuerit. [25] Qui autem perspexerit in legem perfectam libertatis & permanserit in ea, non auditor obliuiosus factus, sed factor operis, hic beatus in facto suo erit. [26] Si quis autem putat se religiosum esse non refrenans linguam suam, sed seducens cor suum, huius uana est religio. [27] Religio munda & immaculata apud deum & patrem hæc est, uisitare pupillos & uiduas in tribulatione eorum, immaculatum se custodire ab hoc seculo.

uerisimile est ex ea omnium tribuum turma, quæ die pentecostes nouo miraculo stupefacta credidit, bonam partem & maximè ex singulis tribubus, aliquot communiter cum apostolis vixisse, vsq; ad illam persecutionem & dispersionem: quanquam & de Iudæis quaqua versus iam olim dispersis intelligi potest locus.

2. *Omne gaudium*, id est, perfectum gaudium existimate, quum in varias tentationes incideritis: vbi per tentationes, non illecta menta ad peccandum, sed tribulationes & afflictiones intelligere oportet.

3. *Probatio fidei vestræ patientiam operatur.* Græcè est, τὸ δοκίμιον ὑμῶν τῆς πίστεως κατεργάζεται ὑπομονήν, vbi τὸ δοκίμιον significare potest vel exploratiõnem, vel id quod in quaque re purum & perfectum est. ὑπομονὴ autem, non tam patientiam, id est, tolerantiam significat, quàm sustinentiam & longam alicuius rei expectationem. Sensus ergo esse potest: Probatio seu exploratio fidei vestræ, id est, perfecta fides vestra & per longas tribulationes explorata ac probata, sustinentiam operatur: quia cuius fides & confidẽtia erga deũ in lõgis afflictionibus & tentationibus non excidit, manifestat se domini consolationem longanimiter posse sustinere. Sin mauis patientiam pro adflictionum tolerantia sumere, sensus est, quòd pura & perfecta totque argumentis approbata fides illorum in deum, patientiam operatur: quia insignis fides & confidentia in remuneratorem Christum patientes nos reddit. Sunt qui sic exponant, probatio fidei, id est, afflictio per quam fides probatur, patientiam operatur.

4. *Patientia opus perfectum habeat*, id est, gaudium & alacritatem annexam, sicut apostoli ibant gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. *Vt sitis*, ait, *perfecti & integri, in nullo deficientes*, id est, nulla re aut virtute destituti. neque enim hìc deficientes intelligere oportet, afflictionibus succumbentes, quos Græci dicunt ἐγκακοῦντας. est nanq; græcè λειπόμενοι, id est ad verbum, destituti. quidam per opus perfectum, patientiæ intelligunt virtutem, qua quis affligentibus se bene

bene ex animo vult & facit.

5. *Affluenter.* Interpres legisse videtur ἁθρόως, quum tamen Græca habeant ἁπλῶς, id est, simpliciter, candido scilicet ac simplici animo, & sine vlla spe remunerationis: vnde subdit, & non improperat. Si quis autem vestrum indiget sapiētia, græcè, λείπεται τ σοφίας, id est, destituitur sapientia: aut si cui illa deest, postulet à deo, qui dat omnibus affluenter.

nibus[5] *affluenter, & non improperat: & dabitur ei.*[6] *Postulet autem in fide nihil hæsitans. Qui enim hæsitat, similis est fluctui maris: qui à uento mouetur & circũfertur. Nõ ergo existimet homo ille quòd acci-*

Matt. 7.a. & 21. c. Mar. 11.c.

6. *Postulet autem in fide nihil hæsitans.* Græcè pro hæsitãs est διακρινόμενος, quod significat & hæsitantem, & diiudicantem. Est autem sensus, quòd *in fide*, id est, fideliter & cum fiducia postulantem, non oportet diiudicare, neque hæsitare de dei potentia ac misericordia. Nec enim vult hoc loco, quòd quicunque postulat à deo, necessariò credat se assecuturum, sed quòd dubitare non oportet, quin potens sit vt queat, & misericors vt velit tradere quod petitur, si quidem in rem nostram illud est. Nam & græca scholia explicant de eo qui mole peccatorum suorum pressus, minorem putat dei misericordiam, quàm vt donari sibi venia possit. *Qui enim hæsitat*, scilicet in fide, *similis est fluctui maris*, qui huc illuc à vento impellitur, quia cuius conscientia firmæ fidei fundamento non innititur, facilè nutat, & (vt inquit Paulus Ephe. quarto) circunfertur ad omnem ventum doctrinæ in nequitia hominum, ad circunuentionem erroris. Videntur & græca scholia τὸν διακρινόμενον, & hæsitantem interpretari, cum qui animi dubius est quidnam à deo petat, & inconstans est in postulationibus, quem postea quoque Iacobus vocat δίψυχον. i. virum duplici animo: dicunt enim ὁ γὰρ διακρινόμενος ἀμφίβολος ὢν πρὸς ἑαυτὸν αὐτόθεν μικρὸν προκαρτερήσας, δύθυς ἀναχωρεῖ, id est, qui enim hæsitat non satis sibi constans quidnam postulet, ac propemodum nihil perseuerans in postulatione, statim recedit. exponunt autem Græca scholia his verbis locum illum, *Similis est fluctui maris qui à vento circunfertur*, siue vt Græci habent, ῥιπιζομένῳ, id est, qui iactatur & rapitur: sicut enim mare nunc fluit ac refluit, modò in hanc partem à vento rapitur, modò in aliam iactatur: ita qui hæsitat in postulationibus suis, neque in iis perseuerat, nunc animo vnam in partem iactatur, nunc in aliam.

7. *Vir*

7. *Vir duplex animo.* Græcè est δίψυχος, quem Græci interpretantur inconstantem & instabilem in petitione, quippe qui nunc præsentium, nunc contrà futurorum bonorum tenetur desiderio: itaq; δίψυχος dicitur quasi bianimus, quippe q sit vacillãti & titubãti aĩo.

8. *Glorietur autem frater humilis in exaltatione sua.* Græcè est, ἐν τῷ ὕψει, id est, in sublimitate, noster autem legit ἐν τῇ ὑψώσει, id est, in exaltatione. Exaltationem autem vocat tribulationes pro Christo, per quas teste Paulo intrare nos oportet in regnum cælorum. Hic autem mundi sapientiam ridet, dum exaltationem vocat & sublimitatem, quod ipsa summam putat ignominiam, scilicet mũdo nullius esse precij. Quod verò sequitur, *Dives autẽ in humilitate sua*, Græcè est ταπεινώσει, id est, humiliatione, quo loco Græca scholia dicũt eclipsim esse, vt sit sensus, Dives autẽ in humiliatiõe sua erubescat, sed quã eclipsim ne nimis durus viderẽ, de industria affectarit apostolus: alioq ironicè legendũ est, Glorieẽ dives, q nũc suis diuitiis effertur, in humiliatiõe, quę illũ manet: neq; enim fluxa hęc illius gloria stare diuti⁹ potest, quinimò sicut flore fœni velociter transeũte, vbi sol illuxerit paulò ardentior, arescit fœnũ, peritq; illi⁹ decor & gloria: ita subitò trãseũte mũdana illa diuitũ gloria, vbi p ardorẽ districti iudicij, seu in morte, seu nouissimi, sol illuxerit iustitiæ: reproborũ diuitum decor perit & gloria: quẽadmodũ de fœno præmisit, q⁹ decor vultus eius deperiit: vbi Græca habẽt, ἐξεπορεύετο τὸ πρόσωπον, quo loco Græca scholia dicũt abusum esse apostolũ vocabulo τ προσώπου, qđ de homine tãtũ dicit. Certè molli⁹ erat si interpres vertisset decor faciei eius, q̃ vultus: nã vultus, qđ quidẽ viderim, de hoĩe tantũ aut animãtibus dicitur, facies verò de inanimis etiã. Salustius enim de vrbe dixit, quibus rebus immutata facies vrbis erat: & de arbore Plinius, nec arboris ipsi⁹ quę sit facies cõstat: ita faciẽ fœni recti⁹ dixeris q̃ vultũ. Sicut ergo fœnum, inquit, aruit, & decor faciei eius deperiit:

Ita

Luc. 11.b. Ioan. 14.b. & 16. c.f.

B Eccl. 14.c. Esa. 40.b. 1.Pe. 1.d. Iob. 5.c.

piat aliquid à domino.[7] *Vir duplex animo, inconstans est in omnibus uiis suis.*[8] *Glorietur autem frater humilis, in exaltatiõe sua: dives autem in humilitate sua: quoniam sicut flos fœni transibit. Exortus est enim sol cum ardore: & arefecit fœnum, & flos eius decidit, & decor uultus eius deperiit. Ita & dives in itineribus suis marcescet. Beatus uir qui suffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam uitæ, quam repromisit deus diligentibus se.*

Ita diues in itineribus suis marcescet, id est, in actionibus, per quas superbus ambulabat, peribit. pro eo autem quòd penè omnes Græci habent ἐν ταῖς πορείαις, id est, in viis aut itineribus, antiquus codex Græcus sumptus è bibliotheca diui Dionysij iuxta Lutetiam Parisiorum, habet πορίαις, per simplex ι, id est, in abundantiis suis & facultatibus, quod vtique magis hoc loco quadrat, q̄ scilicet diues in diuitiarum affluentia marcesceret.

9. Nemo quum tentatur, &c. Antea nomine tentationis p̄secutiones intellexit: nunc de iis agit, quas interius instigante diabolo, vel suadente naturę fragilitate toleramus. sic enim Augustinus de verbis domini: Est tentatio inducens peccatum, qua deus neminem tentat, est & tētatio probās fidem, qua tentare deus hominē dignatur. Nemo, inquit, quum tentatur, dicat quoniā à deo tentatur, Græcè ὅτι ἀπὸ θεοῦ πειράζομαι, id est, quoniam à deo tentor, & ita habet Latinus codex, ante annos sexaginta prælo excusus: *Quoniam deus*, inquit, *intentator est malorum*. Græcè ἀπείρασος quod actiuè & passiuè sumi potest, Passiuè sensus est: Deus malis nostris non tentatur, id est, malitiis: sed præstat actiuè legere: quòd scilicet, deus malos homines nō tentat: hęc enim sententia refertur ad præcedentem: Nemo dicat quoniam à deo tentatur: deus enim intentator est malorū: quod simili sententia confirmat, dicens, Ipse autem neminem tentat. vnusquisque verò tentatur à concupiscentia sua abstractus & illectus in malū. pro illectus autem, Græcè est δελεαζόμενος, id est, inescatus: quod alludit ad concupiscentiæ suauitatem.

[9] *Nemo cùm tētatur dicat quoniam à deo tentatur. Deus enim intentator malorum est: ipse autem neminem tentat. Vnusquisque verò tentatur à concupiscentia sua abstractus & illectus. Deinde* [10] *concupiscentia cùm conceperit, parit peccatum: peccatum verò cùm consummatum fuerit, generat mortem. Nolite itaque errare fratres mei dilectissimi. Omne datum optimum, & omne donum perfectum, de sursum est, descendens à patre luminum:*

10. Concupiscentia, &c. Concupiscentia delectationem rei prohibitæ excitat, neque verò delectatio statim mortalis est, præsertim si in ea non immoremur: Impossibile est enim visis non affici: at quum delectationi iuncta concupiscentia *conceperit*, id est, delectationem ad consensum vsque perduxerit, tunc parit peccatum. Peccatum autem quum consummatum fuerit per plenum consensum, & externi operis executionem, generat mortem: mortem scilicet æternam & gehennæ.

[11] *apud quem non est transmutatio, nec uicissitudinis obūbratio.* [12] *Voluntariè enim genuit nos uerbo ue-*

11. Apud quem non est transmutatio, neque vicissitudinis obumbratio. Græcè, παρ' ᾧ οὐκ ἔνι παραλλαγὴ ἢ τροπῆς ἀποσκίασμα. τροπὴ autē mutationem & conuersionem significat: & Proclus in sphæra, pro solis reciprocatione sumit, cuius hæc sunt verba: ὁ δὲ χειμερινὸς τροπικὸς κύκλος, τέρμα ἐστὶ τῆς πρὸς μεσημβρίαν πορείας τοῦ ἡλίου, ἢ πάλιν χειμερινὴ τροπὴ περιέχει, quæ ita vertit Thomas Linacer: Brumalis tropicus solis ad austrum progressi meta est, & brumalem eius in se reciprocationē habet. Notandum autem q̄ quanto magis sol accedit ad nos, tāto minus vmbræ facit: contrà quanto magis recedit, tanto plus. Itaq; ἀποσκίασμα τῆς τροπῆς, dicitur obumbratio solis, quæ fit per vices, & per ipsius reciprocationem, atque à tropico in tropicum conuersionem. Vult ergo Iacobus q̄ apud patrem luminū à quo omne datum optimum & donum perfectum, lumen est perpetuum gratię & bonitatis: nec transmutatio vlla est, aut vicissitudinis obumbratio, id'est, vicissitudinaria luminis obumbratio, quomodo in sole nostro est per τὴν τροπήν, id est, solis cōuersionē, & à tropico in tropicum reciprocationem. Deus enim lux est (inquit Ioannes) & tenebræ in eo non sunt vllæ. Certè Augustinus in libro de speculo, hunc locum bellè ad eam intelligentiam explicat, dicens: Deus omnipotens, apud quem non est transmutatio. & ideo cursus temporis notis dieiq; alternatione apud te nequaquam variatur: hoc verè est τροπῆς ἀποσκίασμα obumbratio scilicet, per conuersionem solis & reciprocationem à tropico in tropicum: hoc autem in deo non fit, quippe qui immutabilis. ideoque apud eum nulla nox, dies autē perpetua, quia lux est indeficiēs. Augustinus libro primo de ciuitate dei, legit, nec momenti obumbratio, & ita ῥοπῆς, quod momentū significat pro τροπῆς legisse videtur, & sic esset sensus, apud quē nec vllā transmutatio, nec etiam momentanea obumbratio.

12. Voluntariè, &c. volūtate scilicet, nō necessitate. Græcè est βουληθεὶς, id est, volens. Genuit autem nō carnaliter, sed spiritualiter *verbo veritatis suæ*, id est, per fidem in verbum, & vnigenitum verbum sicut Ioannes ait, Potestatem dedit filios dei fieri iis qui credunt in nomine eius, qui non ex sanguinibus, neq; ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex deo nati sunt.

13. Vt

13. Vt *simus initium aliquod creaturæ eius.* siue creaturarum, nam Græcè est τῶν κτισμάτων, id est, vt principatū obtineamus inter creaturas eius: quem sensum magis explicant Græca, si ἀπαρχήν, pro primitiis sumamus, hoc modo: Vt simus primitiæ quædam creaturarum eius. i. excellentiores ac præstantiores inter omnes creaturas. interpretatur enim Græci, τῶν ἀπαρχὴν τῆς πρώτης καὶ τιμιστάτης, id est, primos & honore præcipuo dignos: κτίσματα autem, id est, creaturas, interpretatur κτίσιν ὁρωμένην, id est, creaturam aspectabilem.

ritatis, [13] *ut simus initium aliquod creaturæ ei*[9]. [14] *Scitis fratres mei dilectissimi, Sit autē omnis homo uelox ad audiēdum: tardus autem ad loquendum, & tardus ad iram. Ira enim uiri, iustitiam dei non operatur. Propter quod abÿcientes omnem immunditiam, & abundantiam malitiæ, in mansuetudine suscipite insitum uerbum, quod potest saluare animas uestras. Estote autem factores uerbi, & [15] non auditores tantùm: fallentes uosmetipsos. Quia [16] si quis auditor est uerbi,* Prou. 17.d. Matt. 7.d. Rom. 2.b.

14. *Scitis fratres mei dilectissimi.* Græcè ἀγαπητοί. i. dilecti. noster legit ἴστε, id est, scitis & intelligitis verum esse quod dico: quanquam Græca nunc habeant ὥστε, id est, quapropter fratres mei dilecti, sit omnis homo velox ad audiendum, &c. nec habent τό autem, quod noster interpres legit.

15. *Non auditores tantum.* Erasmus negat inueniri τό *tantum* in Græcis codicibus, aut si inuenitur, additum. Dionysianus tamen codex non translatum in marginem, sed in contextu habet καὶ μὴ μόνον ἀκροαταί, id est, & non auditores tantum.

16. *Si quis auditor est verbi & non factor, hic comparabitur viro considerāti vultum natiuitatis suæ,* id est, natiuam faciem suam, in speculo: Considerauit enim se & abiit, & statim oblitus est qualis fuerit. Si quis auditor tantum verbi, omnem euangelij fidem teneat, mysteria omnia nouerit, nequaquam autem ad euangelij normam viuat, digna fide opera faciens, hic proculdubio similis est illi, qui natiuā faciem suam in speculo inspicit tantum, non solicitus nævos abstergere, aut maculas abluere, atque ideo quia de curanda facie nō cogitauit, nec maculas abstergere studuit, statim vt se īspexit, abijt, ac mox oblitus est qualis fuerit: Sic qui auditor tantum est verbi, vultum quidem natiuitatis suæ spiritualis, qualis esse debet in euangelij verbi speculo videt quidem: sed videt tantū, nec ad illius normam

mam per bona opera sese studet componere. Græci explicant quòd qui auditor tantum est verbi, videt in literarum sanctarum speculo qualis quantúsque sit: nimirum quòd ad dei gloriam conditus est, & ad ipsius effictus similitudinem: sed quia auditor tantum, non item factor est diuini verbi, non est illi curæ ad eiusmodi effigiem se componere: non magis quàm illi, qui se in speculo contemplatus, statim abiit & oblitus qualis fuerit, curę fuit nævos aut faciei suę maculas abstergere.

D *& non factor: hic comparabitur uiro considerāti uultum natiuitatis suæ in speculo. Considerauit enim se: & abiit, & statim oblitus est qualis fuerit.* [17] *Qui autem perspexerit in lege perfectæ libertatis, & permanserit in ea, non auditor obliuiosus factus, sed factor operis: hic beatus in facto suo erit. Si quis autem putat sē religiosum esse, non refrenans linguam suam, sed seducens cor suum: huius uana est religio. Religio munda & immaculata apud deum & patrem hæc est, Visitare pupillos & uiduas in tribulatione eorum: & immaculatum se custodire ab hoc seculo.*

17. *Qui autem perspexerit in lege perfectæ libertatis, & permanserit in ea:* Græcè ὁ δὲ παρακύψας εἰς νόμον τέλειον τὸν τῆς ἐλευθερίας, id est, q̄ prospexerit in legem perfectam, quæ est libertatis, & permanserit in ea: παρακύπτω autem vnde hic est aoristus, παρακύψας, ἀπὸ παρὰ & κύπτω componitur, itaq; quum κύπτω significet inclinare se & demittere oculos ad aliquid intuendum, & παρὰ in compositione nō tantum significet obiter, sed etiam trans ac prope, vt in παρακολουθεῖν, mihi videtur παρακύπτειν, de eo dici, qui intuendi studio ac penitus introspiciendi sese inclinat: atque ita sensus esset, si quis propius in legem libertatis inspexerit. & quia inspicere nō sufficit, vt anteà dixit de eo, q̄ vultū suum intuetur in speculo & statim abit, addidit, & permanserit in ea. quidam Græci addunt οὕτως, id est, sic: id est, qui vt propius legem intueatur sese inclinarit, & sic videndi studio intentus in ea permanserit, non auditor obliuiosus factus, (vt is qui se in speculo contemplatus abiit) sed factor operis, hic beatus in facto suo erit. Legem autem perfectæ libertatis seu perfectam legem in libertate sitam, legem euangelicam signat, per quam liberati à filio dei, verè liberi sumus.

1. No-

1. *Nolite in personarum*, id est, nolite existimare profuturã vobis fidẽ & fiduciam quam habetis in Christum Iesum dominum gloriæ, si quidẽ accipitis personas: neq; enim verè cõfiditis in Christũ, quando spretis pauperibus, & à conuentu vestro publico abiectis, diuites honoratis, illisq; assurgitis: sic enim ostenditis non omnem vos in Christum fiduciam collocare, qui nonnihil à ditioribus speratis: nolite ergo cũ personarũ acceptione habere fidẽ domini nostri Iesu Christi gloriæ, id est, glorioſi domini nostri Iesu Christi: neque enim (vt Erasmus vertit) τῆς δόξης, hic pro opinione sumitur: sed Hebraismus est, domini gloriæ, pro glorioſi domini.

2. *Nonne iudicatis apud vosmetipsos?* Interps legit διακρίνετε, id est, nónne iudicare præsumitis? quod Christus vetat, dicens: nolite iudicare, & nõ iudicabimini. nónne ergo iudicatis apud vosmetipsos, id est, vestra auctoritate iudicium de fratribus vsurpatis, dum falsò & iniquè pauperem contumelia, diuitem honore afficiendum putatis? & facti estis iudices cogitationum iniquarũ, id est, iniquè iudicantes, dum pauperes negligitis, & diuitibus assurgẽdum dicitis? Græca tamen, quæ nũc extant, habent καὶ οὐ διεκρίθητε ἐν ἑαυτοῖς, vbi ὁ καὶ, vt latinum &, παραλλήλου est. Hoc est, nónne iam iudicati & conuicti estis apud vosmetipsos, & cogitationum iniquarum iudices facti? Græci explicant iudices cogitationum iniquarum, id est, iniqui iudices: mihi τὸ διαλογισμῶν, nõ tam cogitationum quàm ratiocinationum signifi-

ARGVMENTVM *Cap. 2.*

¶ Inhibita personarum acceptione, pauperes à deo electos ostẽdit, deinde ne qua in re legem prænaricentur, hortatus, ad misericordiam inuitat, multis scripturæ testimoniis docens mortuam esse absque bonis operibus fidem.

CAPVT II.

FRatres mei, [1] *nolite in personarũ acceptione habere fidem domini nostri Iesu Christi gloriæ. Etenim si introierit in conuentum uestrum uir aureum annulum habens, in ueste candida, introierit autẽ & pauper in sordido habitu, & intendatis in eũ qui indutus est ueste præclara, & dixeritis ei, Tu sede hic bene, pauperi autem dicatis, Tu sta illic, aut sede sub scabello pedum meorum:* [2] *nónne iudicatis apud uosmetipsos: & facti estis iudices cogitationum iniquarum? Audite fratres mei dilectißimi. Nónne deus elegit pau-*

A Leui. 19.c. Deu. 1.c, et 16.d. Prou. 24.c. Eccle. 42.a.

significare videtur, vt sit sensus, facti estis iudices peruersarũ ratiocinationũ. i. peruersè ratiocinantes, dum iudicatis & concluditis, hũc honorandum quia diues, illum abiiciendum, quia pauper est.

3. *Nónne ipsi blasphemãt bonum nomen, quod inuocatũ est super vos?* multi ac penè omnes de diuitibus infidelibus intelligũt: mihi potius de Christianis diuitibus videtur intelligẽdũ. Neq; enĩ vero simile est, q̃ ad sua cõuẽticula, quæ rerũ suarũ & maximè fidei gratia factitabãt, infideles ipsi diuites vocarent, & Christianis pauperibꝰ anteponerẽt: sed de Christianis ditioribus est sumendũ, quibus solis, à vulgo reiectis pauperibus, assurgebatur: qui elati suis diuitiis alios opprimebãt, pro cõtractis à se nominibus in iudiciũ illos trahẽtes: qua de re damnat Paulus Corinthios, qui pro re pecuniaria apud iudices, maximè Ethnicos contenderẽt. 1. Corint. 6. Et quum ita molesti essent pauperibus Christianis, bonum Christi nomen blasphemabãt. Dũ enim ꝓ re nũmaria litigari à christianis inter se, viderẽt infideles: ad blasphemias & cõuitia Christi fidem trahebãt.

res in hoc mũdo, diuites in fide & hæredes regni, quod repromisit deus diligentibus se? Vos autem exhonoraſtis pauperem. Nónne diuites per potentiam opprimunt uos: & ipsi trahunt uos ad iudicia? [3] Nónne ipsi blasphemant bonum nomen, quod inuocatum est super uos? Si tamen legem perficitis regalem secundum scripturas, Diliges proximum tuum sicut teipsum: bene facitis. si autem personã accipitis, peccatum operamini, redarguti à lege quasi transgressores. [4] Quicunque autem totam legẽ seruauerit, offendat autem in uno: factus est omnium reus. Qui enim dixit, Non mœchaberis, dixit, & non occides. Quòd si non mœchaberis, occides autem: factus

Leui. 19.d. ▸ att. 22.d. Mar. 12.c. Rom. 13.c. Gala. 5.c. Leui. 19.c. Deu. 1.c. et 16.d. Matt. 5.c.

4. *Quicunque totam legem seruauerit, offendat autẽ in vno, factus est omniũ reus.* non ꝓ quisquis fur est, idem homicida sit aut adulter: sed quũ (vt ait Paulus) debitores simus vniuersæ legis faciendæ, qui in vno præcepto mortaliter offenderit, omniũ reus est factus, quia legis vniuersitatẽ, quã implere oportebat, nõ impleuit. Augustinus & Beda exponũt, qui offenderit in vno. i. præcipuo charitatis præcepto, quæ est plenitudo legis, quodammodo omnium reus est, quia contra illud præceptum facit, in quo pendent omnia. Nam in vno dilectionis verbo pendent omnis lex & prophetæ, & omnia in illam tanquam ad caput & summam rediguntur.

5. *Sic loquimini & sic facite, sicut per legẽ libertatis incipientes iudicari.* Græcè est μέλλοντες κρίνεσθαι, id est, iudicandi: hoc est, sic loquimini & facite sine vlla personarum acceptione, tanquam per legem libertatis, euangelicam scilicet, iudicandi: cuius trangressores maius iudicium manet, quàm Mosaicæ: (vt Paulus docet Hebræorum 1. & 10.) id est, tales vos gerite verbo & facto, & tã cautè: quasi per legem libertatis, id est, euãgelicam, quam regalem vocauit, iudicandi.

6. *Iudicium enim sine misericordia fiet, ei qui non facit misericordiam:* ideoque tanquam per legem euangelicam iudicandi, misericordes estote in pauperes. quia autem terruerat eos iudicij mentione facta tam seueri, subdit. *Superexaltat autem misericordia iudicium.* Græci legunt κατακαυχᾶται, id est, exultat aduersus iudicium, quanquam illud κατακαυχᾶται aiunt sumi, ἀντὶ τοῦ νικᾷ, καταγωνίζεται, ἀτιμαζύνει, id est, pro vincit, exuperat, & obtũdit: fortè quia victores aduersus victos exultare solent. sensus ergo est iuxta Græcos, quòd si contenderet misericordia cum iudicio, vinceret: quia miserationes domini super omnia opera eius, hoc modo non malè vertit interpres, superexaltat: si modò ita vertit, ac nõ librarij vitio a pro u positum est.

es transgressor legis. [5] *Sic loquimini, & sic facite sicut per legem libertatis incipientes iudicari.* [6] *Iudicium enim sine misericordia, illi qui non facit misericordiam. Superexaltat autem misericordia iudicium. Quid proderit fratres mei, si fidem quis dicat se habere, opera autem non habeat? Nunquid poterit fides saluare eum?* [7] *Si autem frater aut soror nudi sint, & indigeãt victu quotidiano, dicat autem aliquis ex uobis, illis: Ite in pace, calefacimini & saturamini: non dederitis autem eis, quæ necessaria sunt corpori: quid proderit? Sic & fides, si non habeat opera,* [8] *mortua est in semetipsa. Sed dicit quis, Tu fidem habes, & ego opera habeo.* C D

7. *Si autem frater aut soror, &c.* quemadmodum nudum illud verbũ, quod dicis fratri, ito in pace, saturare, nisi pastum re ipsa illi præbeas, nihil illum iuuerit: ita nil te iuuat fides, congruis destituta operibus.

8. *Mortua est in semetipsa.* Græcè καθ' ἑαυτήν, id est, per se: hoc est, sola sine operibus. quomodo autem fides sine operibus non iustificet, & quomodo ex operibus, vide in præfatione scholiorum in epistolas

epistolas diui Pauli, vbi Iacobus & & Paulus conciliantur, in hoc videlicet quòd Paulus errorem Iudæorum refellit, qui se meritis bonorum operum, quæ in lege præcesserant ad euangelicam gratiam peruenisse putabant: asserentes non esse ad eam recipiendos Gentiles idololatras: vnde asserit Paulus nõ posse iustificari hominem ex operibus fidem precedentibus. Hic autem arguit eos Iacobus, qui sumpta ex verbis Pauli occasione, semel indepta fide otiosi degebant, satis esse illam credentes vel otiosam, ad salutem: qua in hæresi multos annos fuisse Lutheranos docet Georgius Vincelius, homo diu Lutherismo addictus, dei autem gratia ad fidem & ecclesiæ vnionem reuersus, & acer Lutherismi oppugnator.

[9] ostende mihi fidem tuam sine operibus: & ego ostendam tibi ex operibus fidem meam. Tu credis quòd unus est deus. Bene facis, & [10] *dæmones credunt & contremiscunt.* [11] *Vis autem scire ô homo inanis, quoniam fides sine operibus otiosa est? Abraham pater noster nónne ex operibus iustificatus est, offerens Isaac filium suum super altare? Vides quoniã fides cooperabatur operib⁹ illius: et ex operibus fides cõsummata est?* [12] *Et suppleta est scriptura, dicens: Credidit* Gen. 22. b. 1. Ioh. 3. c.

9. *Ostende mihi fidem tuam sine operibus.* Interpres legit δεῖξόν μοι τὴν πίστιν σου, id est, sine operibus tuis: Græca autem habent δεῖξόν μοι τὴν πίστιν ἐξ ἔργων μου, id est, ex operibus: & facilis est lapsus ab ἐξ ἔργων in ἐκ τῶν ἔργων & contrà, quanquam textus Veronensis habet tantum, δεῖξόν μοι τῷ πίστιν σου, id est, ostende mihi fidem tuã: deinde, & ego ostendam tibi ex operibus fidem meam: quasi diceret, tu qui opera non habes, fidem ostendere non potes: ego quam habeo, ex meis operib⁹ ostẽdere possum. Est autẽ sensus, Tu qui rectè operari negligis, falsò te fidẽ habere iactas: quã si ita est, ostẽde mihi ex operibus fidem tuam: & ego ex operibus fidem meam ostendam.

10. *Dæmones credunt*, quando cõfitentur ex euangelio Matth. Quid nobis & tibi Iesu fili dei?

11. *O homo inanis.* inanem vocat, fructu bonorum operum vacuum, de nuda fide gloriantem.

12. *Et suppleta est scriptura.* Græcè ἐπληρώθη. i. impleta est, dicens: Credidit Abraham. i. sensus scripturæ dicentis Abrahæ fidem imputatam esse ad iustitiam, impletus est: quando ad fidem ipsius accesserunt opera, vt filij oblatio.

1. *Nolite plures magistri fieri.* his verbis mu'torum effrenem inhibet audaciam, qui statim vt baptizati erant, temerè docendi alios munus vsurpabant: ita vt quidam Antiochiam profecti docerent non esse sine circunciſione ſalutem. Acto. 15. & 1. Timoth. 1. Q idam aberrantes conuersi sunt ad vaniloquiũ, volentes esse legis doctores, non intelligentes neque quæ loquuntur, neq; de quibus affirmant. Ambitionem igitur inanis tituli, & doctrinarũ varietatẽ inhibet Iacobus, alioqui seſe Paulus doctorẽ gentiũ iure appellat. Nolite ergo ambire (inqt) docẽdi munus, alioqui maius iudiciũ. i. condemnationem (vtrũq; enim significat κρίμα) sumitis, vbi pro sumitis Græci legunt λημψόμεθα. i. sumem⁹ & incurrem⁹. in multis enim omnes offendimus: q⁹ si omnes, multò grauius, qui docendi munus gerũt: quando verbo & exẽplo lucere aliis debent.

2. *Si quis in verbo non offendit, hic perfectus vir.* quoniã est admodũ difficile non labi in verbo, qui linguam suã ab omni malo, aut otioso verbo cõtinet, indubiè perfectus est, & totum etiã corpus freno circunducere potest, id est, instar periti sessoris carnem ſuam domare, ne pro more ferocientis equi quò lubet feratur, ſed per rectum iter illam agat.

3. *Si autem equis fræna, &c.* varia fuit olim lectio Græcis & Latinis. Beda indicat

Abraham deo, & reputatum est illi ad iustitiam, & amicus dei appellatus est. Videtis quoniam ex operibus iustificatur homo: & non ex fide tantum? Similiter & Raab meretrix nónne ex operibus iustificata est, suscipiens nantios, & alia uia eiiciens? Sicut enim corpus sine spiritu mortuum est: ita & fides sine operibus mortua est. Gen. 25.b. Rom. 4.a. Gala. 3.a. Ioſue. 2.a.

ARGVMENTVM Cap. 3.

¶ *Docendi ambitione coercita, linguæ cõmoda & incommoda aperit: deinde ab æmulationibus & contentionibus deterrens, animalis & spiritualis ac cæleſtis sapientiæ differentiam explicat.*

CAPVT III.

¹ Olite plures magistri fieri fratres mei, scientes quoniam maius iudicium sumitis. In multis enim offendimus omnes. ² Si quis in uerbo nõ offendit: hic perfectus est uir, potens etiam fræno circunducere totum corpus. ³ Si autem equis fræna in ora mittimus, ad consentiendum nobis, omne corpus illorum circunferimus. Et ecce, naues cum magnæ sint, A Matt. 23.a.

legi quibuſdam, *Sicut autem*: græca autem habent, ἴδε vel ἴδὲ &. i. ecce equis frena, &c. noſter legit, εἰ δὲ. i. ſi autem, & ſimiliter cum illo codex Veronenſis εἰ δὲ. Est ergo ſenſus, Si autem equis frena in os mittimus ad conſentiendum nobis: græce πρὸς τὸ πείθεσθαι αὐτοὺς ἡμῖν. i. vt nobis illi pareant, vtq; obedientes illos nobis ac morigeros reddamus, & omne corpus illorum circũferimus. i. pro arbitrio agimus: ſubaudiendum ad hũc locum, inquit Beda quanto magis efficiendum est, vt nobis ipſis frena continentiæ in os mittamus? mihi autem videtur hoc loco, & omne corpus illorum circunferimus, τὸ &, ac Græcum καὶ, ſuperfluere, vt plerunque fit, & tunc nihil ſupplendum, eſtque ſenſus: ſi autem in ora equorum frenos mittimus, omne illorum corpus circunferimus: ita qui linguæ fræna imponit, quoquo vult eam agit, nec ſinit præcipitem ferri. Si legis, ecce autem, connecte ſequentibus, & omnium ſenſus est: quemadmodum fræno molem corporis equini, vt viſum est, & quo viſum est, agimus: *& naues quum magnæ sint*, Græcè τηλικαῦτα ὄντα, id est, quum tantæ sint, *& à ventis validis minentur*, Græcè ἐλαυνόμενα, id est, agitentur: tamen modico gubernaculo ad dirigentis arbitrium aguntur: quaſi diceret, videtis quantulum ferri in fræno, quantam vim habeat aduerſus potentem equum? quantula ligni pars in ampla naui poſſit? ita lingua modicum quidem membrum est, ſed tamen non negligenda. Sicut enim, ſi freni curam non habes, aut gubernaculi, præceps fertur equus, & nauis in profundum ruit: ita niſi linguam dirigis, totum animi tui ſeſſorem corpus præceps agit: & totam corporis nauem mergit in profundum. Quæ etſi minima videtur, magna tamen exaltat pro *magna exaltat*, Græcè est μεγαλαυχεῖ: Est autem μεγαλαυχεῖν, magnificè ſe iactare, & ſeſe venditare: quod & ἀλαζονεύεσθαι Græci dicunt. Et Beda indicat quibuſdam legi pro exaltat, exultat: eo ſenſu quo exultare ſignificat iactanter gloriari, & impotentem ſe gerere: ſicut ſumit Tullius in libro de Senectute de Fabio loquẽs: Annibalem iuueniliter exultantem, patientia ſua molliebat: quod & ferocire dicere poſſumus. Est ergo Græcis ſenſus, Lingua etſi minutum membrum est, non est tamen contemnenda: μεγαλαυχεῖ nanque ſæpius, id est, exultat & ferocit, vt contineri non poſſit,

sint, & à uentis ualidis minentur: circunferuntur à modico gubernaculo ubi impetus dirigentis uoluerit. Ita & lingua modicum quidẽ membrum est, & magna exultat.
B *Ecce quantus ignis quàm magnam*

nisi frenum adhibeas rationis deinde vim illius pergens ostendere: Ecce (inquit) quantus ignis quàm magnam syluam incẽdit: pro *quantus*, Græcè est, ὀλίγον πῦρ, id est, modicꝰ ignis, vnde potuit interpres vertisse, quantulus: quanquam textus Veronẽsis habet, ἰδοὺ ἡλίκον πῦρ, id est, ecce quantus ignis: & hoc modo ironicè legendum, Videte quãtò & quàm magno igni opus est ad incendendam syluam: quasi dicat, non multo opus est: atque ita bene vertit interpres. Bene autem igni comparatur, sicut enim à modica scintilla ignis profectus magnam sæpe syluam incendit, ita linguæ incontinentia suis nutrita licentijs magnam bonorum operum materiã sæpe incendit & pdit.

syluam incendit! Et[4] *lingua, ignis est, uniuersitas iniquitatis. Lingua cõstituitur ĩ mẽbris nostris, quæ maculat totum corpus, &*[5] *inflammat rotam natiuitatis nostræ inflãmata*

4. *Lingua ignis est, vniuersitas iniquitatis.* Græcè est ὁ κόσμος τῆς ἀδικίας, id est, mundus iniquitatis, vnde & rectè interpres vertit vniuersitas iniquitatis, quòd vniuersas in se iniquitates contineat. Græci quidam exponunt τὸν κόσμον τὸ πλῆθος, id est, multitudinem: vt sit lingua multitudo & cumulus iniquitatum. Alij sumunt δυ κόσμου, & mundum, pro ornamento: vt lingua sit ornamentum & honestum iniquitatis operimentum: nã de vi & potestate linguæ Græca scholja hoc loco aiũt. κοσμεῖ τὴν ἀδικίαν διὰ τῆς τῶν ῥητόρων λυγλώττου δυνάτητος, id est, ornatã reddit iniquitatem vi quadã oratorum dicendi vehementissima.

5. *Inflammat rotam natiuitatis nostræ inflammata à gehenna.* pergit ostendere linguæ incommoda ferocientis, vt compescere illam studeamus: quam & superius vniuersitatem iniquitatis, id est, omnia in se mala continentem vocauit. Inflammat, inquit, & incendit rotam natiuitatis nostræ: Græcè, τὸν τρόχον, id est, incessabilem vitæ cursum, quo à die natiuitatis vsque ad mortem velut semper currente rota incessãter agimur: vel τροχὸν vltima acuta, id est, rotam aut rotationem natiuitatis nostræ: quo vocabulo vitam nostram intelligunt Græci, quòd semper in sese voluatur. inflammat autem lingua noxia vitam nostram, quum statim omnem nostræ conuersationis rationem praua loquendo contaminat: & naturæ in primo parente læsæ vitium, noxijs & ineptis sermonibus auget & incẽdit. Non est autem natura huiusmodi, sed oblæsæ naturæ vitio id fit. vnde ait, à gehenna inflammata, id est, incitata à diabolo gehennæ & inferni ciue.

6. *Omnis*

6. *Omnis enim natura.* deterior est lingua peruersa omni re alia, quæ bestias ferocitate, volucres leuitate, serpentes virulentia præcellit, quòd omnia hæc truculenta, hominum industria domantur: sola lingua domari nequit. pro eo autem quòd habet, volucrum, serpentum & cæterorum, videtur legisse interpres, καὶ τῶν ἄλλων, id est, aliorum siue cæterorum: q̃q̃ Græca habent τῶν ἐναλίων, id est, marinorum: quasi naturam marinarum beluarũ mansuefieri Iacobus dicat, sicut delphinas cicuratos legimꝰ. Et fortè interpres vertit cetorum, quòd cetus belua sit marinarum ferocissima: & librariorum vitio fortassis positum est cæterorũ pro cetorum. itaque inquit quum ferocissima quæque cælo, terra, ac mari domentur animalia: linguam hominum nullus domare potest: est enim malum inquietum, Græcè ἀκατάσχετον, id est, incoercibile: teneri enim ab alio & coerceri nequit.

à gehenna. [6] *Omnis enim natura bestiarum & uolucrum & serpentium & cæterorum domantur, & domita sunt à natura humana: linguam autem nullus hominũ domare potest, inquietum malum, plena*
C *ueneno mortifero. In ipsa benedicimus deũ & patrẽ: & ĩ ipsa maledicimus homines qui ad imaginẽ & similitudinem dei facti sunt. Ex ipso ore procedit benedictio & maledictio. Nõ oportet fratres mei hæc ita fieri. Nunquid fons de eodem foramine emanat dulcem, &* amarã *aquam?* [7] *Nunquid potest fratres mei ficus uuas facere, aut uitis ficꝰ? Sic neque salsam, dulcem potest facere aquam. Quis sapiens & disciplinatus inter uos? Ostendat ex bo-*
D *na conuersatione operationem suã in mansuetudine sapientiæ. Quòd si zelum amarũ habetis, & contentiones sint in cordibus uestris: nolite gloriari & mẽdaces esse aduersus ueritatẽ. non est enim ista sapientia*

7. *Nũquid potest ficus uuas facere?* aut aliter legit ĩterpres quàm Græca habeant, scilicet ἐλαίας, id est, oleas, aut quod verius est, oliuas vertit, quemadmodum legit & ĩterpretatur Beda: sed à quo piam propter verbum vitis, conuersum est in vuas: hac autem & præcedente parabola, ostendit nõ esse cõgruũ, imò præter naturã esse, vt ab eadẽ lingua aut ab eodẽ ore (id enĩ significat *ex ipso ore*. i. eodẽ) maledictio pdeat & benedictio: q̃ idem fons dulcem & amarã aquã scaturire non potest: neque ficus

oleas aut vuas producere, aut vitis ficus. *Sic neque salsam dulcem potest facere aquam.* Græca habet οὕτως οὐδεμία πηγὴ ἁλυκὸν καὶ γλυκὺ ποιῆσαι ὕδωρ, id est, sic nullus fons dulcem & amaram aquam facere.

8. *Terrena, animalis, diabolica.* mundi sapientia terrena est, id est, terrenis bonis per auaritiã ihiãs.

aïalis, Græc. ψυχικὸν. i. carnalis, ab aïa quæ, p affectu carnis plerũque sumitur, vnde Paulus: Aïalis homo non sapit ea quę sunt spũs dei. Diabolica siue dæmoniaca, Grecè δαιμονώδης. i. non à diuino sed diabolico spiritu proficiscens. Omne enim qđ est in mundo, aut est concupiscentia oculorum, aut cõcupiscentia carnis, aut superbia vitæ, quæ opus proprię est diaboli. Sapientia autem quæ de sursum est, pudica est, Græcè ἁγνὴ, id est, pura & casta, pacifica, modesta: ἐπιεικὴς, id est, humana & ęquabilis, suadibilis, Græcè εὐπειθὴς, tractabilis, cui facilè persuadetur. *Bonis consentiens*, hoc in modernis Græcis deest. *Iudicans sine simulatione*, Græcè ἀδιάκριτος καὶ ἀνυπόκριτος, id est, neque dissimulans neque aliena facta dijudicans, & cõdẽnãs.

1. *Nónne ex concupiscentiis vestris?* Græcè est, οὐκ ἐντεῦθεν ἐκ τῶν ἡδονῶν. i. nónne illinc ex voluptatibus siue libidinibus & delicijs vestris? vt hoc noíe nõ modo rei venereæ, sed cuiuscunque appetitum illicitum intelligas.

de sursum descendens à patre luminum: sed[8] *terrena, animalis, diabolica. ubi enim zelus & contentio: ibi inconstantia, & omne opus prauum. Quæ autem de sursum est sapiẽtia, primum quidem pudica est: deinde pacifica, modesta, suadibilis, bonis consentiens, plena misericordia & fructibus bonis, iudicãs sine simulatione. Fructus autem iustitiæ, in pace seminatur, facientibus pacem.*

ARGVMENTVM Cap. 4.

¶ *Concupiscẽtiæ malis vnde bella & lites oriantur manifestatis, rationem quur plerũque non exaudiamur ostẽdit. Deinde reiecta mundi amicitia deo humiliter parére illos admonet, animas suas affligere & detractionem vitare, ac nihil certò ob vitæ instabilitatem sibi promittere.*

CAP. IIII.

A VNde bella & lites in uobis?[1] Nónne ex concupiscentiis uestris quæ militant in mẽbris uestris? Cõcupiscitis,

2. *Occiditis*

2. *Occiditis & zelatis*, pro occiditis, quidam Græci codices habent φθονεῖτε, id est, inuidetis, Græca scholia exponũt cædes & bella spiritualiter de nece animarum.

3. *Non postulatis*, id est, non bene postulatis: vnde subdit, petitis & non accipitis, eo quòd male petatis, vt in concupiscentiis siue (vt prius) libidinibus & delicijs insumatis & consumatis.

& non habetis:[2] *occiditis & zelatis, & non potestis adipisci. litigatis & belligeratis. non habetis, propterea quòd*[3] *non postulatis. Petitis, & non accipitis, eo quòd male petatis: ut in cõcupiscentiis uestris insumatis.*[4] *Adulteri, nescitis quòd amicitia huius mundi, inimica est dei? Quicunque ergo uoluerit amicus esse seculi huius: inimicus dei cõ*

B *stituitur. An putatis quòd inaniter scriptura dicat,*[5] *Ad inuidiã concupiscit spiritus qui habitat in uobis? Maiorem autem dat gratiam. Propter quòd dicit, Deus superbis resistit: humilibus autem dat gratiam.*

1. Pe. 5. b. *Subditi ergo estote deo: resistite aũt*

ephes. 4. f. *diabolo: & fugiet à uobis. Appropiate deo: & appropinquabit uo-*

4. *Adulteri, nescitis*, Græci adiunt καὶ μοιχαλίδες, id est, adulteræ. adulteros autem vocat qui sapientiæ cælestis amore relicto, ad amplexus mundanæ amicitiæ deflectunt: quæ (inquit) inimica est dei: Græcè pro inimica est ἐχθρα, quod si accentum habet in prima, inimicitiam significat: si in vltima inimicam.

5. *Ad inuidiam concupiscit spiritus qui habitat in vobis.* Græcè est κατῴκισεν, id est, habitauit: propter quod mihi nõ de spiritu hominis vt putauit Erasmus, sed de spiritu sancto qui per baptismũ habitare cœpit in nobis, ítelligere videtur: tum ob sequẽtem locum: maiorẽ autem dat gratiã: qui de spiritu hominis intelligi non potest. Est autem sensus, Nolite putare inaniter dictum quòd spiritus sanctus qui vos inhabitat per baptismum, concupiscit vos vestrique desiderio ardet: (hoc enim significat verbum ἐπιποθεῖ) vel vsque ad inuidiam. De spiritu enim sancto per ἀνθρωποπαθῶς tanquam de homine loquitur. Sicut enim procus & zelotypus si cuius feruenti amore tenetur, non fert alium quem amat alteri amicitiam præstare, inuidétque illi quem amari sentit: sic spiritus sanctus nostri (vt ita loquar) præ nimio amore zelotypus, non fert indignatúrque si quid huius mundi secum in amicitiam recipiamus: neque in amicitia sui riualem admittit.

Quum

Quum ergo prædixisset quòd plerunque postulata non accipiant, quia noxia postulant, ne putetis inquit inaniter dictum, quòd spiritus sanctus vel ad inuidiã vsque vos cõcupiscit, vestríque desiderio flagrat mundo & diabolo inuidens, qui vos ab sese abalienarunt: *maiorẽ aũt dat gratiã* spiritus sanctus scilicet, quàm mũdus: cuius amicitia deo vos ĩimicos reddit. quibus autem dat gratiam? humilibus, sicut ait, propter quod dicit, subau. scriptura. deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. hic locus in quibusdam deest Græcis codicib⁹: & locus præcedens, Ad inuidiam concupiscit spirit⁹ qui habitat in vobis, verbis expressis in bibliis non inuenitur, licet sensu ipso facilè sit inuenire.

bis. 6 *Emundate manus peccatores, & purificate corda duplices animo.* 7 *Miseri estote & lugete & C plorate. risus uester in luctum conuertatur, & gaudium in mœrorem. Humiliamini in conspectu do-* 1.Pet. 5.b. *mini, & exaltabit uos. Nolite detrahere alterutrum fratres mei.* 8 *Qui detrahit fratri, aut qui iudicat fratrem suum: detrahit legi & iudicat legem. Si autem iudicas legem: non es factor legis, sed iudex. Vnus est enim legislator & iudex qui potest perdere & liberare.*

6. *Emundate manus peccatores*, id est, externas actiones, *& purificate corda*, internas animi actiones, *Duplices animo*, Græcè δίψυχοι, vbi Græca scholia διψύχους vocant, qui nullum viuendi certum genus præstituerunt, sed vacillant semper: vanos scilicet & instabili proposito homines.

7. *Miseri estote*, Græcè est ταλαιπωρήσατε, id est, affligimini: hoc est, affligite animas vestras & corpora, ieiuniis, orationibus, & similibus rebus.

8. *Qui detrahit fratri & iudicat fratrem, detrahit legi & iudicat legem.* quasi ipsa non rectè fecerit vetando ne detrahamus, aut quempiã iudicemus, id est, condemnemus. Hic enim iudicare pro condemnare ponitur. Si autem iudicas legem, id est, vt Græca scholia explicant, condemnas & despicis, non es factor legis, sed iudex: qui iudicas & despicis quasi inutilem. Tuum autem non est iudicare neque abrogare legem, sed eius qui est vnus & solus legislator Christus: quam autem legem iudicat, qui fratrem iudicat? eã quæ ait: Nolite iudicare & non iudicabimini.

9. *Ibimus*

9. *Ibimus in illam ciuitatem, &c.* Omnia hæc futura indicatiui græcis sunt subiunctiui: scilicet, eamus, faciamus, mercemur: sed interpres omnia legisse videtur per ο μικρὸν, vbi autem est faciemus annum, Græci habent ἐνιαυτὸν ἕνα. i. annum vnum, hoc est, annum vnũ degemus. pro eo autem quod habet interpres, ecce nunc qui dicitis, græcè est, ἄγε νῦν λέγοντες, id est ad verbũ, age nũc dicentes, hodie aut crastino ibimus, &c. quia autem legendo relatiuum qui, non est verbum quod sententiam perficiat, mihi videtur participium pro verbo sumi more Hebræorum, vt sit sensus: agite, nunc dicitis, hodie aut crastino ibimus. vt vulgò Galli dicunt, or sus vous dictes, Agite ergo, nunc dicitis & vobiscum ita proponitis, hodie aut crastino ibimus, &c. qui tamen ignoratis quod erit in crastino. Quæ est enim vita vestra? Vapor est ad modicum parens. i. apparens, *pro eo vt dicatis*, id est, pro quo dicere debueratis, Si dominus voluerit. Nam hic locus (qui tamen ignoratis) vsque ꝯ exterminabitur, per parenthesim legẽdus est. Id vult ergo Iacobus, quasi futurorum securi vobiscum proponitis & dicitis, illuc ibimus, mercabimur, lucrabimur: quum adiicere deberetis, si dominus voluerit: quæ est enim & quàm longa vita vestra vt polliceri vobis illud audeatis? quid, inquã, nisi vapor & bulla, quæ statim vbi apparuerit, exterminabitur, id est, euanescet & disparebit? nam græcè est ἀφανιζομένη. i. disparens & euanescens.

D *Tu autem quis es qui iudicas proximum tuum? Ecce nunc qui dicitis,* Rom. 14.a. *Hodie aut crastino* 9 *ibimus in illam ciuitatem, & faciemus ibi quidem annum, & mercabimur, & lucrum faciemus (qui ignoratis quid erit in crastino. Quæ est enim uita uestra? Vapor est ad modicum parens: & deinceps exterminabitur) pro eo ut dicatis, Si dominus uoluerit, & si uixerimus, faciemus hoc aut illud. Nunc autem exultatis in superbiis uestris. Omnis exultatio talis, maligna est. Sciẽti igitur bonum facere, & non facienti: peccatum est illi.*

ARGVMENTVM Cap. 5.

¶ A *congregandis diuitiis diuites auertit, admonens reddendam esse laborãtibus suam mercedem: atque interim crapulis abiectis, patienter domini aduẽtum expectandum, & afflictiones constanter sanctorum exẽplo tolerãdas: deinde interdicto iuramẽto, tristibus orare, tranquillis psallere, & infirmis*

orare

orare simul ac sancto vngi oleo suadet. demum efficacia viq; orationis ostensa, vt peccantem fratrem ad meliorem frugem reducamus, hortatur.

1. Aeruginauit. i. æruginem contraxit. Est autem ærugo propriè æris vicium, sed ad alia etiam metalla transfertur, & ad vicium quoque segetum.

2. Quæ fraudata est à vob. græcè, ἀπεστερημένος ἀφ' ὑμῶν, .i. merces qua illos ipsi priuastis & fraudastis, clamat scilicet ad dominum: & clamor eorum in aures domini Sabaoth. i. exercituum intrauit: Græci pro clamor habent αἱ βοαί. i. clamores.

3. Epulati estis, græcè ἐτρυφήσατε, id est, deliciati estis, genio indulsistis.

4. Addixistis & occidistis iustum, pro addixistis, græcè est κατεδικάσατε, id est, cõdemnastis: ideóque interpres vertit addixistis. est enim addicere morte damnare: vnde Cicero in Pisonem, huius ipsius domum euertisti, cuius sanguinem addixeras, id est, quem morti addixeras: fortè sciolus ignorans quid significaret addixistis, pro eo reposuit, adduxistis: nam in veteribus libris scriptum inuenitur addixistis: iustus autem iste de quo loquitur Iacobus, Christus est, de quo Stephanus Acto. 6. Quem prophetarum non sunt persecuti patres vestri, & occiderunt eos qui annunciabant de aduẽtu iusti: cuius vos nũc proditores & homicidæ fuistis. exprobrat autem illis domini necẽ, quòd cùm iustum & suum Messiam occidissent, proque eo facinore lugere deberent, deliciis tamen & luxuriæ prorsus se mancipa-rent: occidistis ergo iustum (ait) & non restitit vobis, græcè, ἀντιτάσσεται, id est, resistit in præsenti, Græci habent ἐτρυφήσατε ☞ τ⁹ γῆς, μὴ ἐστρηνιάσατε, ἐθρέψατε τὰς καρδίας ὑμῶν, ὡς ἐν ἡμέρᾳ σφα

CAPVT V.

A Gite nunc diuites, plorate, ululãtes in miseriis uestris quæ aduenient uobis. diuitiæ uestræ putrefactæ sunt: & uestimenta uestra à tineis comesta sunt. Aurum & argentum uestrum[1] ærugínauit: & ærugo eorũ in testimonium uobis erit, & manducabit carnes uestras sicut ignis. Thesaurizastis uobis iram in nouissimis diebus. Ecce merces operariorũ qui messuerunt regiones uestras, [2] quæ fraudata est à uobis, clamat: & clamor eorum in aures domini Sabaoth introiuit. [3] Epulati estis super terram: & in luxuriis enutristis corda uestra. In die occisionis [4] addixistis & occidistis iustum, & non restitit uobis. [5] Patientes igitur estote fratres, usque ad aduentum domini. Ecce, agricola expectat pretiosum fructum terræ: patienter ferens donec accipiat [6] temporaneum & serotinum. Patientes igitur estote & uos, & confirmate corda uestra: quoniam aduentus domini appropinquauit. [7] Nolite ingemiscere fratres in alterutrũ: ut non iudicemini. Ecce iudex ante ianuã assistit. [8] Exemplum accipite fratres exitus mali laboris & patientiæ, prophetas: qui locuti sunt in nomine domini. Ecce beatificamus eos

γῆς, id est, deliciati estis. lasciuistis, & enutristis corda vestra *super terram*, id est, quandiu in terra vixistis, sicut in die occisionis victimæ, id est, quum solennes victimæ immolantur, quo die genio omnes indulgent, quasi diceret, omnes dies curando & in deliciis alẽdo corpori, dedistis, quasi perpetuo dies festi & genia'es essent. Si non legimus ☞ vt, sensus est, in die victimæ, id est, solenni die paschæ, quo mactabantur victimæ, iustum Iesum occidistis.

5. *Patientes estote*. hic patientia non pro virtute tolerantiæ, sed pro longanimi expectatione promissionum Christi sumitur, vnde græcè est μακροθυμήσατε, id est, lõganimes estote.

6. *Temporaneum & serotinum*, Græcè est, ὑετὸν πρώϊμον καὶ ὄψιμον, id est, pluuiam matutinam siue tẽpestiuam & serotinam. Est autem sensus: Si agricola pro spe terreni fructus patienter expectat de cælo matutinam serotinamque pluuiam, neq; antè deficit: quanto maiori longanimitate pro spe æternorum bonorum, largitorem eorum dominum Iesum expectare debemus? cuius aduentus non lõgè est, sed appropinqua bit citò, siue appropinquauit, vt Græci habent, ἤγγικε.

7. *Nolite ingemiscere in alterutrum, vt non iudicemini*, id est, si inter expectandum domini aduentum variis vos pressuris & afflictionib⁹ contingit affici, nolite ob id inuicem suspirare & ingemiscere: & contristari tristitia quæ est secundum hoc seculum. *vt non iudicemini*, id est, à domino propter impatientiam cõdemnemini. hoc enim non est constantis animi: sed fortiter durate, scientes quia *ecce iudex ante ianuam assistit*. i. non longè est dominus, sed propè, qui & vestram patientiam remuneraturus & aduersariorum vestrorũ iniquitatem est vlturus.

8. *Exẽplum accipite fratres laboris & patientiæ, & exitus mali*. in græcis codicibus qui nunc extant, nihil est quod respõdeat ☞ exitus mali, ne-

li,neque ℞ patientiæ,sed tantum est τ῀ κακοπαθείας, καὶ τ῀ μακροθυμίας,id est,laboris siue afflictionis & longanimitatis.Exitum autem malum quem posuit interpres,asperam sanctorum mortem accipere oportet,quam sancti prophetæ aliiq; viri sancti passi sunt. hortatur itaque eos sanctorum prophetarum & Iob exemplo, ne deficiant in afflictionibus, considerantes quoniam beati & sancti pro deo & iustitia afflictati sunt.

qui sustinuerũt. 9 *Sufferentiam Iob audistis,& finem domini uidistis, quoniam misericors dominus est et miserator. Ante omnia autem fratres mei,* 10 *nolite iurare, neque per cælum,neque per terram, neque aliud quodcunque iuramentum. Sit autem sermo uester,est est,non non: ut non sub iudicio decidatis. Tristatur aũtem aliquis uestrum ? oret.*

Matt. 5.f.

9. *Sufferentiam Iob audistis,& finem domini vidistis.* Hunc locum quidam exponunt, vidistis sufferentiam Iob & patientiam, quomodo videlicet sit remunerata, quando duplicia recepit in vita sua. Et finem domini vidistis, id est,exitum ac mortem Christi ignominiosam,quãta gloria compensata sit.Mihi videtur de Iob totus locus intelligendus, audistis Iob patientiã,& interim vidistis finem domini,id est,qualis illi finis & exitus à domino deo fuerit,ob id quod sequitur,quoniam misericors, valde misericors . græcè πολύσπλαγχνος est , & miserator:sicut enim afflictati Iob misertus est , sic & vestri miserebitur:vidistis ergo finem domini in Iob scilicet,id est,qualem afflictionum suarum exitum illi dominus dederit aucto in omnibus bonis & dupliciter multiplicato:quoniam misericors & miserator dominus,qui seruum Iob miseratus , & vobis tãdem afflictis benignus præmiator aderit.

10. *Nolite iurare,neq; per cælum,&c.* leuem,priuatam,frequentem,& indiscretam iurandi consuetudinem tollit his verbis: nam & iudicis auctoritate iurare quandoque licet,& ad persuadendam iis qui aliter crediturinon sunt,veritatem. nolite ergo iurare, &c. vt non sub iudicio decidatis,interpres legit ἵνα μὴ ὑπὸ κρίσιν,id est,vt nõ sub iudicium incidatis , Græca habent,ἵνα μὴ εἰς ὑπόκρισιν. quod quidam vertunt,vt non in simulationem incidatis: nam qui iuramento assuescit,incidit in hypocrisim & simulationem, quãdo qui mentitur iuramento suo cupit verax videri . certè græca scholia ὑπόκρισιν sumunt ἀντὶ τ῀ κρίσεως,id est,pro iudicio & condemnatione,quomodo & noster interpres vertit.

11. AEquo

11. *Aequo animo est? psallat.* græcè, εὐθυμεῖ τίς, ψαλλέτω.i.læto ac gaudibundo animo est? psallat. vnde errore librariorum factum est vt legeretur,Tristatur quis inter vos? oret æquo animo,& psallat,quũ legendum sit oret: deinde puncto facto, æquo.i.læto animo est ? psallat. sed facilis est lapsus ab *est* ad *&*,qui librarij vitio inoleuit.,p

D 11 *Aequo animo est? psallat.* 12 *Infirmatur quis in uobis? inducat presbyteros ecclesiæ, & orent super eum, ungentes eum oleo in nomine domini. & oratio fidei saluabit infirmum , & alleuiabit eum dominus: & si in peccatis sit,remittentur ei.* 13 *Confitemini ergo alterutrum peccata uestra , &* 14 *orate pro inuicem ut saluemini. multum enim ualet deprecatio iusti assidua.* 3.Re. 17.a. b. *Elias homo erat* 15 *similis nobis passibilis: et oratione orauit ut non plueret super terram,& non pluit annos tres & menses sex. Et rursum orauit: & cælũ dedit pluuiã, & terra dedit fructum suum.* Luc. 4.d. *Fratres mei,si quis ex uobis errauerit à ueritate, &* Matt. 18.b. *conuerterit quis eum: scire debet, quoniam qui cõuerti fecerit peccatorẽ ab errore uiæ suæ,saluabit animam eius à morte, & operit multitudinem peccatorum.*

tristatur autem græcè est κακοπαθεῖ,id est,affligitur.

12. *Infirmatur quis in vobis ?* hinc, & ex loco Marci cap. 6.vbi dicit de apostolis,Exeũtes,vngebãt oleo multos ægros & sanabantur, trahitur sacramentum vnctionis, quo infirmos vngit ecclesia oleo sensibili & corporali, quod quidem est signum inuisibilis olei, quæ est vnctio spiritus.

13. *Cõfitemini alterutrũ peccata vestra.* vt hoc loco inqtvenerabilis Beda, in hac sentẽtia debet esse illa discretio, vt quotidiana leuiaq; peccata inuicem coæqualibus cõfiteamur, eorumque quotidiana credamus oratione saluari: porrò grauioris lepræ immundiciam ,iuxta legem sacerdoti pandamus, atq; ad eius arbitrium qualiter & quanto tempore iusserit purificari curemus.

14. *Orate pro inuicem vt saluemini.* græce,ἰαθῆτε.i.sanemini : *multum enim valet deprecatio iusti assidua.* pro assidua græce est ἐνεργουμένη,id est, efficax.

15. *Similis nobis.* Græca paulò amplius habent , scilicet ὁμοιοπαθὴς, id est,similibus affectionibus obnoxius.

Argu

Argumentum prioris epistolæ Petri.

CIrcunciſionis apoſtolus Petrus diſperſis quaquauerſus per Aſiam Iudæis in Chriſtum credentibus, exhortatoriam hanc ſcribit epiſtolam, admonens fortiter aduerſus afflictiones durare, & profeſſam in baptiſmo Chriſtianiſmi puritatem ad finem vſque tueri: magiſtratibus etiam infidelibus audientes eſſe, dein ſui quemque officij admonēs, totus eſt in formandis illorum animis.

EPISTOLA BEATI

PETRI APOSTOLI PRIMA.

ARGVMENTVM Cap. I.

¶ Præpoſita epigraphe, deo gratias agit qui nos ad tanta bona, æternam ſcilicet ſalutem, per Chriſtum vocauerit, quam à prophetis quidem prænunciatam, ſed nobis exhibitam oſtendit: dein priſtinis concupiſcentiis relictis in Chriſtum ſperare cum tremore hortatur, cuius redempti ſanguine ſumus: deinde ad mutuā incitat charitatem, obiter verbi diuini ſtabilitatē proponens.

CAPVT I.

1. *Petrus apoſtolus.* ſcribit Petrus Iudæis fidelibus, qui ſiue ex veteri diſperſione, ſiue ex noua (quæ ſub Stephano facta eſt) in diuerſas ſeſe orbis partes recepāt, vnde rectè aduenas & incolas, græcè παρεπιδήμους vocat: qui regione ſua pulſi alienā incolebāt. Aſia autem de qua hic, Aſia minor intelligenda eſt. Electos autem dicit in ſanctificationem ſpiritus, ſiue vt Græci habent, in ſanctificatione ſpiritus, id eſt, per ſpiritum ſanctificantem & in obedientiam & aſperſionem ſanguinis Ieſu Chriſti, id eſt, vt obedirent & crederent, & Chriſti (non hirci aut vituli, quemadmodum olim) ſanguine aſperſi, à peccatis mundarentur.

A

1 PETRVS *apoſtolus Ieſu Chriſti, electis aduenis diſperſionis Ponti, Galatiæ, Cappadociæ, Aſiæ, & Bythiniæ, ſecundum præſcientiā dei patris, in ſanctificationem ſpiritus, in obedientiam, & aſperſionem ſanguinis Ieſu Chriſti: gratia uobis & pax multiplicetur.*

2. *Benedictus deus & pater.* vult his verbis Petrus quòd Chriſti reſurrectione regenerati ſumus ad æternam illam hæreditatem poſſidendam, quæ nunc quidem nobis non offertur, ſed in cælis aſſeruatur. Pro eo autem quod interpres habet. *qui cuſtodimini*, græcè eſt, ὑμᾶς φρουρουμένους: φρουρῶ autem ſignificat cuſtodire ciuitatem ab hoſtibus: vnde & φρούριον, præſidium ac locum munitum ſignificat: itaque φρουρουμένους ſignificare mihi videtur eos qui fide veluti munito præſidio aſſeruantur, ad ſalutem æternam conſequendam.

1.Co. 1.c. Ephe. 1.a.

2 *Benedictus deus, & pater domini noſtri Ieſu Chriſti, qui ſecundum miſericordiam ſuam magnam regenerauit nos in ſpem uiuam, per reſurrectionem Ieſu Chriſti ex mortuis, in hæreditatem incorruptibilem & incontaminatam & immarceſsibilem conſeruatam in cælis in uobis, qui in uirtute dei cuſtodimini per fidem in ſalutem, paratam reuelari in tempore nouiſsimo,* 3 *in quo exultabitis, modicum nunc ſi oportet contriſtari in uariis tentationibus: ut probatio ueſtræ fidei multo pretioſior auro (quod per ignē probatur) inueniatur in laudē & gloriam & honorem in reuelatione Ieſu Chriſti, quem cùm non*

B

3. *In quo exultabitis.* pro *exultabitis*, græcè eſt ἀγαλλιᾶσθε, id eſt, exultatis: ſicut & paulò pòſt, credentes autem exultabitis, &c. noſter legit ἀγαλλιάσεσθε in futuro. vbi autem legitur *contriſtari*, puto vitium eſſe librariorum, pro contriſtati: nam Græcè eſt λυπηθέντες à verbo λυπέω, quod ſignificat triſtitia afficio & vexo. Quod autem interpres ποικίλοις πειρασμοῖς tentationibus, vertit: præſtat quàm πρὸ experimentis, ob id quod ſequitur, vt probatio fidei veſtræ (Hebraiſmus eſt) id eſt, probata & explorata fides veſtra, explorata, inquam, tentationibus & afflictionibus, multo precioſior auro, &c. vbi autem eſt, *quod per ignem probatur*, deſunt Latinis duo vocabula, *perit*, & eſtque ſenſus, Vt probatio fidei veſtræ auro quod perit, & igni purgatur, multo precioſior, *in reuelatione Ieſu Chriſti*, id eſt, die iudicij quum reuelabitur iudex, & occulta cordium reuelabit, inueniatur in laudem, gloriam & honorem: id eſt, vobis ceſsiſſe ad laudem, gloriam & honorem.

4. *In quem nunc quoque non videntes creditis.* Græci non habent creditis, sed in quem non videntes, credentes autem exultabitis, siue vt Græci habent, exultatis lętitia inenarrabili reportantes finem fidei vestræ, salutem animarum vestrarum.

5. *De qua salute.* de qua salute vobis per Christum futura scrutati sunt prophetę qui de futura in vobis vel ventura in vos gratia prophetarunt: scrutantes in quod vel quale tẽpus venturam eiusmodi gratiam ac salutem illis significaret spiritus sanctus qui erat in eis, prænuncians venturas Christi afflictiones, & postmodum sequuturas eius glorias: quibus ita scrutantibus reuelatũ est, quòd non ista sibi canerent sed nobis, neque suo tempore euenirent ea quorum nobis prophetiam & spem ministrabant, sed nostro: quæ quidẽ olim ab illis prædicta nuper ab apostolis spiritu sancto supernè misso affatis, nunciata sunt nobis: *in quem desiderant angeli prospicere:* nouissima hæc particula Græcis aliter legitur: habent enim εἰς ἃ, id est, in quæ, scilicet mysteria desiderant angeli prospicere. noster interpres legit εἰς ὃν. i. in quem. & quidam referunt ad Christum, in quem prospicere illi desiderãt, non quòd non prospiciant, sed quia prospicientes nunquam satiantur, sed quò fruuntur magis, eo frui magis sitiunt. Beda putat etiã ad spiritum sanctum referri posse. Pro eo quod est, *significaret in eis spiritus,* Græcè est τὸ ἐν αὐτοῖς πνεῦμα, id est, spiritus qui in eis est. vbi est *prænuncians,* Græci habent προμαρτυρόμενον id est, protestans siue prætestificans. vbi est *posteriores glorias,* Græci habent τὰς μετὰ ταῦτα δόξας. i. secuturas post tot afflictiones, glorias. Quoniam autem optime Lector hucusque obscurior mihi visus est Petri contextus, placuit in gratiam tui dilucidius hoc modo explicare.

uideritis, diligitis. 4 *in quem nunc quoque non uidẽtes creditis: credẽtes autem exultatis lætitia inenarrabili & glorificata, reportantes finem fidei uestræ, salutem animarũ uestrarum.* 5 *de qua salute exquisierunt atq; scrutati sunt pphetæ, qui de futura in uobis gratia pphetauerunt, scrutantes in quod uel quale tempus significaret in eis spiritus Christi, prænũciãs eas quæ in Christo sunt passiones, & posteriores glorias: quibus reuelatum est quod non sibimetipsis, nobis autem ministrabant ea quæ nunc nunciata sunt uobis per eos qui euãgelizauerunt uobis, spiritu sancto, misso de cælo, in quem desiderant angeli prospicere.*

Dilucida

Dilucida explicatio initij primi capitis.

PEtrus Iesu Christi apostolus, incolis & aduenis fidelibus, per Pontum, Galatiã, Cappadociam, Asiã & Bithyniam dispersis, ac iuxta dei patris præscientiam & præcognitionem per sanctificantẽ spiritum, in hoc vt fidei obedirent, & Christi sanguine aspersi mundarentur, electis, salutem. Gratia in vos & pax augeatur & crescat. Laudetur deus & pater domini nostri Iesu Christi, qui pro immensa sua misericordia per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis in spem nos viuam regenerauit, & in hæreditatẽ nunquam marcescẽtem, sed corruptionis & maculæ nescią, vobis olim in cælo repositã: vobis, inquam, qui dei virtute ac fide tanq̃ præsidio muniti, asseruamini in salutem quæ in parato ac promptu est vt nouissimo tempore reueletur: in quo nimirũ deo exultatis, quanq̃ nunc paulo momento variis tentationibus & tribulationibus afflictati & cõtristati: quod opportunum vobis est ac necessariũ, vt explorata vestra fides ac probata, auro ipso (quod etsi tandẽ aliquãdo perit, per ignẽ tamen exploratur) longè preciosior, vobis honori, gloriæ ac laudi fuisse inueniatur, quum sese mundo palã faciet Christus Iesus: quẽ nondum inspectum diligitis: in quem etiam quum nondum videritis, creditis: ac credentes ineffabili lætitia exultatis & glorioſa, finẽ inde ac fructum fidei vestræ referentes animarum vestrarum salutem: de qua inquisierunt scrutatiq; sunt & ipsi prophetę, qui de collata in vos gratia antè prædixerunt, anxiè scrutantes quo qualive tempore habitans in eis Christi spiritus, venturas illis ostenderet, de quibus testimonium antè tulerat, Christi afflictiones, & postmodum subsecuturas glorias: quibus reuelatum est, quòd non sibi suóque tempore, sed nobis ea canerent, & ministrarent, quę nuper vobis per apostolos euangelicæ veritatis administros spiritu sancto de cælis misso nuntiata sunt: in quæ desiderant vel ipsi angeli penitus inspicere.

C 6 *Propter quod, succincti lũbos mentis uestræ, sobrij perfectè sperate in eam quæ offertur uobis, gratiam, in reuelatione Iesu Christi quasi filij obedientiæ, non configurati prioribus ignorantiæ uestræ desideriis, sed secundum eum qui uocauit uos,*

6. *Propter quod.* hic locus satis est facilis intellectu. Succingit quidem lumbos corporis, qui per continentiam concupiscentiã refrenat carnis: mentis autem lumbos succingit, qui à noxiis erroribus intellectũ & à vanis illicitisque cogitationibus &

 internis

internis desideriis coërcet affectum. Itaque succincti perfecti sperate in eam quæ vobis offertur gratiam, siue perfectè sperate. Græci enim habent τελείως, id est, perfectè, in gratiam quę offertur vobis, scilicet consummata, *in reuelationem*, id est, quando reuelabitur Iesus. Græci tamen habent ἐν ἀποκαλύψει, id est, in reuelatione.

Non configurati prioribus ignorantiæ vestræ desideriis. Græcè est, μὴ συσχηματιζόμενοι ταῖς πρότερον ἐν τῇ ἀγνοίᾳ ὑμῶν ἐπιθυμίαις, id est, nequaquã conformati & addicti prioribus illis quæ ignorantiæ vestræ tempore fuerunt, cõcupiscentiis: & refertur ad τὸ sperate non configurati. quod verò sequitur, Secundum eum qui vos vocauit sanctum, vt & ipsi in omni conuersatione sancti sitis. Græci non habent vt, & facilior est lectio. Sed & ipsi sancti sitis secundum sanctum illum qui vocauit vos: si legimus *vt*, sic ordinanda est lectio, Sperate enim non configurati, &c. sed secundum eum qui vos vocauit sanctum.

7. *Et si patrem inuocatis.* Iubet hic Petrus vt toto tempore vitæ nostræ, quæ non nisi incolatus quidam est & peregrinatio, in timore versemur, nec nos tanto precio redemptos tantis periculis leuiter exponamus: in timore, inquit conuersamini, incolatus vestri, id est, huius vitę vestræ transeuntis tempore, scientes quòd non corruptibilibus redẽpti estis, de vana vestra cõuersatione *paternæ traditionis.* græce, πατροπαραδότου .i. à patribus tradita. Intelligit autem iugum legalium ceremoniarum tunc temporis inutilium: à quibus redẽpti, inquit, estis precioso sanguine quasi agni immaculati Christi & incontaminati. *Præcogniti quidem.*

sanctum, ut & ipsi in omni conuersatione sancti sitis: quoniam scriptum est, Sancti eritis, quoniam ego sanctus sum. 7 *Et si patrem inuocatis eum qui sine acceptione personarum iudicat secundum unius cuiusque opus: in timore, incolatus uestri tempore conuersamini. scientes quòd non corruptibilibus auro uel argento redempti estis de uana uestra conuersatione paternæ traditionis: sed precioso sanguine quasi agni immaculati Christi & incontaminati, præcogniti quidem ante mundi constitutionem, manifestati autem nouissimis temporibus propter uos qui per ipsum fideles estis in deo qui suscitauit eum à mortuis, & dedit ei gloriam, ut fides uestra, & spes esset in deo.*

Leui. 11.g. 19.d. 20.b. Deut. 10.d. Rom. 2.b. Gala. 2.b. D 1.Co. 6.d. & 7. d. Hebr. 9.d. 1.Io. 1.d. Apoc. 1.d.

dem. hic præcognitum pro prædestinato sumit.

8. *Animas vestras castificantes.* reliquũ capitis satis est intellectu facile, nisi quòd aliquot locis discedit à græco. Sic enim græcè, πὰς ψυχὰς ὑμῶν ἁγνικότες ἐν τῇ ὑπακοῇ τῆς ἀληθείας διὰ πνεύματος εἰς φιλαδελφίαν ἀνυπόκριτον ἐκ καθαρᾶς καρδίας ἀλλήλους ἀγαπήσατε, id est, purificatis animabus vestris in obedientia veritatis, per spiritum sanctum, in amore fraternitatis non ficto, ex puro corde inuicem inter vos diligite. nam pro *charitatis*, græca habent ἀληθείας, id est, veritatis, noster secus legit, & pro *castificantes*, ἁγνικότες aoristus .i. qui purificastis, & græci addunt, quo carent Latini, διὰ πνεύματος per spiritum, & pro simplici est ἀνυπόκριτον. est autem ἀνυπόκριτος apertus homo neque dissimulator. Quod autem habemus, *per verbum dei viui & permanentis*, Græci habẽt, διὰ λόγου ζῶντος θεοῦ, & potest Genitiuus referri ad τῷ θεῷ, id est, dei, vt noster vertit: potest etiam ad τὸ λόγου, id est, verbum, vt sit sensus, per verbum dei viuum & permanens: ob comparationem sequentem, Quia omnis caro, & cæt. componit enim verbum dei cum carne & omni gloria illius, quòd statim caro cum gloria sua vt fœnum exarescat. Verbum autem domini e-

8 *Animas uestras castificantes in obedientia charitatis, in fraternitatis amore, simplici ex corde inuicẽ diligite attentius, renati non ex semine corruptibili, sed incorruptibili per uerbum dei uiui & permanentis in æternum. Quia omnis caro ut fœnum: & omnis gloria eius tanquam flos fœni exaruit fœnum, & flos eius decidit. Verbum autẽ domini manet in æternum. hoc est autem uerbum quod euangelizatũ est in uobis.*

Esai. 40.b. Eccl. 14.c. Iacob. 1.b.

ARGVMENTVM Cap. 2.

¶ *Ad innocentiam ac vitæ simplicitatem instar infantium prouocatos, ad Christũ viuum lapidem iubet accedere, quem electum lapidem & angularem fuisse ostendit: deinde Christianorum dignitatem vtpote qui reges sint & sacerdotes ac dei populus, aperit. postmodum à concupiscẽtiis abstractos sanctè conuersari inter gẽtes, ac potestatibus subesse, & suum officium erga omnes facere iubet. Demum ad iniurias Christi exemplo fortiter ferendas hortatur.*

uangelizatum inæternum maneat.

1. *Deponentes.* pro deponentes Græcè est ἀποθέμενοι aoristus: est ergo sensus, depositâ igitur (in baptismo scilicet) omni malitia, &c. rationabiles & sine dolo, lac concupiscite, vt in eo crescatis in salutem, id est, semel in spirituali natiuitate in baptismo regenerati, tales estote per huius natiuitatis gratiã, quales decet nuper natos infantes per innoxię ętatis naturã, ignari scilicet malitiæ & doli, inuidere & detrahere nescij: & sicut illi lac maternum desiderant, quo aliti in adultam ætatem crescãt: ita vos de matris ecclesiæ vberibus, lac concupiscite & sugite, id est, simplicia fidei rudimenta, non arduas fidei quæstiones, qui cibus est grãdium & in scripturis exercitatos sensus habentium, quærite: vt huiusmodi lacte primum aliti crescatis in viros perfectos, & perfectam salutẽ adipiscamini. hæc propè ex Beda. quòd autem noster interpres τὸ *rationabiles & sine dolo*, refert ad τὸ deponentes, Græci referunt ad τὸ lac. nam & ille legit λογικοὶ καὶ ἄδολοι, Græca quæ nunc extãt, habent λογικὸν καὶ ἄδολον, id est, rationabile, ac sine dolo lac. vocat autem lac λογικὸν & rationale, ad differentiam lactis corporei, vel etiam si metaphoram sequimur, ad differentiam lactis animalis, carnalis scilicet doctrinæ, & lac ἄδολον, id est, sine dolo, ad differentiam doctrinæ hæreticæ, quæ se dolosè insinuat. huiusmodi ergo lac, inquit, concupiscite, si tamẽ vel si quidem gustastis quòd suauis & dulcis & benignus est dominus, vtrunq; enim significat τὸ χρηστὸς. Quod autem interpres verterat, Vt *in eo crescatis in salutẽ*, miror quid in mentẽ Erasmo venerit vt verteret etiam in nouissima æditione, expungens τὸ in salutem, vt per illud subolescatis, non enim memini legisse subolescatis pro adolescatis, & vetus codex Dionysianus habet in contextu εἰς σωτηρίαν, id est, in salutem.

CAPVT II.

D 1 *Eponentes igitur omnem malitiã, & omnẽ dolum, & simulationes, & inuidias, & omnes detractiones, sicut modo geniti infantes, rationabile & sine dolo lac concupiscite: vt in eo crescatis in salutem, si tamen gustastis quoniam dulcis est dominus.* A Rom. 6.a. Ephe. 4.a. Colos. 3.b. Hebr. 12.a.

2 *Ad quem accedentes, lapidem uiuum, ab hominibus quidem reprobatum, à deo autem electum & honorificatum: & ipsi tanquã lapides* B *uiui superædificamini, domus spiritualis, sacerdotiũ sanctum, offerentes spirituales hostias, acceptabiles deo per Iesum Christum.* 3 *Propter quod continet scriptura, Ecce pono in Sion lapidem, summum angularem, probatum, electum, pretiosum.* Esa. 28.d. Rom. 9.g.

2. *Ad quem accedentes.* accedentes, inquit, ad dominũ, *lapidem viuum*, (rectè enim inquit Beda Christus lapis est, qui in carne veniẽs ædificationi sanctæ ecclesię sese inferere dignat° est, & bene viuus, qui via, veritas & vita) *ab omnibus quidem reprobatum*, quum dicerent Iudæi, non habemus regem nisi Cæsarem: A *deo autem electum*, quando constitutus est rex ab eo super Sion montem sanctum eius. Qui verè electus dei fuit, testante Esaia 24. Ecce seruus meus, suscipiam eum, electus meus, complacuit sibi in illo anima mea. Et *honorificatum*, quando donauit illi nomen quod est super omne nomẽ, & gloria atque honore coronauit eum. Ad talem ergo lapidẽ accedentes & illi cõformes pro captu vestro effecti, *tanquam viui lapides* non velut mortui qui laborantis operam per se iuuare nihil possunt: sed architectis prædicatoribus & doctoribus ipsi tanquam viui lapides cooperãtes. *Superædificamini domos spirituales*, puto errore librariorum pro domus positum domos. Indicat autem Beda triplicem lectionem fuisse. Superædificamini domus spiritualis, & in domum spiritualem. & domos spirituales. quòd si interpres vertit domos spirituales, puto addidisse τὸ in. sed magis credo vertisse vel domus spirituales in plurali, vel domus spiritualis in singulari, sicut Græcè est οἶκος πνευματικὸς. Accedentes ergo ad viuum lapidem Christum, & illi conformes effecti superædificamini domus spirituales, id est, superædificate vosmetipsas super firmum illud fundamentum & solidam petram Christum, tanquam domos spirituales, ac spirituale templum dei in quo habitat Christus: superædificamini inquam *in sacerdotium sanctum*, id est, vt sitis sacerdotium sanctum, sicut posteà ait, Vos estis genus electum, regale sacerdotiũ. Græcis deest ἐς in. & sensus est, vt templum Christi & sacerdotium effecti, id est, sacerdotes (sicut circũcisio pro circuncisis sumitur) superædificemur super ipsum ceu domus ac templum & sacerdotium, id est, sacerdotes *offerentes spirituales hostias acceptabiles deo per Iesum Christum*, ad differentiam legalium sacerdotum, qui carnales hostias offerebant: nos autem spirituales offerre oportet, eleemosynas, orationes, & ieiunia, corque purum & cõtritum: quia iam sacrificium & oblationem animalium non vult deus.

3. *Propter quod continet scriptura.* Græcè est paulò secus, διὸ καὶ περιέχει γὰρ

χαὶ ἐν τῇ γραφῇ, siue διότι, vt codex Dionysianus habet. περιέχω autem significat contineo & amplector, & etiã excello, & vtroq; modo sumi potest. Intelligendo quod anteà dixit, Christũ esse lapidẽ viuum & electũ, propterea & in scriptura cõtinet. i. describitur cõtinens & cõnectens res inter se sicuti scriptũ est: Ecce pono in Sion lapidem summũ angularẽ, vbi pro summũ angularem Græcè est vnica dictio ἀκρογωνιαῖον, id est, vt ita dicã, summangularem, hoc est, in summo angulo positum. nulli autem dubium quin angularis lapis cõnectat duos parietes, ita Christus duos parietes, duos scilicet, Gentilium & Iudæorum populos cõiunxit, ex vtrisque vnum populum vnumque ouile faciens. Si sumamus περιέχειν pro excellere, sensus est, propterea in scriptura excellit, id est, excellens iste lapis declaratur in scriptura dicente, Ponam in Sion lapidem summũ angularem, probatum, electũ, & precio sum. qui crediderit in eum non confundetur vel pudefiet. Græcè est καταισχυνθῇ. Vide etiam num & περιέχει passiuè sumatur, vt pleraque vocis actiuæ, pro continetur & habetur in scriptura: puto interpretem nostrum non legisse ἐν, imò vertisse continet scriptura.

Et qui crediderit in eum, non confundetur. 4 *Vobis igitur honor credentibus. non credentibus autem, lapis quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli: & lapis offensionis & petra scandali, his qui offendunt uerbo, nec credunt in quo & positi sunt.*

Psal. 117.d. Matt. 21.d. Actor. 4.b. Esa. 8.c.

4. *Vobis igitur honor.* si quis crediderit in eum nõ confundetur, igitur vobis in eum credentibus nõ ignominia, sed honor efficitur iste lapis, sicut contrà incredulis scribis & pharisæis, quorum intererat plebem ædificare, viuum lapidem Christum abiicientibus & reprobantibus, factus est in caput anguli, qui ex fortissimo lapide fieri solet: non ꝙ eos contineat & deo conglutinet, sed ꝙ ad eorum damnationem fideles deo vniat, quando positus est, & ad hoc homo factus vt tanquam lapis angularis vtrunque populum fide vniret: nec sic exaltatus modò est, vt caput anguli fieret: sed illis etiam in ruinam factus est: vnde ait, Et lapis offensionis & petra scãdali, iis qui offendunt verbo nec credunt, in quo positi sunt, id est, nec in Christum credunt, qui ad hoc positi & facti sunt, vt in eum credant, Græci habẽt εἰς ὃ ἐτέθησαν, id est, ad quod positi sunt, & Græca scholia explicant: factus est petra scandali iis qui non credunt, ad quod positi sunt, id est, ad quod scilicet, vt non crederent & offenderent, positi sunt, id est, destinati sunt: non quòd ad hoc illos deus induxerit, sed quòd in illud barathrum ipsi sese præcipitarint. Sensus ergo est, scandalo & offensioni Iudæis est lapis iste Christus, non sua natura, sed illorum vitio, qui sponte in illum insurgũt, & qui offendunt verbo. Græcè οἱ προσκόπτουσι τῷ λόγῳ, id est, qui impingunt in verbum euangelij, vel filium ac verbum dei Christũ, & non credunt: credẽtibus autem, honor est. i. illis est in precio. hoc est quod Paulus ait 1. Cor. 8. Nos prædicamus Christum crucifixũ, Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiã, ipsis autem vocatis Iudæis & Græcis dei virtutem ac sapientiam.

Exo. 19.a. Osee. 2.d. Rom. 9.c. Gala. 5.c. Rom. 13.d.

5 *Vos autem genus electum, regale sacerdotiũ, gens sancta, populus acquisitionis: ut uirtutes annuntietis eius, qui de tenebris uos uocauit in admirabile lumen suum. Qui aliquando non populus dei: nunc autem populus dei, qui non consecuti misericordiam: nunc autem misericordiam consecuti. Charissimi, obsecro uos* 6 *tanquam aduenas & peregrinos, abstinere uos à carnalibus desideriis, quæ militant aduersus animam*

5. *Vos autem estis genus electum.* quos scilicet nouissimo tempore per fidem sui cultores elegit deus. *regale sacerdotiũ*: quia, vt inquit Beda, illius corpori vniti sunt, qui rex summus & sacerdos est verus. Regale autem sacerdotium ait ad differentiam Leuitici, quod Leuiticum erat non regale, nos autẽ sacerdotiũ regale, quia sacerdotes spirituales de vice illius & ordine, qui rex est & sacerdos inæternum, quales nos ille fecit, vt scribitur Apocal. 5. Fecisti nos deo nostro regnũ & sacerdotes: vt ergo spirituales illi hostias offeramus, facti sumus sacerdotes & gens sancta per baptismum, & populus acquisitionis, redempti non hircorũ aut taurorum, sed preciosissimo Iesu Christi sanguine. Vos autem (inquit) talibus ab illo beneficiis estis affecti, vt ingrati non sitis, sed virtutes eius annuntietis, qui de tenebris vos vocauit, &c. quos dignatus est de non suo, populum suum facere, & misericordia donare. Quod autẽ interpres habet populus acquisitionis, Græcè est. λαὸς εἰς περιποίησιν, id est, populus in acquisitionem: nõ vt Erasmus vertit, qui accessit ei in lucrum, sed quem ille multò emit.

6. *Tanquam aduenas & peregrinos, abstinere à carnalibus desideriis.* nam peregrinos ab omnibus abstinere oportet quæ nimium grauãt, ita nos orbis huius incolas & peregrinos, qui meliorẽ patriam & manentem substantiam inquirimus, à carnalibus desideriis, quæ animam

animam grauant,& aduersus illam militant,abstinere oportet.

7. *In die visitationis*, id est, quum deus illos vestra honesta conuersatione ad meliorem frugem reuersos visitare, & afflatu suo ad fidem vocare dignabitur.

8. *Non quasi velamen habentes malitiæ libertatem*,vt nostra tempesta te hæretici, qui euangelicæ libertatis prætextu ac velamine,omnem eneruant ecclesiasticam disciplinam.

9. *Subditi estote dominis, etiã dyscolis.* Græcè est σκολιοῖς, id est,prauis siue asperis, qđ alia voce græca reddidit interpres dyscolis,id est,difficilibus ac morosis : id enim significat δύσκολος.quod verò anteà dixit,subiecti estote *omni humanæ creaturæ*,græca scholia aiũt πλὴ κτίσειμ.i. creaturam sumi ab apostolo pro principatu & potestate.

10. *Si propter conscientiam dei.* hæc est enim (inquit) gratia, si propter dei conscientiam sustinet quis tristitias vel molestias(vtrunq; enim significat τὸ λυπᾶς)patiens iniustè. Nemo quod videri satis explicuit quid illud sit *propter conscientiam dei.* Beda omnino ea de re tacet. Græca scholia silẽt. Thomas de vio Caietanus inter cęteros hunc locũ explicare aggressus, planè mihi deuiare videtur,dũ sic explicat: *Propter conscientiam dei*,hoc est,propter applicationem scientiæ,quã habet de iis,quæ grata sunt deo. Vide obsecro lector qd iste iudicij habere potuit in explicatiõe scripturarũ adlitterã,quę ex Grẽcis & Hebræis literis pẽdet:hoc aũt te admonitũ volui,quia prætereq; impudẽter ecclesiasticã versionẽ lacerare vbiq; penè

sus animam,conuersationẽ uestram inter gentes habentes bonam: ut in C
eo quod detrectant de uobis tanquã de malefactoribus, ex bonis operibus uos considerantes, glorificent deum 7 *in die uisitationis. Subiecti* Rom.
igitur estote omni humanæ creaturæ 13.d.
propter dominũ: siue regi, quasi præcellenti: siue ducibus, tanquam ab eo missis ad uindictam malefactorum, laudem uerò bonorũ. quia sic est uoluntas dei, ut benefacientes,obmutescere faciatis imprudentium hominum ignorantiam: quasi liberi,& 8 *non quasi uelamen habentes malitiæ libertatem, sed sicut serui dei. Omnes honorate.Fraternitatem diligite. Deum timete.* Rom. 12.c. Ephe. 6.a. Colo. 3.d. Tit. 2.c. 2.Co. 7.c.
*Regem honorificate. Serui,*9 *subditi estote in omni timore domino,nõ tantum bonis & modestis, sed etiã dyscolis. Hæc est enim gratia:* 10 *si propter dei conscientiam, sustinet quis tristitias,patiens iniustè.*

penè contendit,homo bonarũ literarum (quę ad institutum illius erant perneccssariæ) ignarus, etiam multa suis in sacram scripturã rhapsodijs infarsit, orthodoxæ fidei ac sanctæ ecclesiæ dogmatis contraria:quemadmodum egregiæ ostẽdit frater Hippolytus Katharinus Senen.& ipse prædicatorij ordinis,homo doctus & pius ac verè Christianus, ordinis quidem eiusdẽ,sed fidei melioris : ne tu post hæc eius commẽtarijs fidem habeas. Cæterum vt ad explicationem loci reuertar, & quod possum (dum melius iudicium expecto)conijciam,is mihi videtur esse sensus:Mũdus & qui è mundo sunt etiam spectatæ in speciem fidei & virtutis,indignum vi-

Quæ enim est gratia si peccantes, D
& colaphizati suffertis? Sed si bene facientes patienter sustinetis: hæc est gratia apud deum. In hoc enim uocati estis: quia & Christus passus est pro nobis,nobis relinquẽs exẽplum,ut sequamini uestigia eius, qui peccatũ nõ fecit, nec inuentus est

Esa. 53. c. 1.Io. 3.a.

ro bono putant si illatam non referant iniuriam . non de philosophis illis loquor,sed ijs qui se Christianos apprime putant: quinimò ob id non vulgò tantum,sed viris,vt vocant bonis,& nobilibus se pessimè audituros,si illatam iniuriam dissimulent:aduersum hos Petrus,quasi diceret,nolite spectare quid de vobis dicat mũdus,patienter iniuriam ferentibus.Hæc est,inquit,gratia,id est,in hoc gratia est,*si propter dei conscientiam*, id est, si propter deum qui & tuæ patientiæ & illorum nequitiæ conscius est, quis iniuste molestias sustinet.Paulus Act.24.coram Fœlice præside testatur se quantum in se fuit,operam dedisse vt conscientiam haberet apud deum & homines bonam.In hoc & ipse,inquit, studeo conscientiam habere apud deũ & hoĩes semper:cõscientiã studet habere apud homines bonam,qui nihil agit quod eos offendat : vtrunque curare debet qui potest,sicut dicit apostolus 2.Corinth.8.Prouidemus enim bona non solum coram deo , sed etiam coram hominibus. Cæterum si quod deo gratum est, displicet hominibus ac mundo: conscientia negligenda est hominum. Ideo conscius sibi Petrus quia iniuriam non modò non ferre patienter sed neque dissimulare potest mundus:Hæc est inquit gratia,si neglecta hominũ conscientia propter conscientiam dei.i.quia deus mentẽ tuã nouit,studẽs tantũ conscientiã habere apud deũ rectã,patiẽter quis ferat iniurias:vnde eas propter cõscientiã dei patiẽter ferẽti præmiũ reponit gratiã

non apud

non apud homines, sed deum. Sed si (inquit) benefacientes patienter sustinetis, hæc est gratia apud deum. Quæ enim gratia (Græcè κλέος, id est, gloria) si peccantes suffertis? Quum ergo συνοῖδα, & Latinum conscius sum, significet non modò scium & certum esse apud se de re aliqua, sed id vnà cum alio scire, Conscientiam dei id puto vocari ab apostolo, scientiam quam de tuo facto vnà tecum deus habet. Itaque sensus est: Hæc est gratia si propter conscientiã dei, id est, si propter deũ qui & tuæ patientiæ & iniuriorum hominum nequitiæ cõscius est, sustinet quis *tristitias*: Græcè τὰς λύπας, qđ significat etiam molestias, patiens iniuste. hæc sunt quæ de loci huius sensu conijcere potui: si quis meliora afferet, lubens & cum gratia amplexabor.

11. *Qui cum malediceretur non maledicebat.* Græc. ἠκάκει λοι δοφεῖ, id est, maledicta non regerebat. Quũ pateretur, non comminabatur. *Tradebat autem iudicanti se iniuste*, Interpres secus legit quàm Græc. habeãt, & sensus (prout ipse legit & vertit) bonus est: quòd Christus non modo non comminabatur sese affligentibus, sed sponte Pilato eum iudicanti licet iniuste, sese tradebat, sicut Esaias ait: Oblatus est, quia voluit. Græca habẽt παρεδίδου δὲ τῷ κρίνοντι δικαίως, id est, tradebat iuste iudicãti, causam scilicet suã, hoc est, deo, qui iuste iudicat, causam suam remittebat iudicandam.

dolus in ore eius. 11 *qui cum maledi ceretur, non maledicebat: cum pateretur, non comminabatur. tradebat autem iudicanti se iniuste. qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum: ut peccatis* Esa. *mortui, iustitiæ uiuamus, cuius liuore sanati estis.* Eratis enim sicut oues errantes: sed conuersi estis nũc *ad pastorem & episcopum animarum uestrarum.* 53. b.

ARGVMENTVM Cap. 3.

¶ *Sui officii & viros & mulieres admonet vt caste & temperanter viuant: mulieres verò, vt vita atque habitu corporis modestæ sint ac sobriæ, omnes autem ad virtutẽ incitatos à vindicta procul abesse, linguam continere, pacem sectari, cum bona conscientia inter gentiles versari, & pro iustitia, Christi exemplo aduersa patienter ferre: deinde arcam Noe, baptismi, in quo saluamur, figurã proponit.*

CAP. III. A

1 *Similiter & mulieres, subditæ sint uiris suis: ut & si qui nõ credunt uer* Colo. 3. c. Ephe. 5. c.

1. *Similiter & mulieres.* pauca sunt in hoc capite explicatu difficilia, præterquam

præterquam circa finem, pro *mulieres* & paulo post mulierum, Græcè est γυναῖκες quod mulierem & vxorem significat, quas vult subesse viris suis, etiam infidelibus: vt etiamsi qui non credunt *verbo*. i. prædicationi euangelicæ, quam non admittũt, sine verbo lucrifiãt, per solam scilicet mulierum conuersationem honestã, &, vt ait, sanctam, pro quo Græci habẽt ἁγνὴν, id est, puram & castã, Græca scholia explicant sine verbo, cessante omni verbo & contradictione.

1. Timot. 2. c.

bo, per mulierum conuersationem si ne uerbo lucrifiant, considerãtes in timore castam conuersationem uestram: 2 *quarum non sit extrinsecus capillatura, aut circundatio auri, aut indumenti uestimentorum cultus: sed qui absconditus est cordis homo, in incorruptibilitate quieti & modesti spiritꝰ, qui est i cõspectu dei locuples. Sic enim aliquãdo & sanctæ mulieres sperantes in deo, ornabant se, subiectæ propriis uiris. sicut Sarra obediebat Abrahæ, domi num eum uocans,* 3 *cuius estis filiæ,* Gen. 18. b.

2. *Quarum non sit extrinsecus.* Græca paulò secus habent, & dilucidiora sũt, Sic enim habẽt, ὧν ἔσω ἐχ' ὅ ἔξωθεν ἐν πλοκῆς τριχῶν, καὶ περιθέσεως χρυσίων, ἢ ἐνδύσεως ἱματίων κόσμος. i. ad verbũ, quarũ sit nõ externꝰ i capillorũ plicatura, aut in appositione auri, ac vestiũ amictu, cultus & ornatꝰ: mihi videtur Græcè legi posse περιθέσεως, ἢ ἐνδύσεως χρυσίων ἱματίων κόσμος, vt χρυσίων adiectiuũ sit, id est, quarum sit non in amictu & indumento aureorum vestimentorum cultus & ornatus: sed absconditus ille homo cordis, in integritate quieti & modesti ac mansueti spiritus: sit, subaudi, illis vice cultus & ornatus. Quanquam περιθέσις χρυσίων, monilia aurea significare potest, quæ collo vel capiti circumponunt nimis cõptæ mulieres, sicut πλοκὴ τριχῶν, mihi significare videtur affectam in mulieribus capillorum crispaturam. Nunc autem dixit hominem cordis pro interiori homine ac spirituali: quod autem addidit, qui est in conspectu dei locuples siue sumptuosus, preciosus & magnificus, id enim significat τὸ πολυτελές, ad spiritum quietum ac mansuetum referri debet, quia neutri generis est, nec mihi substantiue capi videtur, tunc enim adderetur τὸ articulus.

3. *Cuius estis filiæ.* cuius, ad Sarram referri debet, non ad Abraham, est enim græcè ἧς articulus fœmininus. *Non pertimentes vllam perturbationem*, Græc. μὴ φοβούμεναι μηδεμίαν πτόησιν, id est, nullo pauore perterritæ. Erasmus interpretatur illum pauorem, quo solent

lẽt de nihili rebus cõsternari mulieres, qui abesse debet, inqt, à sanctis mulieribus: ego intelligendum puto de perturbatione & pauore ob superuenientes afflictiones & tentationes, quales multæ in primitiua ecclesia. benefacientes, inquit, & non pertimentes vllam perturbationem, id est, tantũ benefacere ac viuere studeatis, & ob nullam rem pertimescatis & paueatis: quia ad nullam rẽ pauet mens sibi cõscia recti.

4. *Viri similiter*. vult viros moderate se ac temperãter habere erga vxores. cohabitantes, inquit, *secundum scientiam*, id est, cum discretione & prudentia: quasi infirmiori vasculo impertientes honorem, tanquã coheredibus gratiæ, vt non impediantur orationes vestræ. Hieronymus interpretatur honorẽ, abstinentiam à coitu nimio, sic enim honorẽ haberi infirmiori vasculo muliebri, si nõ inquinetur libidine, neque passim tanquam pecus ignorãs: vir illam cognoscat, sed cum scientia & discretione, interim abstinens ab ea, ne per immoderatam libidinem interrumpantur orationes illorum: neque tamen omnino reiecerim illorum opinionem, qui interpretantur hoc agere Petrum, vt suum quoque honorem vir mulieri deferat tanquã infirmiori vasculo, ne si despici se intelligat vasculum illud imbecille & infirmum, statim in iras & rixas ebulliat, atque ita cõtentionibus impediãtur illorũ orationes: Impartiẽtes, inquit, honorẽ tanq̃ coheredibus *gratiæ vitæ*. i. cõsiderãtes, q̃ nõ modo cõpares & consortes sunt in coniugio, sed in gratia, quia ad eandẽ gratiam vocati. Græci quidam secus habent, scilicet ὡς καὶ συγκληρόνομοι. i. tanquam cohæredes gratiæ vitæ. quidam Græci codices habent ζώσης. i. viuæ. Codex Veronensis habet ὡς καὶ συγκληρονόμοις χάριτος ζωῆς, id est, tanquam etiam coheredibus gratiæ vitæ, hoc est, viuæ gratiæ, Hebræorum more.

5. *In fide autẽ*. Aut lõge aliud legit interpres q̃ græca habẽt, aut τὸ *finem* scripserat: *benefacientes, & non pertimentes* B
ullam perturbationem. 4 *Viri simi-* 1.Co.
liter cohabitantes secundum scien- 7.d.
tiam, quasi infirmiori uasculo mulie-
bri impartientes honorem, tanquã
& cohæredibus gratiæ uitæ: ut nõ
impediantur orationes uestræ. 5 *In*
fine autem: omnes unanimes, com- Prou.
patientes, fraternitatis amatores, 17.c.
misericordes, modesti, humiles, non & 21
reddentes malum pro malo, nec ma- d.
ledictum pro maledicto: sed ecõtra- Rom.
rio, benedicentes: quia in hoc uoca- 12.d.
ti estis, ut benedictionem hæredi- 1.the.
tate possideatis. Qui enim uult ni- 5.d.
tam diligere, & dies uidere bonos: Psal.
coerceat linguam suam à malo, & 33.c.
labia eius ne loquantur dolum. De-
clinet à malo, & faciat bonum: in-
quirat pacem, & sequatur eã: quia
oculi domini super iustos, & aures
eius in preces eorum. uultus autem
domini sup faciẽtes mala. 6 *Et quis* C
est, qui uobis noceat, si boni æmula- Mat.
tores fueritis? Sed & si quid pati- 5.a.
mini propter iustitiam: beati. Ti-
morem autem eorum ne timueritis,
& non conturbemini: 7 *dominum*
autem Christum sanctificate in cor-
dibus uestris, parati semper ad satis-
factionem omni poscenti uos ratio-
nem de ea, quæ in uobis est, spe: sed
cum modestia & timore, conscien-
tiam habentes bonã: ut in eo quod
detrahunt uobis, confundãtur, qui
calũniantur uestrã bonã in Christo
cõuersationẽ. Melius est enim ut be-
ne faciẽtes (si uolũtas dei uelit) pati,
q̃ male facientes. quia & Christus
semel pro peccatis nostris mortuus
est, iust⁹ pro iniustis: ut nos offerret

PETRI I. CAP. III. 208

ne scripserat: pro quo, vitio librariorum positũ est *in fide* ob verbũ subsequẽs vnanimes. Græca habent τὸ δὲ τέλος πάντες ὁμόφρονες συμπαθεῖς. i. in summa denique omnes vnanimes cõdolescẽtes & compatientes inuicẽ. *Modesti*, Græcè φιλόφρονες. i. affabiles. qđ habemus humiles Erasmus expũgit, quia, inquit, nõ habetur in Græc. codicib⁹. Certè ĩ vetusto codice Dionysiano ꝓ eo quod ĩterpres vertit hũiles, est φιλοταπεινόφρονες, quo verbo significantur ij, qui humilitatem vt est animi virtus, amant & sectantur.

6. *Et quis est qui vobis noceat?* Græcè καὶ τίς ὁ κακώσων ὑμᾶς? id est, & quis est q vos affligat? *si boni æmulatores fueritis.* boni hic genitiui casus neutri generis est. Græcè enim est τῦ ἀγαθῦ, id est, bonitatis.

7. *Dominum autem Christum sanctificate in cordibus vestris*, id est, sanctum dominũ Christum in cordibus vestris, siue vt Græca habent, dominum deũ gestate, *Parati semper ad satisfactionẽ* omni poscenti vos rationem de ea quæ in vobis est, spe ac fide. Vult Christianos semper ad reddẽdam de sua spe & fide satisfactionem esse paratos, quanquam Græci codices nũc tãtũ habẽt *spe*, nõ fide, ꝓ eo aũt qđ est *satisfactionẽ*, Græci habẽt ἀπολογίαν. i. defẽsionẽ, quãq̃ parũ differũt: *pro modestia*, Græc. habẽt πραότητι. i. mãsuetudĩe: & ĩ hoc loco vbi detrahũt de vobis vel vobis, Græci addunt ὡς κακοποιῶν. i. tanquam de malefactoribus.

8. *Mortificatos.*

8. *Mortificatos quidem carne*, pro eo quod interpres vertit mortificatos & viuificatos (nimirum aliud legens quàm nũc Græca habeãt) Græci codices habent θανατωθεὶς μὲν σαρκὶ ζωοποιηθεὶς, id est, viuificat⁹ & mortificatus: carne quidem, id est, ob carnis imbecillitatem mortificatus & occisus: *Spiritu* autem, id est, spiritus sancti virtute viuificatus. Sensus autẽ ĩterpretis (quem aliud Græcè legisse oportet, nisi vitio librarij mortificatos pro mortificatus repositum est) valde congruus est, quòd scilicet iust⁹ pro iniustis mortu⁹ est Christus, vt nos offerret deo carne quidem mortificatos, viuificatos autem spiritu.

deo, [8] *mortificatos quidem carne,* D
uiuificatos autem spiritu. [9] *In quo*
& his qui in carcere erant spiritibus, ueniens prædicauit: qui increduli fuerant aliquando, quãdo expectabant dei patientiam in diebus Gen. 6.b. Mat. 24.d. Luce 17.f.
Noe: cum fabricaretur arca, in qua
pauci, id est, octo animæ saluæ factæ sunt per aquam. [10] *Quod &*
uos nunc similis formæ saluos facit baptisma: non carnis depositio
sordium, sed conscientiæ bonæ in-

9. *In quo & his qui in carcere erant spiritu veniẽs prædicauit.* Beda indicat duplicem fuisse lectionem. Qui in carne conclusi erant, vel qui in carcere: conclusos autem carne vocat carnalib⁹ desiderijs vehementer aggrauatos. Conclusos autem carcere, vel qui hoc corpore tanquam carcere mancipantur, vnde erui cupiens Dauid dicebat, Educ de carcere animam meam, ad confitendum nomini tuo. vel in carcere, id est, cæcitate mentis. Quod autem ait spiritu veniens prædicauit, Græc. habent, pro spiritu πνεύμασι, id est, spiritibus: vt sit sensus, quòd ijs qui in carcere erãt spiritibus veniẽs prædicauit. Quidam tamen codices Latini habent spiritu, & facilis est transitus à σ in τ. In quo ergo, scilicet spiritu quo viuificatus est Christus, ipse veniens ijs qui in carcere erant spiritibus prædicauit qui increduli fuerant in diebus Noe: hic locus obscurus est admodum: ad cuius explicationem multi multa afferunt, quorum partim non satisfaciunt, partim non ausim asserere: quidam interpretantur quòd Christus vt nos offerret, mortuus est iustus pro iniustis, mortificatus quidem carne, viuificatus autem spiritu, id est, per virtutem spiritus sancti: in quo spiritu sancto olim scilicet ipse veniẽs prædicauit ijs qui in carcere erant constituti spiritibus, id est, hominibus quorum animæ vinculis corporis coercebantur, qui increduli fuerant, quum scilicet expectantes & abutentes dei longanimitate in diebus Noe, prædicante illo diluuium & arcam fabricante (in qua tantum octo saluati sunt) non crederent: quę quidem arca forma fuit & figura nostri baptismi. Sed quorsum hęc inquies? vt ostẽdat Petrus

dat Petrus quòd Christus qui nouissimis temporibus veniens ĩ carne prædicauit nobis, non tunc primo cœpit esse, sed idem erat qui in spiritu diebus Noe hominibus eius temporis prædicabat pœnitentiam, & diluuium instãs: atque ob id huiusmodi locum à Petro adductum esse vt ostendat, quòd sicut tempore Noe ij qui increduli permanserunt nec pœnitẽtiam egerunt, neque se in arcam receperunt: & in spiritu, per Noe, prædicãti Christo non crediderunt, perierunt: ita qui nunc venienti ad nos in carnem Christo non crediderunt, aut pœnitentiam egerunt, neque baptizati sunt, peribunt: quemadmodum in Actis 2. ait idem Petrus, Pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquisq; vestrũ. Quidã (inter quos Caietanus) liberius interpretãtur, & Christus ad inferos descẽdens, ijs qui tẽpore Noe increduli fuerãt prædicauit, etiã fructuose: quoniã illi in bonitate dei cõfisi essẽt: sed quur magis istis q̃ illis? & qs illi ĩdicauit præter Noe & aliquot ĩ arcã admissos, alios credidisse? Certè nõ admodũ video quo pacto recte is locus explicari queat: Græci explicãt ĩ carcere ἐν τῷ ἅδῃ. i. in ĩferno, & sic esset sensus, ĩ quo spũ, veniẽs Christus, ijs q ĩ carcere. i. ĩferno erãt spiritib⁹ prædicauit, ijs. s. qui tẽpore Noe tãdiu ĩcreduli fuerũt: prædicauit aũt illis nõ ꝓficiẽdi, sed exprobrãdi gratia, & prædicanti Noe & per centũ annos arcã fabricãti nõ crediderĩt: quãdo expectabãt dei patientiã. Græci paulò secus habent. s. ὅτε ἅπαξ ἐξεδέχετο ἡ τοῦ θεοῦ μακροθυμία. i. quũ semel expectaretur dei lõganimitas & lenitas, & quũ fabricaretur arca, in qua pauci. i. octo aĩæ saluæ factæ sunt *per aquam*: hic mihi videtur apostolus vsus præpositione per, ꝓ ab, vt sit sensus, saluæ sunt factæ ab aqua. Certè locum hũc ijs *qui in carcere erant prædicauit*, Græca scholia in loco cap. 4. *propter hoc & mortuis euangelizatũ est*, cõfirmãt hac sententia & Christ⁹ in ĩferno puersis illis cõstitutis, ꝑdicauerit, sed ad illorũ cõdemnationẽ: aiũt enĩ, λειπόμενον δὲ ἀνωτέρω περὶ τῶν ἐν τῷ ἅδῃ ὅτι κατακλυσθεῖσι τοῖς ἐν φυλακῇ πνεύμασι κηρύχθη· τὸ κήρυγμα τοῦτο εἰς κρίσιν ἐγένετο τούτοις. ἤτοι εἰς καθαίρεσιν. i. quũ superi⁹ dictũ esset de ijs q in inferno agũt, ꝓ & illis ĩ carcere cõstitutis spiritib⁹ prædicatũ est, huiusmodi prædicatio in iudiciũ illis fuit. i. in cõdemnationẽ.

10. *Quod & vos nũc similis formæ saluos facit baptisma.* obscurus est locus, nec minus græcè: sic enim habet, ὃ καὶ ὑμᾶς ἀντίτυπον νῦν σώζει βάπτισμα, quæ ad verbũ interpres vertit: ego crederẽ in Græ

cis mẽdum esse,& pro ὅ.i.quod,legendum ᾧ,cui scilicet aquæ conforme ac simile baptisma,nunc quoque saluos vos facit:vt sit sensus quòd Noe & octo animæ beneficio aquæ arcam subleuãt s saluæ factæ sunt:cui aquæ consimile baptisma quod nos à terra in cælum eleuat,saluos nos facit. Arca quoque ecclesiam significat:quia sicuti extra arcam tempore diluuij nemini fuit salus, sic nulli extra ecclesiam salus: sicut etiam ad omnes ventos agitata arca, nullis vnq̃ aquarum diluuijs submergi potuit, sic multis tyrannorũ & hæreticorũ procellis diu agitata ac frequenter ecclesia,perire nunquam poterit: fundata est enĩ supra firmã petram.quoniã verò sua habebant Iudæi baptismata,q̃ carnem tantum mũdabant, addidit *nõ carnis depositio sordium*,id est,nõ depositio sordium carnis,hoc est,nõ ablutio carnalium sordium , *sed conscientiæ bonæ interrogatio in deum*, & hic locus etiam obscurus est. Quomodo enim conscientiæ interrogatio saluat? verbum Græcum quod interpres vertit interrogatio,est ἐπερώτημα , quod etiã stipulationẽ significat,& hoc certè significato mihi quadrare videtur. Est autem stipulatio verborũ cõceptio,quib⁹ is qui interrogatur,daturũ facturúmve se quod interrogatus est,respondet:qualis in baptismo fieri solet rogante baptizandum parocho,Credis in deum?& respondente illo,si adult⁹ est,aut nomine illius,si infans est,susceptore:credo.Abrenuncias satanæ & operibus eius? abrenuncio , sic enim de eunucho legimus Act.8.q̃ eunucho interroganti ecce aqua, quid me prohibet baptizari?dixit Philippus,Si credis ex toto corde,licet:& respõdens ait, credo Iesum esse filium dei:& postmodum baptizauit. Huiusmodi ergo ἐπερώτημα,& stipulatio : qua se in deũ credere & satanæ nũciũ remittere profitetur baptizandus,saluum eũ facit:nõ carnalium sordium ablutio:& hoc quidem per resurrectionẽ Iesu Christi à mortuis. Christi enim resurrectio,nostra fuit iustificatio,q̃ est in dextera dei deglutiẽs mortẽ vt vitę æternę hęredes efficeremur, profectus

terrogatio in deum per resurrectionem Iesu Christi,qui est in dextera dei,deglutiẽs mortem,ut uitæ æternæ hæredes efficeremur: profectus in cælum, subiectis sibi angelis & potestatibus & uirtutibus.

ARGVMENTVM *Cap. 4.*

¶ Cessandũ à ueteribus delictis vt in admirationem & stuporem gentes trahamus,bonis quoque operibus vacandũ,neque dolendum si Christi nomine & iustitiæ gratia affligimur, secus si ob iniquè gesta.

profectus in cœlum,& c.Græca scholia exponũt *conscientiæ bonæ interrogatio in deum*,id est,bonæ cõscientiæ arrabo,pignus & demõstratio secundum deum:nam ἐπερώτημα,quod interpres vertit interrogatio,sic exponũt: ἐπερώτημα δὲ ἐνταῦθα ἀρραβών,ἐνέχυρον, ἀπόδειξις.& εἰς θεὸν dicũt sumi,p καὶ ἀ θεόν.i.secũdũ deũ.Hęc de loco admodũ difficili q̃tũ cõijcere potuimus:qđ autẽ Latinus habet deglutiens mortẽ vt vitæ æternæ hæredes efficeremur , Græca quæ nunc extant, non habent: ab hoc autem loco deglutiens, vsq; ad ὁ profectus,nihil eorum quæ Latini habent est apud Græcos.

CAP. IIII.

A c

[1] *Hristo igitur passo in carne:& uos eadem cogitatione armamini.*

quia qui passus est in carne desiit à peccatis : ut iam non desideriis hominum ,sed uoluntate dei quod reliquum est in carne uiuat tempo-
Ephe. 4.c. *ris.* [2] *Sufficit enim præteritum tempus ad uoluntatem gentium cõ*

1.*Christo igitur passo.* Huius loci subobscuri sensus est iste: Quum igitur(vt Græci addunt ὑπὲρ ἡμῶν,id est, pro nobis) secũdum carnem passus sit Christus,& vos eadem cogitatione armamini,id est,sic deliberate & constituite apud vos,vt quemadmodũ ille pro vobis passus & crucifixus est carne,ita & vos pro eo patiamini & carnẽ vestram crucifigatis. quia qui passus est in carne,desijt à peccatis , vt deinceps quod reliquum est temporis in carne viuat non secũdum desideria & concupiscentias hominum sed secundùm dei voluntatem.similem penè sententiam affert Paulus Ro.6. Vetus homo noster simul crucifixus est, vt destruatur corpus peccati , vt vltra non seruiamus peccato: Qui enim mortuus est, iustificatus est à peccato.pro hac nouissima sententia dicit Petrus , *Qui passus est in carne desiit à peccatis*,siue à peccato τῆς ἁμαρτίας,id est,cui caro cũ concupiscentijs suis cum Christo cruci affixa est,ille iam peccare desiit.

2.*Sufficit enim præteritum tẽpus*,&c.Græca habent,ἀρκετὸς γὰρ ὑμῖν παρεληλυθὼς χρόνος τὸ βέλημα τῶν ἐθνῶν κατεργάσασθαι.i.sat est quòd præterito tempore voluntatem gentium consummaueritis,vbi τὸ θέλημα,id est,voluntatem,pro τῶν ἐπιθυμίων sumunt,id est,libidinibus. Hic enim Græca scholia , nónne satis esse debet, quòd tantum temporis deliciis indulsistis , quòd similem antehac gentibus vitam in omni luxu & lasciuia egistis? *In quo admirantur* , non concurrentibus vobis in eandem luxuriæ confusionem:

fusionem: Græcè pro admirantur est ξενίζονται: ξένον autem significat rem peregrinam, nouam & admirandam. vnde bene interpres vertit admirantur, tanquam rem scilicet nouam & extraneã, quòd non vnà cum illis curratis in eãdem luxuriæ vel luxus (vt omnium rerum immoderatum abusum intelligas, est enim Græcè ἀσωτίας,) cõfusionẽ: Græc. ἀνάχυσιν, quod Græca scholia σύγχυσιν interpretantur, & ξενίζονται exponũt per θαυμάζουσιν. i. admirãtur: quod addidi quia in vtroq; vocabulo interpretẽ nostrũ iniuria carpsit Erasmus: ob id ergo, inquit, admirãtur blasphemãtes. i. in quo blasphemãt & deo iudici rationẽ reddẽt.

summandam his qui ambulauerunt in luxuriis, desideriis, uinolẽtiis, comessationibus, potationibus, ebrietatibus, & illicitis idolorũ cultib⁹: in quo admirantur non concurrentibus uobis in eandem luxuriæ confusionẽ blasphemantes, qui reddent rationem ei, qui paratus est iudicare uiuos & mortuos. B

3. *Propter hoc enĩ mortuis euãgelizatũ est.* Locus iste obscurus est & varias admittit expositiones. Quidam exponunt q̃ sicut viuos & mortuos. i. in gratia degentes & ĩ libidinibus agẽtes iudicaturus est deus: ita ab illo, ijs mortuis qui gẽtilitiã in oĩ spurcitia vitã egerunt euãgelizatũ est: sicut Christus ait, nõ veni vocare iustos, sed peccatores: illis ergo euangelizatum est, vt iudicẽtur quidẽ secũdũ hominẽ in carne. i. per carnẽ, Græci enĩ nõ habẽt in. Viuant aũt secũdũ deũ in spiritu vel per spiritũ, τῷ πνεύματι: & hoc duobus modis exponitur: primo, vt secũdum hominẽ mortificẽtur quidẽ carne: secundũ deũ autẽ carne mortificati, spiritu viuãt, mortificatis in Christo Iesu mẽbris: alio modo mortuis. i. peccatoribus etiã infamibus quales sectabatur vt ad se Christus attraheret, euangelizatum est ab ipso scilicet Christo, vt secundum homines. i. Phariseos externa tantum spectantes iudicẽtur & condemnentur in carne. i. carnaliter vel in speciem: phariszei enim vt se iustificarent, peccatores damnabant & abijciebant: illis ergo Christus prædicauit, vt sic à mundo secundum carnem iudicati & damnati, secũdum deum viuant spiritu. i. in spiritu sancto. Alio modo exponunt hũc locũ ad literã Græca scholia: quòd Christ⁹ ad inferos descẽdẽs, mortuis illic existentib⁹ p̃dicauit sicut & viuis p̃dicauerat, & sicut viuis p̃dicãs, ijs qui eũ agnouerũt, in iustificationẽ adfuit,

adfuit, ijs autem qui ignorarunt & reiecerunt, in cõdemnationem: ita in infernum descendens mortuis prædicauit, & ijs qui secundũ hominem in carne, id est, carnaliter vixerant in condemnationem, ijs autem qui secundum deum in spiritu egerant, id est, spiritualem & ex virtute vitam vixerant, in gloriã & honorem affuit: Hoc est, quod ait Petrus, quòd mortuis à Christo perinde ac viuis euangelizatum est in inferno, vt p̃dicante illis Christo ad bonorum gloriam & malorum cõfusionem, iudicentur quidem. i. condemnẽtur qui secũdum hominẽ. i. in carne vixerant: vitam autem æternam viuant, qui secundum deum in spiritu antè vixerant.

dum deum in spiritu. Omnium autem finis appropinquauit. 4 *Estote itaque prudentes: & uigilate in orationibus. Ante omnia autem, mutuam in uobismetipsis charitatem continuam habentes: quia charitas operit multitudinem peccatorum. Hospitales inuicem, sine murmuratione. Vnusquisq; sicut accepit gratiam, in alterutrum illam administrãtes: sicut boni dispẽsatores multiformis gratiæ dei. Si quis loquitur: tanquam sermones dei. si quis ministrat: tanquam ex uirtute quã administrat deus: ut in omnibus honorificetur deus per Iesum Christum: cui est gloria & imperium in secula seculorum. Amen. Charissimi,* 5 *nolite peregrinari in feruore qui ad tentationem uobis fit, quasi noui aliquid uobis contingat: sed communicantes Christi passionibus, gaudete, ut & in reuelatione gloriæ eius gaudeatis exultan-*

C Prou. 10 b. Rom. 12. c. Heb. 13. a. Phili. 2. b.

4. *Estote itaque prudentes*: reliquum capitis satis facilè est, nisi quòd ĩ paucis variat interpres à Græco. p *Prudẽtes estote*, Græcè est σωφρονήσατε. i. modesti siue tẽperantes estote. p *vigilate* ẽ νήψατε, qđ vigilate & sobrij estote, significat: quod paulo post sequitur, charitas operit multitudinem peccatorum, interpres legit καλύπτει ĩ præsenti, Græca habẽt καλύψει in futuro. quod autem sequitur, si quis loquitur, *tanquã sermones dei*, subaudiendum est, loquatur, *tanquam ex virtute* subaudiendũ, ministret.

5. *Nolite peregrinari*, Græci habent μὴ ξενίζεσθε: quum autem ξένον rem nouam & peregrinam &, vt vocamus, extraneam significet: sensus est, nolite percelli tanquam re noua & insolita: non est autem vocabulum Latinum quod huic respondeat, Galli dicerent, ne trouuez estrange,

ne soyez estonnés. quod autem habet interpres, *in feruore*. Græci habent ἐν πυρώσει, quod Græca scholia explicant per ἐν δοκιμασίᾳ, id est, in probatione & exploratione, quæ tanquam per ignem fit. Sensus ergo est, nolite percelli ob explorationem quæ vobis fit tentandi vestri gratia, quasi ob rem nouam, sed ob hoc gaudete, quòd communicatis passionibus Christi, id est, quòd vobis datum est pro eo affligi.

6. *Si exprobramini in nomine Christi*, id est, si opprobrio vobis vertitur, vt aiunt græca scholia, Christi nomen, in hoc quòd Christiani dicimini, *beati eritis*, quoniam quod est honoris, gloriæ & virtutis dei, & qui est eius spiritus super vos requiescit. græca paulo secus habent, scilicet ὅτι τὸ τῆς δόξης καὶ τὸ τοῦ θεοῦ πνεῦμα ἐφ' ὑμᾶς ἀναπαύεται, vbi Græci non habent *virtutis* neque *honoris*, nos autem τὸ τῆς δόξης possumus gloriam interpretari, & sic sensus esset, quòd gloria & spiritus dei super vos requiescit: post hunc locum autem Græci addunt, κατὰ μὲν αὐτοὺς βλασφημεῖται, κατὰ δὲ ὑμᾶς δοξάζεται, id est, ab illis quidem blasphematur: à vobis autem glorificatur: quæ interpres noster non legit. mihi autem videtur Erasmus contra Latini sermonis rationem κατὰ αὐτοὺς & κατὰ ὑμᾶς vertisse iuxta vos: quis enim ferat ita loquentem, deus blasphematur iuxta vos: ego dicerem, à vobis aut per vos.

tes. 6 *Si exprobramini in nomine Christi, beati eritis: quoniam quod est honoris, gloriæ, & uirtutis dei, & qui est eius spiritus, super uos requiescit.* 7 *Nemo autem uestrum* D *patiatur, ut homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor. Si autem ut Christianus, non erubescat, glorificet autem deum in isto nomine. Quoniam* 8 *tempus est, ut incipiat iudicium à domo dei. Si autem primùm à nobis, quis finis eo*

7. *Nemo vestrum patiatur vt fur*. i. ne committite vt pœnas detis & affligamini, homicidij, furti, aut alterius peccati nomine. si autem quis ob Christi nomen & quia Christianus est, non erubescat.

8. *Tempus est vt incipiat iudicium à domo dei*. Græca scholia κρῖμα οὐ ἀντὶ κατακρίματος, sed ἐξετάσεως. i. non pro condemnatione: sed pro accurata examinatione sumunt: quæ incipiet à domo dei. i. à Christianis bonis, deiq; familiaribus & domesticis: vt eorum quæ in vita gesserunt rationem reddant: quòd si, inquit, exigitur ratio à dei domesticis & fidelibus, qui futurus est finis infidelium? Basilius Magnus interpretatur, κρῖμα & iudicium pro afflictionibus quas

rũ qui non credunt dei euangelio? Prou. 11.d. 9 *Et si iustus quidem uix saluabitur, impius & peccator ubi parebunt? Itaque & hi qui patiuntur secundum uoluntatem dei, fideli creatori commendent animas suas in benefactis.*

ARGVMENTVM Cap. 5.

¶ *Seniores ac presbyteros gregi bene prouidere, ac cum modestia pascere: adolescentes autem cum humilitate illis subesse, & aduersus diaboli insidias vigilijs, & oratione dei adiutorio, qui non est illis defuturus, resistere hortatur: deinde salutationibus epistolam claudit.*

CAPVT V.

A 1 *Seniores ergo qui in uobis sunt obsecro, consenior, & testis Christi passionum, qui & eius quæ in futuro reuelãda est, gloriæ communicator, pascite qui in uobis est gregem dei, prouidentes non coactè, sed spontaneè secundum deum: neque turpis lucri gratia, sed uoluntariè: neq; ut dominantes in cleris, sed forma facti gregis ex animo. Et cùm apparuerit princeps pastorum, percipietis* B *immarcessibilem gloriæ coronam.*

quas ab infidelibus passuri sunt fideles. Quòd si per huiusmodi afflictiones suos tẽtare visum est deo, quid futurum putant infideles, qui totam vitam agunt in deliciis?

9. Et *si iustus vix saluabitur*, id est, cum labore & molestia. μόγις enim significat cum labore. quia per multas tribulationes oportet ingredi in regnum cælorum: impius & peccator vbi parebunt?

1. *Seniores*. non ætate senes, sed presbyteros quos sacerdotes vocamus, intelligi docet id quod sequitur, pascite qui in vobis est gregem dei: sic conseniorem se dicit, & vt ita dicam, compresbyterum: presbyteros ergo vult gregi suo prouidere & attẽdere, Græcè ἐπισκοπεῖν, idque non vi sed voluntate ac liberè, neque quæstuosos esse, non dominari in cleros, id est, hereditatem domini, non vexare imperiosa autoritate & potentia, sed formam esse gregis, id est, sic se gerere vt forma sint & exemplar rectè viuendi subditis.

Similiter adolescentes, subditi estote senioribus. Omnes enim inui- Iaco. 4.c. *cem humilitatem insinuate, quia deus superbis resistit: humilibus autem dat gratiam. Humiliamini igitur sub potenti manu dei, ut*

2. *In tempore visitationis.* Græci non habent visitationis, sed ἐν καιρῷ, id est, in tempore opportuno: id enim significat καιρὸς, nos tempus visitationis dicere possumus tempus iudicij, in quo visurus est deus qui rectè egerint & crediderint, ac præmiaturus.

3. *Scientes eandem passionem ei quæ in mundo est vestræ fraternitati fieri*, id est, scientes similes afflictiones & molestias vestris fratribus per mundum vniuersum dispersis, apparari & exhiberi, id enim significat ἐπιτελεῖσθαι. Consolatur ergo eos tum quia nõ soli patiuntur, tum quia sic tolerantibus aderit deus, qui virtutem & patientiam vestram, inquit, perficiet, cõfirmabit & solidabit. Nã quod Erasmus ait græcè legi, καταρτίσαι ὑμᾶς, στηρίξῃ, θεμελιώσαι. i. perficiet vos fultura, confirmatione. certè codex Veronẽsis habet στηρίξαι, θεμελιώσαι, θεμελιώσαι. i. confirmet, stabiliat, &c. puto nostrũ interpretẽ legisse καταρτίσῃ, στηρίξῃ, vt oĩa sint futura ĩdicatiui, non verbalia noĩa.

4. *Breuiter scripsi vobis obsecrãs & contestans hanc esse veram*, &c. obsecrans refertur ad scripsi, scripsi scilicet tanquã obsecrans, non tanquam imperans. *Babylonem* autem *coelectam*, id est, quæ cum aliis ecclesiis electa est ad fidem & vocata, Græca scholia & omnes, Romam interpretantur, quam Babylonem appellat propter idolorum confusionem.

uos exaltet[2] *in tẽpore uisitationis, omnem solicitudinem uestram proiicientes in eum, quoniam ipsi cura est de uobis. Sobrij estote, & uigilate: quia aduersarius uester diabolus tanquam leo rugiẽs circumit, quærens quem deuoret: cui resistite fortes in fide.*[3] *scientes eandem passionem ei quæ in mundo est, uestræ fraternitati fieri. Deus autem omnis gratiæ, qui uocauit nos in æternam suam gloriam in Christo Iesu modicum passos, ipse perficiet, confirmabit, solidabitque. Ipsi gloria, & imperium in secula seculorum.* p *Amen. Per Siluanum fidelem fratrem uobis, ut arbitror,*[4] *breuiter scripsi: obsecrans & contestans hanc esse ueram gratiam dei in qua & statis. Salutat uos ecclesia quæ est in Babylone, coelecta: & Marcus filius meus. Salutate inuicem in osculo sancto. Gratia uobis omnib*[9] *qui estis in Christo Iesu. Amen.*

Matth. 6. c. Luc. 12. c. C Rom. 12. c. Psal. 54. d.

Argumentum

Argumentum epistolæ Petri secundæ.

SEcundam iam morti proximus Petrus dispersis fidelibus Iudæis scribit epistolam, qua veluti in memoriam reuocat quæ eis antè scripserat, admonens vt fidei pia & Christiana fide digna adiungant opera: sanctisq; prophetarum scriptis attendant: & à falsis doctoribus & impostoribus caueant, eorum obiter peruersa & versuta ingenia describens, & exemplo veterum futura supplicia prænuncians. hortánsque vt in domini aduentu se præparent.

EPISTOLA
BEATI PETRI APOSTOLI SECVNDA.

ARGVMENTVM Cap. 1.

¶ Præmissa epigraphe, inq; ea bene illis precatus, admonet eos bonis operibus vacare, doctrinæ suæ memores esse, quã à domino spectator maiestatis ipsius factus accepit, dein prophetiis dei voluntate adlatis, fidem habere, obiter exitus sui facta mentione.

CAPVT I.

(A S

[1] Imon Petrus, seruus & apostolus Iesu Christi: iis qui cõæqualẽ nobiscum sortiti sunt fidem in iustitia dei nostri & saluatoris Iesu Christi, [2] Gratia uobis & pax adimpleatur in cognitiõe dei, & Christi Iesu domini nostri: quo modo oĩa nobis diuinæ uirtutis suæ quæ ad uitã & pietatẽ donata sunt, p cogni-

1. *Simon Petrus*, &c. quidã codices etiã Græci habent Simeon, qdã Simõ: vtroq; enĩ modo Græcis dicit. iis, inqt, qui coæqualem nobiscum sortiti sunt fidem. Græcis ἰσότιμον, id est, parem & æqualem, siue eiusdem premij ac precij. nam τιμή precium significat: quòd fideles idẽ præmium manet ac preciũ, dei scilicet fruitio: iis ergo qui æqualem sortiti sunt fidem *in iustitia dei nostri & saluatoris Iesu Christi*, id est, per iustificationem: Dei aũt & saluatoris si diuisim sumãtur, *dei* ad patrem refertur, & *saluatoris* ad Christum: sin coniunctim, ad Christum, vt idem sit deus & saluator noster: iis ergo subaudi salutẽ dicit.

2. *Gratia vobis & pax adimpleatur.* Interpres videtur legisse πληρωθείη, id est, impleatur, quum græca habeant πληθυνθείη, id est, multiplicetur & augeatur: vt ergo

go gratia dei augeatur siue impleatur *in cognitione domini nostri Iesu Christi*,id est,per cognitionem ipsius.Hæc est enim vita æterna, vt cognoscant te vnum & verum deum,& quem misisti Christum Iesum.Ioan.17. nec mentionem fecit hic Petrus agnitionis dei patris,memor sermonis Christi ad Philippum:Philippe qui videt me, videt & patrem.Adimpleatur ergo gratia & pax.*Quomodo omnia nobis diuinæ virtutis suæ, quæ ad vitam & pietatem donata sunt*,Græca sic habent, ὡς τῆς ἡμῖν τῆς θείας δυνάμεως αὐτοῦ, τὰ πρὸς ζωὴν καὶ εὐσέβειαν δεδωρημένης, id est, quemadmodũ per omnia diuina virtute ipsi⁹ quęcũq; ad vitã & pietatẽ spectant donata sunt nobis, per cognitionem eius qui vocauit nos *propria gloria & virtute*.Græci habent διὰ δόξης καὶ ἀρετῆς,id est, per gloriam & virtutem.interpres legit ἰδίᾳ, id est, sua vel propria. Sensus ergo est vt lectionem connectamus, Gratia & pax dei impleatur in vobis per cognitionem domini & saluatoris nostri,quemadmodum diuina virtute sua quæcunque ad vitam & pietatem spectant, nobis donata sunt per cognitionem eius qui nos vocauit per virtutem & gloriam.sicut ergo per eius cognitionem omnia nobis illa donata sunt: sic per eius cognitionem impleatur gratia in vobis.

tionem eius qui uocauit nos propria gloria & uirtute, [3] *per quem maxima & preciosa nobis promissa donauit, ut per hoc efficiamini diuinæ consortes naturæ, fugientes eius quæ in mundo est, concupiscentiæ corruptionem.* [4] *Vos*

3. *Per quem maxima & preciosa nobis promissa donauit*. varia fuit lectio huius loci, Græci nunc habent δι' ὧν, id est, per quæ,scilicet virtutem & gloriam. Beda legit per quam scilicet cognitionem, atque ita Græcè fuisset, δι' ἧς : interpres legit, δι' οὗ,id est, per quem scilicet Christum, quæ verior lectio videtur, per quem inquit,preciosa nobis promissa donauit.*vt per hoc*,vel per hæc,prout est Græcè τούτου vel τούτῳ, vt per hæc,inquam, nobis donata & vobis,subaudi,per nos communicata, vos qui sine vlla spe diuinæ promissionis hactenus carnaliter vixistis,efficiamini consortes diuinæ naturæ, è carnalibus spirituales effecti, fugientes eius quę in mundo est concupiscentiæ corruptionem: Græcè ἀποφυγόντες τῆς ἐν κόσμῳ ἐν ἐπιθυμίᾳ φθορᾶς,id est, si vitaueritis mundanam in concupiscentia corruptionem.

4. *Vos autem omnem curam subinferentes*. Græcè paulò secus est, scilicet

scilicet καὶ αὐτὸ τοῦτο δὲ σπουδὴν πᾶσαν παρεισενέγκαντες: & hoc ipsum,subaudi,facite, omni cura & diligentia adhibita, *Ministrate in fide vestra virtutem*.pro ministrate,Græcè est ἐπιχορηγήσατε,id est,suppeditate: mihi aptè videtur hic sumi pro exhibete, id est,exhibete in fide vestra & cum fide virtutem : non τῷ δυνάμει, id est, potentiam miracula edendi, sed τῷ ἀρετῷ virtutem scilicet, hoc est, studiosas actiones, ac bona opera, sine quibus fides est mortua:sic enĩ Græca scholia explicant.*In scientia abstinentiam*.Græcè ἐγκρατείαν, quod non modo abstinentiam & temperantiam, sed ab omnibus illicitis continentiam significat ac moderationem etiam : quod hoc fortasse loco magis quadrabat:& quia scientia inflat, cum ea animi moderationem requirat.

B *autem curam omnem subinferentes, ministrate in fide uestra uirtutem : in uirtute autem, scientiam: in scientia autem, abstinentiam : in abstinentia autem, patientiam:* [5] *in patientia autem, pietatem: in pietate autẽ, amorem fraternitatis: in amore autẽ fraternitatis, charitatẽ.* [6] *Hæc enim si uobiscũ adsint, & superent: nõ uacuos, nec sine fructu uos cõstituẽt in domini nostri Iesu Christi cognitione.* [7] *Cui enim non præsto sunt hæc: cæcus est, & manu tẽtans, obliuionem accipiens purgationis ueterum suorum delictorum.*

5. *In patientia autem pietatem*.non commiserendi virtutem, sed ὑπομονὴν εὐσεβείαν, id est, dei cultum ac veram religionem. In amore fraternitatis charitatem.Græcè ἀγαπὴν,id est,dilectionem:intelligit autem hic charitatem siue dilectionem,qua in deum ferimur, vt quòd fratres diligamus,id ob dei amorem fiat.

6. *Hæc enim si vobiscum adsint & superent*.Græcè est ταῦτα γὰρ ὑμῖν ὑπάρχοντα καὶ πλεονάζοντα:puto interpretem vertisse,hæc enim vobis cùm adsint,sed descriptoris vitio non intelligentis τὸ vobis, & è cum disiuncta esse, additumq; τὸ si,&ex duobus disiunctis factum esse vnum vocabulum vobiscum:quod autem vertit superẽt, neutraliter intellige dum est,id est,exuberent.

7. *Cui enim non præsto sunt hæc*.i.cui non adsunt huiusmodi virtutes cæcus est ac manu tentãs.Græcè μυωπάζων, est autem μυωπάζειν manu viam tentare:Græca scholia interpretãtur pro τυφλώττειν.i. excæcatũ esse,est certè more cæcorũ manu viã prætentare. Græca scholia dici putãt à subterraneis muribus quos talpas vocãt,ꝙ ppe-

tuò

tuò cæci sint.cui ergo huiusmodi bona non adsunt, cæcus est oculo mentis,vtpote *obliuionem accipiens* purgationis veterum suorũ delictorum,id est,oblitus se purgatum esse à veteribus delictis.

8. *Quapropter vos magis satagite,vt per opera bona certã faciatis electionẽ vestram.* Græca quæ nunc extant nõ habent per opera bona,sed magis satagite,hoc est,satagite potius, vt firmã faciatis electionẽ vestram:interpres legit per bona opera.i.bonorum operũ exhibitiõe, quia (vt inquit Beda)qui fidei sacramentis,quæ perceperũt, bona quoque opera perseueranter adiungunt, istí suam vocationem & electionẽ certam intuẽtibus facient.hæc enim,inquit, facientes non peccabitis aliquando. Græcè ὑ μὴ πταίσητέ ποτε, id est,nunquam offendetis.

[8] *Quapropter fratres magis satagite,ut per bona opera certã uestram uocationem & electionem faciatis . hæc enim facientes , non peccabitis aliquando. Sic enim abũdanter ministrabitur uobis introitus in æternum regnum domini & saluatoris nostri Iesu Christi.* [9] *Propter quod incipiam uos semper commonere de his: & quidem scientes & confirmatos uos in præsenti ueritate.* [10] *Iustum autem arbitror quandiu sum in hoc tabernaculo,suscitare uos in cõmonitione: certus quòd uelox est depositio tabernaculi mei, secundum quod & dominus noster Iesus Christus significauit mihi.* Ioan. 21.f. [11] *Dabo autem operam & frequenter,habere uos post obitum meum, ut horum memoriam faciatis.* [12] Nõ enim doctas fabulas secuti, 2.Co. 1.c. *notam fecimus uobis domini nostri Iesu Christi uirtutem & præsentiam: sed speculatores facti illius magnificentiæ.*

9. *Propter quod incipiam vos semper cõmonere:* p eo qđ vertit *incipiam*,interpres longe aliud legit Græcè,quàm nunc habeant Græci codices,habent enim pro incipiã ὑκ ἀμελήσω,id est,non negligam, siue curabo commonere vos de his quæ suprà scripsi vobis: & quidẽ scientes & confirmatos vos in præsenti veritate: Græcè καίπερ εἰδότας καὶ ἐστηριγμένους ἐν τῇ παρούσῃ ἀληθείᾳ.vbi Græci secundo loco non habent *vos*,& puto vitio librarij additum: est autem sensus,curabo vos semper de iis admonere,etiam si ea nostis & *in præsenti veritate*, de qua nunc agitur,confirmati estis.

10. *Iustum autem arbitror,&c.* id est,æquum autem censeo quàm diu sum in tabernaculo excitare vos per commonitionem (suscitare autem quod interpres vertit,pro excitare sumptum est) certus quòd velox est depositio tabernaculi mei,tabernaculũ autem vocat corpus suum,sumpta metaphora à veteribus patribus,qui tẽtoriis & tabernaculis vtebantur,dum terram promissionis sectabantur,incertam interim mansionem neque diuturnam habentes,ita quia incertam neq; diuturnam ponunt mansionem in hoc corpore,qui peregrinantur à domino,sed cupiunt illi præsentes esse,corpus suum Petrus tabernaculum vocauit: & mortem suam depositionem tabernaculi:

naculi:quia sicut peregrinantes,quum in optatam patriã peruenerint,iam tentoria ponunt & tabernacula:ita Petrus qui propediem in patriam venturum se sciebat cælestem,mortem suam appellat tabernaculi depositionem:eamque velocem, Græcè ταχινὴν, id est, celerem,hoc est,subito futuram.

11. *Dabo autem operam.* Difficilis est huius loci ordinatio, neque multò Græcè clarior. Est autẽ Græcè σπουδάσω δὲ καὶ ἑκάστοτε ἔχειν ὑμᾶς μετὰ τὴν ἐμὴν ἔξοδον, τὴν τούτων μνήμην ποιεῖσθαι. Erasmus vertit,dabo semper operam vt post exitum meum horum memoriam facere possitis: dicitq; ἔχειν pro posse sumi & iungi cum ποιεῖσθαι,at ego nõ puto vnquam reperiri ἔχειν pro posse alteri infinitiuo iũctum,fortassis Petrus cùm præmisisset ἔχειν, ob longum hyperbatõ iam non memor prædicti verbi adiecit rursum ποιεῖσθαι : sufficere enim potest alterutrum: dabo operam vt post exitum meũ horum memoriam habeatis vel faciatis. Certè Græca scholia in hunc locum asserunt nonnullos ex hoc loco intellexisse,quòd sancti post mortem suam,eorum qui hic degunt,meminerint, ac pro viuis intercedant: quod ne quis comminisci me putet, subdam Græca : τινὲς βούλονται παρὰ ταύτην ἀπὸ τούτου, ὅτι μετὰ θάνατον οἱ ἅγιοι μέμνηνται τῶν ἐνθάδε, καὶ πρεσβεύουσιν ὑπὲρ τῶν ζώντων.i.quidã ex hoc loco intelligi volunt, quòd sancti post mortem suam eorum, qui hic degunt,meminerint ac pro viuis interpellent.

12. *Non enim indoctas fabulas secuti.* pro indoctas fabulas Græcè est σεσοφισμένοις.id est,doctas & rhetorico artificio compositas : vnde puto interpretem vertisse doctas prout quidem codices habent, sed à sciolo librario additum in.quum autẽ μῦθος non fabulam modo,sed orationem etiã significet, videtur mihi Petri sensus esse, q̃ non affabre composita,& elegãti oratione vsus illis prædicarit: sic enim Græca scholia exponunt,vt sit idem sensus cum Paulo, quòd non in doctis humanæ sapientiæ verbis illis prædicarit Christi virtutem & *præsentiam*,non præscientiam,vt deprauati codices habẽt:

Græci

Græci autem habent παρουσίαν, quod & præsentiam significat & aduentum: quo nouissimo significato magis hic quadrat: quem se dicit illis annunciasse, non tanquam arte compositas fabulas secutum, sed tanquam re vera maiestatis eius spectatorem.

13. *Accipiens enim à deo patre.* Neque Latinè est quo referatur participium accipiēs, neq; Græcè ὁ λαβών, nisi (quod aliquādo fit) nominatiuus pro genitiuo absoluto sumatur, & tunc sic vertenda esset lectio, *Quum enim accepisset à deo patre*, honorem & gloriā, huiusmodi voce ad eum à magnifica gloria delata, hic est filius meus in quo mihi complacuit, &, id est, etiā hanc nos vocem de cælo audiuimus. vel ex hoc loco certum est hanc epistolam esse Petri, qui spectator fuit maiestatis Christi.

14. *Habemus firmiorem propheticum sermonē.* possumus hic firmiorem non comparatiuè sed positiuè sumere, quomodo sæpe & Græcè & Latinè sumitur: potest etiā esse cū Beda is sensus, si quis nobis non credit diuinitatē eius asserentibus, ex eo quòd maiestatis eius spectatores fuimus, & vocis cælo delapsæ auditores: habemus propheticum sermonē firmiorem (non quidem veriorem sed firmiorem) quem negare non potestis, sicut nostrum testimonium potestis refellere. is autem sermo propheticus est Dauidis: Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te: cui benefacitis attendentes, inquit, tanquā lucernæ lucenti in caliginoso loco: in huius enim seculi nocte tenebrosa, ait Beda, vbi difficile quisquam inuenitur, qui non offendat, quid essemus si lucernā prophetici sermonis nō haberemus? lucerna ergo quæ in caliginoso hoc seculo degentibus lucet, verbum dei est, dicente Dauid, Lucerna pedibus meis verbum tuum, cui attendere

tudinis. 13 *Accipiens enim à deo patre honorem & gloriam uoce delapsa ad eum huiusmodi à magnifica gloria: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui, ipsum audite: & hanc uocem nos audiuimus de cælo allatam: cùm essemus cum ipso in monte sancto.* Et 14 *habemus firmiorem propheticum sermonem, cui bene facitis attendentes quasi lucernæ lucenti in loco caliginoso, donec dies illucescat, & lucifer oriatur in cordibus uestris: hoc primum intelligentes, quòd omnis prophetia scripturæ, propria interpretatione non fit. Non enim uoluntate humana allata est aliquādo ꝓphetia, sed spiritu sancto inspirati, locuti sunt sancti dei homines.* D Matt. 17.d. 2.Th 3.d.

tendere oportet non semper, sed donec dies illucescat, id est, plena dei cognitio: quando cognoscemus sicut & cogniti sumus: & lucifer oriatur in cordibus nostris, id est, clara & non ænigmatica dei cognitio: interim verò ob caliginosi intellectus tenebras verbo dei tanquam lucernæ lucenti & propheticis scriptis intentos esse oportet, scientes non ad hominum arbitrium, sed pro dei inspirantis voluntate allatas esse prophetias.

¶ Quoniam tota hæc secunda epistola obscura est, & multis hyperbatis & eclipsibus implicata, visum est singula capita noua, ac faciliori elucidatione explicare.

¶ *Dilucida explicatio capitis primi, 2. Petri.*

PEtrus Iesu Christi seruus & apostolus, iis qui dei & seruatoris nostri Iesu Christi iustificatione parem nobiscum fidem sortiti sunt, salutem dicit. *Gratia in uos & pax augeatur, sulsq; numeris omnibus cōpleatur, in plena illa & perfecta dei & domini nostri Iesu Christi cognitione: quē admodū diuina uirtute ipsius quæcunque ad uitam & pietatem spectant, nobis per cognitionem data sunt ipsius, qui gloriosa nos uirtute sua uocauit: cuius munere maxima & honorabilia promissa consecuti sumus, ut per hæc uos quoque diuinæ naturæ consortes & compotes euadatis, reiecta illa, qua ex more mundi uiuitur, interitura cōcupiscentia. Summam uerò in eo curam ponite, ut unà cum fide uestra rectas & studiosas actiones exhibeatis: cum uirtute scientiam, cum scientia æquabilem animi moderationem: in moderatione, patiētiam: in patiētia, pietatem: fraternam uerò cum pietate charitatē: cúmque ea charitate, dilectionem. Quòd si uobis eæ uirtutes adsunt & exuperant, non ignauam parient domini nostri Iesu Christi cognitionem, neque inefficacem: contrà uerò, cui non insunt, is cæcus est, manu uiam palpās, neque iam meminit à ueteribus se delictis esse perpurgatum. Quapropter satagite, ut adiunctis ad fidem operibus, certam ac firmam electionem, uocationémque uestram faciatis. Quòd si sic agere instituetis & pergetis, nunquā futurum est, ut offendatis: quin potius ad hunc modum agentibus uobis.*

amplè

amplè patebit in æternum domini & seruatoris nostri Iesu Christi regnum aditus. Quamobrem curabo uos semper iis de rebus commonitos: etiam si earum ignari non estis, sed in hac porrò, qua de nunc agitur, ueritate confirmati. Aequum autem censeo quandiu peregrinus in hoc tabernaculo dego, admonitione uos mea excitare, compertum habens ponendum mihi esse breui corporis huius tabernaculum, prout mihi dominus noster Iesus Christus indicauit. Dabo quoque operam, ut postquam egressus ex hoc tabernaculo fuero, perpetuam eorum, de quibus uos commonefeci, memoriam teneatis. Non enim doctas & artificiosas sectati fabulas, domini nostri Iesu Christi aduentum ac uirtutem nota uobis fecimus: sed diuinæ maiestatis ipsius spectatores effecti. Nam cum gloria & honore affectus à patre esset, à magnifica gloria, uoce ad illum delapsa huiusmodi, Hic est filius meus dilectus in quo mihi complacitum est, ipsum audite: & nos hanc quoque uocem cælitus adlatam audiuimus, cùm ei in monte illo sancto testes adessemus. Quòd si quis nobis non credit, diuinæ illius maiestatis spectatoribus, habemus quoque firmiorem nostro testimonio propheticum sermonem, in quem præclarè actum uobis est, quòd animi aciem intenditis, tanquam in lucernam caliginoso huic loco & seculo prælucentem, donec illucescat dies, & animis uestris claræ intelligentiæ lucifer exoriatur: quippe qui compertum habeatis scripta omnia prophetica nequaquam priuata cuiusquam autoritate fieri. Non enim ad hominis arbitrium adlata est aliquando prophetia, sed spiritu sancto inspirante acti, locuti sunt sancti dei homines.

ARGVMENTVM Cap. 2.

¶ Hoc capite peruersa falsorum doctorum depingit ingenia, simul & quæ eos manent supplicia, vt ne eos imitemur, & ab illis caueamus.

CAPVT II.

1. *Fuerunt verò & pseudoprophetæ.* prædicit forè in lege euãgelica falsos doctores, sicut in lege Mosaica pseudoprophetę fuerunt: quorum

1 Fuerunt uerò & pseudoprophetæ in populo, sicut & in uobis erũt magistri mendaces, qui introducent sectas perditionis, & eum qui emit eos, dominum negant, superducentes sibi celerem perditionẽ. Et multi sequentur eorum luxurias, per quos uia ueritatis blasphemabitur:
2 & in auaritia fictis uerbis de uobis negotiabũtur, quibus iudicium iam olim non cessat: & perditio eorum non dormitat. 3 *Si enim deus angelis peccantibus non pepercit,*

Iob. 4. d.

ad viuum depingit ingenia, qui introducẽt, ait, *sectas perditionis.* Græcè ὅτινες παρεισάξουσιν αἱρέσεις ἀπωλείας, id est, subintroducent, clàm inuehent sectas pernicioſas, est enim Hebraismus, sectas perditionis, pro perditas, quiq; emptorem sui dominum negant: qui enim vel humanitati, vel diuinitati Christi, vel potentiæ aut sapientiæ quicquã detrahunt, eum negant, quia nõ qualem veritas ostendit, sed qualẽ ipsi sibi fingunt, prædicant. neq; verò impunè id futurum est illis, quia celerem sibi perditionẽ superinducunt, id est, ipsi sibi subitũ exitiũ adsciscunt: at, quod deterius est, *Multi sequentur eorum luxurias:* interpres legisse videtur ἀσωτίας vel ἀσελγείας, quod luxurias significat, Græca tamen quę nunc extant, ἀπωλείαις, & tunc sensus est, & multi sequẽtur eorũ perditionẽ, hoc est, sicut ipsi subitum sibi exitium pariunt, ita pleriq; in idem cum illis exitium currunt, eorum sectantes ingenia & mores.

2. *Et in auaritia fictis verbis de vobis negotiabuntur,* id est, & ob auaritiam composito sermone vos mercabuntur: metaphora sumpta à mercatoribus, qui quo carius mercimonia sua vendant, blandis & compositis sermonibus emptores illiciunt: ita & falsi doctores atq; hæretici, quæstus & auaritiæ gratia, blandis fidei Christi & charitatis nominibus ad se simplices fideles alliciunt, vt per auaritiã suam expilatos, dæmonibus vẽdãt: sed hæc eorũ auara fraudulẽtia, suppliciõ nõ caret: vnde subdit, *quibus iam olim iudiciũ non cessat:* pro cessat Græcè est, ἀργεῖ, id est, non intermittitur neq; per negligentiã cessat, id est, etsi nunc iudicio & condemnationi subesse nõ videantur (quia interim mali in delitiis agunt quasi impunes futuri, & tutò lasciuiunt) nõ est tamen putandum interim per negligentiã cessare & prætermitti eorum iudiciũ & cõdemnationẽ: quia qui iam olim dei iudicio damnati sunt, post hæc experientur & tarditatẽ iudicij vindicta compenset deus: idem est autem cessare iudicium eorum, & perditionem dormitare.

3. *Si enim angelis peccantibus non pepercit &c.* ab hoc loco vsq; ad locum,

cum ,Nouit dominus pios,longũ hyperbaton est & eclipsis:ideoq; ad finẽ hyperbati supplendũ,neq; huiusmodi magistris mẽdacibus, eorumq; sectatoribus parcet,potest etiã sine eclipsi hyperbatice legi,Si neq; angelis,neq; originali mũdo,neq; Sodomæ & Gomorrhæ pepercit, sed Noe & Loth seruauit, vtiq; nouit dominus pios de tẽtatione eripere. explicãda sunt aũt singulatim huius hyperbati loca difficilia. *Si ergo angelis peccantibus non pepercit, sed rudentibus inferni detractos tradidit cruciãdos in iudiciũ reseruari.* Græca paulò secus habẽt,scilicet *εἰ γὰρ ὁ θεὸς ἀγγέλων ἁμαρτησάντων οὐκ ἐφείσατο, ἀλλὰ σειραῖς ζόφου ταρταρώσας παρέδωκεν εἰς κρίσιν τετηρημένους*.i.Si enim deus angelis,cùm peccassent,nõ pepcit, sed cathenis caliginis in infernũ detrusos tradidit in iudiciũ seruatos: primũ *σειραῖς*,quod cathenas & quæcũq;vincula significat, interpres posuit rudẽtibus,est autẽ rudens funis nauticus:& pro *ζόφου*,quod caliginẽ significat,interpres vertit infernũ:cathenas autẽ siue rudentes caliginosas græca scholia interpretantur ineuitabilẽ cõdẽnationẽ:qd verò interpres vertit, Tradidit cruciandos in iudicium reseruari,obscurũ est,& græca hũt,tradidit in iudiciũ reseruatos *τετηρημένους*,siue vt alij græci habẽt *τηρουμένους* in præsenti. i. tradidit in dãnationẽ reseruãdos,puto etiã interpretis tẽpore aliã fuisse lectionẽ in aliquib⁹ codicibus,& pro *τηρουμένους*.i.seruatos fuisse scriptũ *τεθλιμμένους* .i.afflictos & vexatos,pro quo interpres vertit cruciandos:sensus aũt interptis est, ꝙ angelis apostaticis nõ pepcit,sed eos rudẽtibus caliginosis in tartarũ prẽcipitatos tradidit in iudiciũ affligendos & reseruãdos.Augustinus ,ꝑ rudẽtib⁹ inferni legit carceribꝰ caliginis,& exponit peccasse ab initio quosdã angelos,& in huius caliginosi aëris ima detrusos,qui interim dũ iudicij diem expectãt,est i lis vice carceris & inferni:& illos qdẽ in hoc interim aëre caliginoso detẽtos,ad diem iudicij reseruari,amplius puniendos.

sed rudentibus inferni detractos in tartarũ tradidit cruciãdos in iudiciũ reseruari: 4 *& originali mũdo nõ pepercit,sed octauũ Noe iustitiæ præconẽ custodiuit,diluuiũ mundo impiorũ inducẽs:& ciuitates Sodomorũ & Gomorrhæorũ in cinerem redigẽs, euersione dãnauit, exẽplũ eorũ qui impiè acturi sunt, ponens:* B Gen. 7.d. Gen. 19.b.

4. *Et originali mundo nõ pepercit.*pro originali Græci habẽt *ἀρχαίῳ*.i. antiquo:Mũdũ aũt originalẽ,tẽpus ante diluuiũ illis ꝑximũ intelligit,atq; originalẽ vocat ꝙprẽ hoc nostro seculo ab ipsa primęua origine fuerit.fortasse interpres legit,*ἀρχικῷ*.i.primigenio,& originalem vertit.Mihi aũt videt *ἀρχαίῳ* nõ tã hic antiquũ significare, q̃ rudẽ & imperitũ,& ita sensus esse,si seculo illi rudi adhuc & ꝑperitorũq; diuinarũ oĩm penè ignaro,qđ tẽpore diluuij fuit, nõ pepcit, qd facturus est falsis doctoribus,q à via veritatis deflexerũt intellecta,& ab eadẽ auertere cęteros moliũtur? Si ergo illi mũdo rudi & impio nõ pepcit,*sed octauũ Noe iustitiæ præconẽ custodiuit, diluuiũ mũdo impiorũ inducẽs.* mũdũ impiorũ oẽs qui tunc degebãt prẽter Noe cũ vxore & liberis,intelligit.vocat autẽ Noe octauũ,nõ ꝙ octauus ab Adã fuerit,qui decimus fuit,sed ꝙ octo tantũ homines diluuiũ euaserunt:quorũ princeps fuit Noe,& qđ ait,Noe octauũ custodiuit,pinde est qđ nostra vernacula Galli dicim⁹,il le saulua luy huictiesme:iustitię aũt prẽconẽ vocat,siueꝙ exẽplo suo rectè ac iustè viuere alios admoneret,siue vt veri⁹ puto,verbo(q̃q̃ ea de re tacet scriptura) ꝙiussus arcã fabricare,cęteros hortaretur ab impietate sua desistere,vt salui fierẽt.

5 & iustũ Loth oppressũ à nefandorũ iniuria ac luxuriosa cõuersatiõe eripuit. Aspectu enim & auditu iustus erat: habitãs apud eos q̃ de die in diẽ animã iustã iniquis operib⁹

5. *Et iustum Loth oppressum,&c.* græci habent, *καὶ δίκαιον λὼτ καταπονούμενον ὑπὸ τῆς τῶν ἀθέσμων ἐν ἀσελγείᾳ ἀναστροφῆς ῥύσατο*.Eras.vertit,& iustũ Loth q opprimebat à nefariis ꝓ libidinosa cõuersationẽ eripuit. Quũ aũt *καταπονοῦμαι*, significet fatiscere, lãguescere ac virib⁹ deficĩ,& *ἀναστροφὴ* conuersationẽ siue cõsuetudinẽ,q̃lis esse soleт iuicẽ habitãtiũ,mihi videt is posse esse sensus:Et iustũ Loth ab infãdorũ hoĩm obscœna & flagitiosa cõsuetudine oppressum,eripuit.ego paulò liberi⁹ sic vertere:Et iustũ Loth nefario rũ hoĩm obscœnã & flagitiosã cõsuetudinẽ ferre nõ valẽtẽ,eripuit, ꝙ scilicet iã ampli⁹ illorũ stupra & ꝑportabiles lasciuias quibuscum versari & cõsuetudinẽ esse illi oportebat,ferre nõ valentem,de⁹ ab illis eripuit. *Aspectu enim & auditu iustus erat.*i.& pudicis oculis & castis aurib⁹,vt q tãta flagitia nec spectare oculis,nec pcipere sustineret aurib⁹, *habitans apud eos qui de die in diem animã iustam iniquis operibus cruciabant.* Græca quæ nũc extãt secus habẽt,scilicet, *βλέμματι γὰρ καὶ ἀκοῇ ὁ δίκαιος ἐγκατοικῶν ἐν αὐτοῖς ἡμέραν ἐξ ἡμέρας ψυχὴν δικαίαν ἀνόμοις ἔργοις ἐβασάνιζεν*.i.oculis enĩ & aurib⁹ iustus & castus,inter eos versans, iniquis illorũ actionibus seipsum excruciabat.fortasse interꝑs legit *ἐβασάνιζον*.i.cruciabãt iustã animã iniquis actionibus suis:sed hoc modo *δίκαιος* & *ἐγκατοικῶν*,recti casus,ꝙ genitiuis absolutis sumunt,vt sit sensus, cùm enĩ casto auditu

atque aſpectu eſſet, iniquis operibus ſuis virum iuſtum cruciabant.

6. *Nouit dominus pios*: vt antè dictũ eſt vſq; ad hunc locũ ab illo, Si enim deus angelis, &c. longũ eſt hyperbaton, vel eclipſis eſt vt græca ſcholia exponũt, addendumq; ante hunc locũ & ſupplendum, quomodo magiſtris illis mendacibus parcet? aut abſolutè, nequaq; illis parcet. Beda putat nec malè, cõiunctim legendũ, ſi illis iniquè agẽtibus nõ pepercit, ſed Noe & Loth iuſtos à malo eripuit, argumẽtũ eſt ꝙ nouit pios eruere, & iniquos in diẽ iudicij cruciãdos reſeruare, non ꝙ ante iudicium pœnas non luant, ſed ꝙ tũc aſſumpto corpore grauiores pendent.

cruciabant. 6 *Nouit dominus pios de tentatione eripere, iniquos uerò in diẽ iudicii reſeruare cruciãdos:* 7 *magis autẽ eos qui poſt carnem in concupiſcentia immunditiæ ambulant, dominationẽq; contemnũt, audaces, ſibi placentes:* 8 *ſectas nõ metuunt introducere, blaſphemantes:*

7. *Magis autem eos.* Græcè μάλιστα,, id eſt præcipuè ac maximè eos qui poſt carnem in concupiſcentia immunditiæ, id eſt, immundis concupiſcentiis ambulant, *dominationémque contemnunt.* Græcè τὴν κυριότητα, id eſt, poteſtatem ipſam, *Audaces, ſibi placẽtes.* Græcè cùm præceſſerit accuſatiuus καταφρονητὰς, id eſt, deſpicientes, ſequitur in recto τολμηταὶ, id eſt, audaces: ideo Græca ſcholia dicunt ſupplendum eſſe ὅτι εἰσὶ, id eſt, qui ſunt audaces. *ſibi placentes,* Græcè αὐθάδεις, quod verbum ſignificat pertinacem & præfractum, qui non poteſt à propoſito abduci. Interp: e: vertit ſibi placentes, & fortaſſe legit ὑπτάδεις quanquam & αὐθάδεις Græca ſcholia interpretantur τὸ ἑαυτοῖς ἀρέσκον μεθ' ὑπερηφανίας, id eſt, qui quod ſibi gratũ eſt ac placet, ſectantur.

8. *Sectas non metuunt introducere blaſphemantes.* Græca quæ nunc extant, nihil habent quod reſpondeat τῷ introducere, & pro *ſectas* Græci habent δόξας, quod tametſi opiniones ſignificet, hic tamen Græca ſcholia ſumunt pro maieſtate & hominibus in dignitate conſtitutis. ſenſus ergo eſt, maieſtatem non metuunt blaſphemãtes, id eſt, non verentur blaſphemare: nam Græcis familiare eſt participiis vti pro infinitiuis. Græca ſcholia exponunt, Maieſtatem nõ metuunt καταφρονητικῶς ἔχουσι. i. contemptui habent: δόξας autem quod hic vertit ſectas, in epiſtola Iudæ vertit maieſtatem eadem ſententia, quando ait, dominationem ſpernunt, maieſtatem autem blaſphemant. & hic græca ſcholia δόξας, diuinas virtutes & dignitates eccleſiaſticas interpretantur.

9. *Vbi*

9. *Vbi angeli fortitudine & virtute, quum ſint maiores, non portant aduerſum ſe execrabile iudicium.* pro non portant, &c. græcè eſt, οὐ φέρουσιν κατ' αὐτῶν παρὰ κυρίῳ βλάσφημον κρῖσιν, id eſt, non ferunt aduerſum ſe à domino blaſphemum & execrandum iudicium. hic locus eſt admodum obſcurus, neq; quod videã adhuc ab aliquo ſufficienter explicatus: ego qd cenſeo, & ex Græcis colligere vtcunque poſſum, cum modeſtia adferam, lubens amplexatur meliora. Quidam interpretantur ꝙ angeli apoſtatici nequaquam tam graue iudicium perferent à domino, quàm illi ſeductores & impoſtores magiſtri. Si autem cum Græcis legamus δόξας, & interpretemur virtutes & potentias ſiue ſupernas, id eſt, angelicas, ſiue infernas, id eſt, dignitates eccleſiaſticas, poteſt eſſe ſenſus, quòd reſeruat eos iudicio puniendos dominus qui dominationes contemnunt, & dignitates blaſphemant, quũ tamen angeli fortitudine, ac virtute, id eſt, robore maiores hominibus, οὐ φέρουσιν κατ' αὐτῶν παρὰ κυρίῳ βλάσφημον κρῖσιν, id eſt, non ferunt aduerſus illas ſcilicet dignitates, (ſic enim Græca ſcholia explicant ἐκ κατ' αὐτῶν,) apud dominum blaſphemum iudicium: putant enim Græci hic idem dici quod Iudas ait de Michaele, quòd certans cum diabolo non eſt auſus illi iudicium inferre blaſphemiæ, ſed dixit, imperet tibi deus. Si ergo angelum ſathan (aiunt) blaſphemari dignum, non eſt auſus blaſphemia Michael angelus afficere, quòd ille dignitatis particeps ſit, vtpote creaturarum dei primitiæ: vt compeſcat iſtorum audaciam, qui dignitates, id eſt, præcellentes autoritate homines blaſphemare non verentur: dixit, non metuunt neque verentur dignitates blaſphemare, *vbi*, id eſt, quum angeli maiores hominibus aduerſus dignitates etiam peruerſas, ſcilicet angelicam naturam rebellem non ferunt blaſphemum iudicium apud deum. Poſſumus quoque hunc ſenſum coniicere, quòd iſ falſi doctores nõ verentur blaſphemiam dignitatibus inferre, vbi angeli, id eſt, quum interim angeli apoſtatici non perferant aduerſum ſeſe iudicium blaſphemum apud dominum, vt de Michaele teſtatur Iacobus, non auſo blaſphemare diabolum.

9 ubi angeli, fortitudine & uirtute cùm ſint maiores, nõ portant aduerſum ſe execrabile iudiciũ 10 *Hi uerò uelut irrationabilia pecora, naturaliter in captionẽ & in pernicie, in his quæ ignorant blaſphemantes*

10. *Hi verò velut irrationabilia pecora.* Græcè ἄλογα ζῶα. i. muta & irratio-

irrationabilia animalia(vt non ſpeciem tantũ intelligas)naturaliter in captionem & in perniciem,Latinis deeſt ad ſupplendam ſententiam aliquid,ſcilicet tendentia aut aliud ſimile:nam Græcè eſt φυσικὰ γεγενημένα εἰς ἅλωσιν,καὶ φθορὰν,quod ego verterẽ,natura in ſeruitutem & interitum genita,ad differentiam angelorũ qui rationabiles natura ſunt liberi & immortales.Hi ergo tanq̃ irrationabilia pecora & bruta animalia,natura in ſeruitutem & interitum genita,in iis quę ignorant blaſphemantes.i. de iis poteſtatibus & dignitatibus quas ignorant blaſphemantes,in corruptione ſua.i.ſe digna (vt Græci explicant)peribunt,iniuſtitiæ ſuæ mercedem referẽtes.

in corruptione ſua peribunt,percipientes mercedẽ iniuſtitiæ, 13 *uoluptatem exiſtimãtes,dici delicias,coinquinatiões & maculæ:deliciis affluentes,in cõuiuiis ſuis luxuriãtes uobiſcũ,oculos habẽtes plenos adulterii,& inceſſabilis delicti,pellicientes animas inſtabiles,cor exercitatũ auaritia habẽtes,maledictiõis filii:*

11. *Voluptatem exiſtimantes dici delicias*: Græcè ἡδονὴν ἡγούμενοι τὴν ἐν ἡμέρᾳ τρυφήν,id eſt,in diurnis deliciis voluptatem ponentes:quaſi dicas ſummam voluptatem in diurnis deliciis conſtituẽtes,quod deterius eſt,q̃ ſi noctu crapulæ vacarent & deliciarentur. *Coinquinationes & maculæ*.ĩ quibuſdam codicibus legitur coinquinationis gignendi caſu,quum ſit Græcè in recto σπίλοι,καὶ μῶμοι.i.inquinamenta & maculæ:ſic autem vocat pro maculatos & inquinatos,ſicut hominẽ inſigniter malũ pro ſcelerato vocamus ſcelus:quẽ loquendi modũ ignorans deſcriptor ſciolus ſcripſit coinquinationis. *Deliciis affluentes*, Græcè ἐντρυφῶντες,*In conuiuiis ſuis luxuriantes vobiſcum*. Græca habent pro conuiuiis ἐν ταῖς ἀπάταις.i.ĩ erroribus: noſter legit ἐν ταῖς ἀγάπαις,vocant autem ἀγάπας cõuiuia prætextu charitatis facta:pro luxuriãtes interpres legit συνευωχούμενοι.i.vnà vobiſcũ rem venereã exercentes:quidã legunt συνευωχούμενοι,quod mihi potius ſignificare videtur conuiuantes,& vnà vobiſcum ſe oblectantes:potius,q̃ quod Eraſmus vertit,inſultãtes vobis.quod verò interpres legit,*oculos habentes plenos adulterii*. Græci ℘ adulterii habẽt μοιχαλίδος.i.adulterę quaſi dicas in ipſis oculis adulterã geſtãtes & nihil aliud q̃ĩ adulteras explẽdæ libidinis gratia ſpectãtes,ſic enim Græca ſcholia.quod autẽ ſequitur,*& inceſſabilis delicti*, interpres legit ἀκαταπαύστου ἁμαρτίας.i. indeſinentis delicti ac perpetui:& tũc refertur ad oculos.ſ.habẽtes oculos plenos indeſinẽtis & cõtinui delicti.Græca nũc habẽt, ἀκαταπαύστους ἁμαρτίας.i.nunq̃ ceſſantes neq; coerceri potẽtes à delicto.*Pellicientes animas inſtabiles*.℘ pelliciẽtes Græcè eſt δελεάζοντες.i.ineſcãtes & illicientes, ℘ inſtabiles autẽ Græcè eſt ἀστηρίκτους.i.nutãtes ſemp & nũq̃ confirmatas. *cor exercitatũ auaritia habentes*. Græcè καρδίαν γεγυμνασμένην πλεονεξίας ἔχοντες.i.rapinis & auaritia exercitũ cor habentes.nã πλεονεξία,nõ ſimplicem auaritiam deſignat,ſed qua etiam vi & violentia aliena extorquemus. *maledictionis filii*.i.execrabiles & deteſtandi.eſt enim Hebraiſmus,vocare filium mortis,pro,hominem reum mortis:ita execrationis filium,execrãdũ hoĩem.

12. *Derelinquẽtes rectam uiam errauerunt*:falſos doctores aſſerit,quum quæſtus& auaritiæ gratia prædicarent aduerſus veritatem relict avia recta aberraſſe,ſecutos viam Balaam ex Boſor,qui mercedem iniquitatis amauit,cui, ſicut Numerorum 23. legitur,Balac miſit oues & boues & munera,vt contra veritatem prophetaret ac filiis Iſrael malediceret:hæc eſt enim merces iniquitatis, munera pro celanda veritate aut predicanda falſitate capere.quod autem interpres habet *Balaam ex Boſor*, vt Boſor etiam Beda putet eſſe vrbem Balaam , Græca habent Βαλαὰμ τοῦ Βοσόρ.i.Balaam filii Boſor,q̃q̃ Balaã numero.22.dicitur filius Boor non Boſor , ſed in huiuſmodi nominibus nonnihil variare ſolent Græci ab Hebræis.Correptionẽm verò habuit ſuę veſanię ſiue iniquitatis , nam Græcè eſt παρανομίας,correptionẽ ſcilicet ab angelo ſibi obuiam facto:quando *ſubingale animal*,Græcè ὑποζύγιον, quia iugo ſubeſt aſinus:quum.ſ.aſinus alioqui mutus , voce hominis loquens,cohibuit prophetæ inſipientiam.

terii,& inceſſabilis delicti, pellicientes animas inſtabiles, cor exercitatũ auaritia habẽtes,maledictiõis filii: 12 *derelinquentes rectam uiam errauerũt,ſecuti uiã Balaam ex Boſor, qui mercedẽ iniquitatis amauit: correptionẽ uerò habuit ſuæ ueſaniæ.* 13 *Subiugale mutũ animal,in hominis uoce loquẽs prohibuit prophetæ inſipientiam.* 13 *Hi ſunt fontes ſine aqua,& nebulæ turbinib⁹ exagitatæ quib⁹ caligo tenebrarũ reſeruatur.*

Num. 22.d.

Iudæ 1.d.

13. *Hi ſunt fontes ſine aqua,&c.*egregiis metaphoris hæreticorum naturam depingit,vocans fontes ſine aqua , quippe qui aquam vitæ perdiderunt,& ideo quam promittunt ſcaturire non poſſunt aquã. *Nebulæ turbinibus agitatæ*,qppe q variis & peregrinis doctrinis ad omnem ventum agitentur:*quibus caligo tenebrarum reſeruatur*. Græci addunt εἰς αἰῶνα,id eſt,in æternum:caligo autem tenebrarum inferni ſupplicium intelligitur.

14. *Superba enĩ vanitatis loquentes.* pro superba quidã codices depraua-
uati habebant ſuperbia, ſed legendum eſt ſuperba, quum Græcè ſit
ὑπέρογκα. Superba ergo & faſtuoſa in vanitate loquẽtes, pelliciũt
in deſiderijs carnis luxuriæ eos qui paululum effugiunt, qui in erro
re cõuerſantur: locus hic obſcurus eſt paululum à Græco differens:
quẽ primũ vt habet expone
mus, deinde noſtram ex græ
co verſionem. ij ergo faſtoſa
loquẽtes pelliciũt & ineſcãt
deſiderijs carnis luxurię. i. lu
xuriæ carnis, eos qui paulũ
effugiunt illos, ſub. qui in er
rore cõuerſantur. i. ſi qui vo
lunt ſe paulatim à ſeductori
bus abducere, pelliciunt & ineſcant deſiderijs, & per concupiſcen-
tias luxuriæ carnis, promittentes illis libertatem quũ ipſi ſerui ſint
corruptionis. mos eſt enim noſtratium etiam hęreticorum, quos ad
ſua commenta attrahere non poſſunt, libertate carnali illicere &
ineſcare, quo vocabulo vtitur Petrus δελεάζουσιν. i. ineſcant. Græ-
ca habent ὑπέρογκα γὰρ ματαιότητος φθεγξάμενοι δελεάζουσιν ἐν
ἐπιθυμίαις σαρκὸς ἀσελγείαις τοὺς ὄντως ἀποφυγόντας τοὺς ἐν πλάνῃ
ἀναστρεφομένους ἐλευθερίαν αὐτοῖς ἐπαγγελλόμενοι. i. faſtoſa enim
& intolerabilia ſonantes per carnalia deſideria laſciuiis & libidini-
bus eos qui hominum in errore degentium conſortia planè vitaue
rant, ineſcant, libertatem illis promittẽtes, quum interim ſerui ſint
ipſi corruptionis. pro eo autem quod Græci habent ὄντως. i. reuera,
interpres legiſſe videtur ὀλίγως. i. paululũ. & pro ἀσελγείαις in da-
tiuo legiſſe ἀσελγείας gignẽdi caſu. & hoc modò bene verterat in-
terpres, pelliciunt in deſiderijs carnis luxuriæ. i. per carnalia luxu-
riæ deſideria. pro ἀποφυγόντας. i. qui effugerunt, interpres legit ἀ-
ποφεύγοντας, in preſenti, qui effugiũt. Quod verò habet interpres,
qui in errore conuerſantur, pro qui, nõ eſt referendũ ad loquẽtes, ſed ad
id quod cõtinuò præceſſit, eos qui paululũ effugiunt, illos ſub. qui cõ-
uerſantur in errore. ſenſus ergo eſt idẽ, quaſi qui ab eorũ cõſortio q
impoſtores in errore degebãt, ad meliorem frugem recipere ſe vo-
lunt, eos falſi illi doctores carnalibus concupiſcentiis & libidinib⁹
ineſcant, promittentes illis libertatem quum interim ſerui ſint cor
ruptionis. i. immunditiæ vt Græca ſcholia explicant. A quo enim
quis ſuperatus eſt, *huius & ſeruus eſt*. Græca habent τούτῳ καὶ δε-
δούλωται, id eſt, huic ſeruus addictus eſt.

15. *Si*

14 *Superba enim uanitatis loquẽtes, pelliciunt in deſideriis carnis luxuriæ, eos qui paululum effugiũt, qui in errore conuerſantur: libertatẽ illis promittẽtes, cũ ipſi ſerui ſint corruptionis. A quo enim quis ſuperat⁹ eſt: huius & ſeruus eſt.* 15 *Si enim refugientes coinquinationes mũdi in cognitione domini noſtri & ſaluatoris Ieſu Chriſti, his rurſus implicati ſuperantur: facta ſunt eis poſteriora, deteriora prioribus. Melius enĩ erat illis non cognoſcere uiam iuſtitiæ, quàm poſt agnitionem, retrorſum conuerti ab eo quod illis traditum eſt, ſancto mandato. Contigit enim eis illud ueri prouerbii, Canis reuerſus ad ſuum uomitum: & Sus lota in uolutabro luti.*

15. *Si enim refugiẽtes.* Græcè eſt ἀποφυγόντες. i. qui enim refugerũt,
coinquinationes mundi huius *in cognitione*. i. per cognitionem & ap
prehenſionem domini noſtri Ieſu Chriſti, & iis rurſum implicati ſu
perantur, facta ſunt illis poſteriora deteriora prioribus, quia meli⁹
eſſet illis viam veritatis non noſſe, q̃ poſt agnitam diſcedere. ſeruus
enim ſciens voluntatem do
mini ſui & non faciens, vapu
labit plagis multis. In eos i-
quit competit parœmia, *Ca
nis reuerſus ad vomitũ*: hæc eſt
autem Salomonis parœmia
Prouerb. 26. Sicut canis qui
reuertitur ad vomitum ſuũ,
ſic imprudens qui iterat ſtul
titiam ſuã. quod autem ait,
Sus lota in volutabro luti, Græ
ci habent ὗς κύλισμα βορβόρου. i. ad volutabrũ cœni &
luti: & ſupplendũ, reuerſa: ſi-
cut enĩ fruſtra lota eſt ſus q̃
ſe ſtatĩ rurſus cœno ĩuoluit,
ita fruſtra Chriſti agnitionẽ
accepit qui confeſtim ad pri
ſtina delicta redit.

Hebr. 6. a. Rom. 6. c. Hebr. 6. a. Matt. 12. d. Prou. 26. b.

Dilucida explicatio capitis ſecundi, 2. Petri.

EXtiterunt etiam in populo falſi prophetæ, quemadmodũ & *inter uos exurgent falſi doctores, qui clàm ſectas & hæreſes inuehent pernicioſas, & redemptorem ſui abnegabunt, unde & breui ſibi aſciſcent exitium: in quorum etiã libidines & exitia plerique current & conſentient: quinetiam uiã rectam ac ueram conuiciis inceſſent: quóque immẽſam ſuam auaritiã expleãt, blãdis uos & cõpoſitis ſermonibus cauponabũtur: quos iam olim diuinũ manet iudiciũ: neque in corũ euerſione obdormiſcit deus, aut cõniuet. Quid ſi neque angelis ille ſui deſertorib⁹ & peccãtibus pepercit, ſed caliginoſis uinculis in tartarũ detruſos iudiciũ & dãnationẽ ſeruatos affligẽdos tradidit: ſi antiquo illi & primæuo ſeculo rudibúſque ei⁹ ætatis hoĩbus nõ pepercit, ſed illo impiorum*

piorum hominum mundo alluuie ſubmerſo, diuinæ iuſtitiæ præconem Noe, octauum numero ſeruauit: ſi Sodomorum & Gomorrhæorum ciuitates in cinerem uerſas ad extremam ſemel euerſionem condemnauit, ut iis qui impiam poſthæc uitam acturi erant exemplo eſſent: ſi iuſtum Loth nefariorum hominum obſcœnâ & flagitioſam uitam ferre amplius non ualentem, eripuit: (nam & ille quidem caſtis auribus & pudicis oculis cũ eſſet, intérque eos uerſaretur qui uirum iuſtum iniquis actionibus ſuis cruciabant, & iiſdem ipſe ſe excruciabat non ferendis) nouit indubiè pios ac fideles è tentatione dominus ac periculis eruere: iniuſtos autẽ in diem iudicii ſeruare cruciandos: tum uerò eos maximè, qui carnalia ſectantes deſideria, quum in immundis concupiſcentiis degãt, dominatumque ſpernãt audaces, præfracti, ac ſibi placentes: neque ſectas metuunt inducere, neque excellentes & authoritate ualentes uiros contumeliis laceſſere uerentur: quando interim angeli fortitudine ac uirtute longe præſtantiores non ferant eis maledicere, neque etiam deſertores angeli, natura longe excellentiore, maledicum aduerſum ſe iudicium ferant. At iſti tanquã bruta & expertia rationis animalia, natura in ſeruitutem & interitum genita, iis quos ignorant conuicia dicentes: ſuo ſeque digno peribunt exitio, iniuſtitiæ ſuæ mercedem referentes: ſummam ſcilicet in diurnis deliciis uoluptatem, prout ipſiſſima ſunt inquinamenta & maculæ, in deliciis ponentes, inque ſuis erroribus & conuiuiis unà uobiſcum ſeſe oblectantes & luxuriantes, adulterarum (quas tanquam in oculis geſtant) & perpetui delicti, à quo cohiberi non poſſunt, oculos plenos habentes, nutantes ſemper & inſtabili mente homines ineſcantes, rapinis & auaritia cor habentes exercitum, execrabiles & deteſtandi, qui relicta ueritate de uia aberrãtes, Balaã filii Bozor iter ſecuti ſunt: cui quum grata fuiſſet iniquitatis merces, ueſaniæ & iniquitatis ſuæ reprehenſorem habuit: quiũ ſubiuge animal natura fandi expers humanã uocem ſonãs, prophetæ cohibuit inſaniã. ii ſunt tãq; fontes aridi & nebulæ turbinibus ac procellis agitatæ, ĩ æternam tenebrarum caliginem aſſeruati, faſtoſa enĩ & importabilia uerba iactantes, eos qui ſe ab hominibus in errore uerſantibus planè ſubduxerant, per carnalia deſideria laſciuiis & libidinibus inescant, libertatem illis promittentes, quum interim ſerui ſint corruptiſſimi. Nam à quo quis ſuperatus eſt, etiam & illi ſeruitute obnoxius eſt. Et qui apprehenſo ſemel atq; agnito domino noſtro & ſeruatore Ieſu Chriſto, mundi huius ſordes & inquinamenta euaſerunt: ſi rurſum iiſdem impliciti ab iis ſuperari ſe ſinunt, deterius hac poſtrema parte cum illis actum eſt, quàm antea ab initio. Præſtabat enim ipſis uiam iuſtitiæ non agnouiſſe, quàm poſt agnitã ab eo quod acceperunt ſancto mandato diuertere: in quos ſanè illud quadrat quod uero ꝓuerbio dicitur, Canis reuerſus ad uomitum. &, Sus lota, rurſum in cœni uolutabrũ ſe immergens.

ARGVMENTVM Cap. 3.

¶ Rurſum eos hortatur admonitionum ſuarum eſſe memores, præmuniens aduerſus impoſtores doctores, cælorum quoque & terræ immutationem aperit, deinde in aduentum domini ſe præparare, & cum iuxta Pauli doctrinam, quam multi deprauant, cum patientia expectare admonet, atque in accepta fide perſtare.

CAPVT III.

HAnc ecce uobis chariſſimi 1 ſecundam ſcribo epiſtolam, in quibus ueſtram excito in commonitione ſynceram mentem: ut memores ſitis eorum quæ prædixi, uerborum à ſanctis prophetis, & apoſtolorum ueſtrorum præceptorũ domini & ſaluatoris: hoc primum ſcientes, quòd uenient in nouiſſimis diebus in deceptione illuſores iuxta proprias

1. Secũdam ſcribo epiſtolam. ex hoc loco & præcedente manifeſtum eſt vtráque epiſtolam Petri apoſtoli eſſe: nam ſi hæc ſecunda ipſius eſt, vtpote qui gloriam dñi in mõte ſpectauerit, eſt & prior. Hanc ecce, vel iam: nam græce eſt ἤδη, id eſt, iam, interpres legit ἴδε, id eſt, ecce. ſecundam vobis ſcribo epiſtolã. *in quibus*, græce ἐν αἷς, non ad verba ſed ad res refertur, quum ſit plurale relatiuum. quum enim dixiſſet ſecundam epiſtolam, de vtraque intelligens ſubdit, in quibus veſtram excito in commonitione, id eſt, per commonitionem ſynceram mentem, *Vt memores ſitis eorum quæ prædixi*, verborum à ſanctis prophetis & apoſtolorum veſtrorum præceptorum domini & ſaluatoris

1.Ti. 4.a. 2.Ti. 3.a.

uatoris. obscurus est hic sensus, qui sic est ordinandus, vt memores sitis verborum, quæ habuistis à sanctis prophetis quæ antè prædixi, & memores sitis præceptorum, id est, mandatorum apostolorum vestrorum domini & saluatoris, id est, quæ habuistis ab apostolis vestris, qui etiam sunt domini & saluatoris apostoli, vel quæ præcepta sunt domini & saluatoris: græca sic habent, μνησθῆναι τῶν προειρημένων ῥημάτων ὑπὸ τῶν ἁγίων προφητῶν, καὶ τῆς τῶν ἀποστόλων ὑμῶν ἐντολῆς τοῦ κυρίου καὶ σωτῆρος ἰησοῦ, id est, vt memores sitis prædictorum à sanctis prophetis verborum, & mandati ab apostolis vestris & domini ac seruatore Iesu profecti: græca enim scholia aiunt τὸ ὑπὸ, seruire tribus: scilicet, προφητῶν, ἀποστόλων, κυρίου ἰησοῦ, inculcat autem quę apostoli iusserint, mandata esse domini.

concupiscentias ambulantes, dicentes, Vbi est promissio aut aduentus eius? ex quo enim patres dormierunt, omnia sic perseuerant ab initio creaturæ. 2 *Latet enim eos hoc uolentes, quòd cæli erant prius, & terra, de aqua & per aquam consistens dei uerbo: per quæ ille tunc mundus aqua inundatus periit. Cæli autem qui nunc sunt, & terra, eodem uerbo repositi sunt, igni reseruati in diẽ iudicij, & perditionis impiorum hominum. Vnum uerò hoc non lateat uos charissimi, quòd unus dies apud dominum sicut mille anni: & mille anni, sicut dies unus. Non tardat dominus promissi: sicut quidam existimant. sed patienter agit propter uos, nolens aliquos perire, sed omnes ad pœnitentiã, sed aeriũ hoc cælũ, vnde & volucres cęli nominãt. Græca scholia exponunt ἐξ ὕδατος. i. ex aqua tanq̃ à causa materiali & δι' ὕδατος id est, per aquam tanquam per causam finalem, & bene per aquam consistit terra, dicente Dauid, Qui firmauit terram super aquas. Per quæ, inquit, ille tunc mundus aqua inundatus periit, per quæ cælum & terram ille tunc mundus, id est, qui tunc erat mundus ὁ τότε κόσμος, aqua inundatus periit. mundum autem vt græca scholia intelligũt, nõ materialem & insensibilem hanc materiam intelligere debemus, sed quæ tunc erãt viuentia, præter ea quæ in arca Noe seruata sunt: quũ inanimata cętera, ne mundi*

2. *Latet enim eos hoc volentes, &c.* prædixit fore olim impostores, qui à spe promissionis & secundi nos aduentus deiicerent, hoc argumento, quòd omnia perseuerant sicut ab initio, ex quo patres dormierunt. i. ex eo tempore quum patres ac prophetæ qui de secundo aduentu prædixerunt, mortui sunt. omnia ergo sic perseuerant, inquit, quemadmodũ ab initio creaturæ vel creationis, vtrũque enim significat τῆς κτίσεως. nunc subdit, *latet enim hoc eos volentes*, id est, ignorant, sed volentes q̃ cæli erant prius, & terra de aqua & per aquam consistens dei verbo. Beda indicat in quibusdam codicibus legi, cæli erant olim de aqua & per aquam constituti: sed nulla exemplaria græca ita habent, quanquam græca scholia explicant hic cælos ex aquea materia esse constitutos, quando dixit deus, Fiat firmamentum in medio aquarum, hoc est, inquiunt, consolidata aquarum natura & substantia. Latet ergo eos q̃ cæli erant prius siue olim (nam græcè est ἔκπαλαι) & terra de aqua & per aquam dei verbo consistens. indubiè censeo his verbis nihil aliud voluisse Petrum, nisi cælum & terram aquis cõstare. quis enim nescit cælos olim fuisse? Beda censet hic cælum intelligi non firmamentum,

quę nomẽ habere debeãt: p cælũ ergo & terrã tunc periit: p' cælũ, inq̃, quãdo cataractis apertis immẽsam vim aquarũ distillauit: per terram verò, quando rupti sunt omnes fontes abyssi magnæ. Iam quod dixit Petrus, latet eos volentes quòd cælum & terra aquis cõsistunt, quódque mundus aqua inundatus perierit ad vlciscẽda hominum flagitia: non est putandum q̃ dicat Petrus hæc illos tantũ latere, quæ ex ipsa scriptura nescire non poterant: sed hoc modo latere, quæ ex ipsa scriptura nescire non poterant: sed hoc eos latet, quòd sicut tunc cælum, id est, aer & terra inundanerunt diluuio, & mundus qui tunc erat, periit, ita *cæli qui nunc sunt & terra eodẽ verbo repositi sunt*, igni reseruati in diem iudicij & perditionis impiorum hominum, id est, quum adeo deliciis & libidinibus suis distineãtur, latet eos volẽtes, id est, scire nolunt q̃ sicut olim ad impios vlciscendos mundus periit diluuio inundatus, ita & nunc cæli & terra dei verbo repositi, græcè τεθησαυρισμένοι, id est, ad verbũ, thesaurizati sunt, igni reseruati (vt scilicet igni conflagrent) in diẽ iudicij ad impiorum perditionem: & ideo quia huiusmodi iudiciũ ignorare volunt, seducũt cæteros quasi non sit futurus domini aduentus in iudicium: sed vnum hoc vos non lateat, id est, hoc scitote, q̃ etsi differre videtur nonnullis, & malorum supplicia & bonorum promissionem ac præmia dominus: indubie tamen & præmiabitur & puniet: sed apud deum non est distinctio temporum, cui æque præsentia sunt omnia: & quæ longa nobis & breuia videntur, eodem sunt apud illum spacio: non est ergo oblitus dominus

suæ

suæ promissionis, etsi non tam cito eam exhibet quàm vellemus, sed tam cito apud eum, cui æquo sunt omnia tempora interstitio. ideo subdit, non tardat dominus promissionem, quam præstituto apud se tempore exhibiturus est, *sicut quidam existimant*, Græci addunt βραδύτητα, quemadmodum quidã existimãt esse tarditatẽ, ꝙ non statim promissa reddit.

3. *Aduenit autem dies domini sicut fur.* vt enim clàm & imprudentibus domesticis in domum fur irrepit, sic ignorantibus nobis & nec opinã tibus superueniet aduentus domini. sicut fur ergo venit: Græci addunt ἐν νυκτὶ, id est, in nocte.

4. *Per quem cæli ardentes soluentur.* hoc loco ὃ quem, nõ ad τὸ domini refertur, sed ad τὸ aduentum vel τὸ diei, quia græcè est ἡ ἡμέρα, fœminino genere: sicut ἡμέρα, id est, dies & παρουσία. i. aduentus fœminini generis est, per quẽ ergo aduentum. i. in quo cæli ardentes soluentur & elementa, ignis ardore tabescent: ne verò putares interituram eorum substantiam sed in melius mutandam: subdit, *Nouos verò cælos, & nouã terram, & promissa ipsius expectamus, in quibus iustitia habitat.* hic verò interps pro eo quod vertit & promissa, legit græcè καὶ τὰ ἐπαγγέλματα, quum Græci nunc habeãt κατὰ ἐπάγγελμα, iuxta promissum: facilis verò est lapsus à καὶ τὰ in κατὰ. τὸ *quibus* verò referre potest nouos cælos & terram nouã: futurum scilicet seculum in quo habitat iustitia, & vnicuiq; redditur pro merito vel commerito: vel in quibus nobis promissa expectantibus, iustitia habitat: quasi dicat, sperare in promissis debem⁹, si quidem iustè viuamus.

5. *Propter quod charissimi*, id est, quum promissa certò expectent ij in quibus iustitia habitat, vos qui eadem promissa expectatis, satagite vel date operam: græcè σπουδάσατε, immaculati & inuiolati vel inculpati aut incontaminati. græcè ἄμωμοι, inueniri ei, id est, apud dominum in pace. & *domini nostri longanimitatem*, id est, quòd longanimus vos ad pœnitentiam tandiu sustinet, nolite existimare esse promissionis tardationẽ, sed salutem arbitramini, id est, existimate ob vestram eum salutem id facere.

6. *Sicut charissimus frater noster Paulus scripsit vobis*, scilicet ad Rom. 2. Ignoras quoniam benignitas dei ad pœnitentiã te adducit, *sicut & in omnibus epistolis*: τὸ sicut & similiter græca ὡς καὶ πάσαις ἐπιστολαῖς: & ita ordinanda lectio, sicut scripsit vobis in omnibus epistolis, loquens in eis, de his, scilicet de aduentu domini & longanimitate ipsius, *in quibus* sunt quędam difficilia intellectu. ἃ in quibus, refertur non ad epistolas, quia græcè est ἐν αἷς, & epistolis est fœminino grãcè, & est sensus, inter quæ verba Pauli sunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti & instabiles, scilicet hæretici, deprauant vel detorquent, Græce, στρεβλοῦσι, ad suam ipsorum perditionem. non est ergo nouum, hæreticos vel bis Pauli abuti male intellectis.

7. *Vos igitur fratres.* Græce additur ἀγαπητοὶ, id est, dilecti, *præscientes*, id est, quum præmoniti sitis, custodite, id est, obseruate vos, ne insipientium, Græce ἀθεσμῶν, id est, impiorum & nefandorum errore traducti, id est, abducti, græce συναπαχθέντες, id est, cum aliis abducti, excidatis à propria firmitate, id est, à firma fide vestra.

Dilucida

tiam reuerti. 3 Aduenit autem dies domini ut fur: in quo cæli magno impetu transient, elementa uerò calore soluentur. Terra autẽ & quæ in ipsa sunt opera, exurentur. Cùm igitur hæc omnia dissoluenda sint, quales oportet uos esse in sanctis cõuersationibus & pietatibus, expectantes & properantes in aduentũ diei domini, 4 per quem cæli ardentes soluentur, & elementa ignis ardore tabescent? Nouos uerò cælos, et nouam terram, & promissa ipsius expectamus, in quibus iustitia habitat. 5 Propter quod charissimi, hæc

D expectantes, satagite, immaculati & inuiolati ei inueniri in pace, & domini nostri longanimitatem, salutem arbitramini, 6 sicut & charissimus frater noster Paulus secundum datam sibi sapientiam scripsit uobis: sicut & in omnibus epistolis, loquens in eis de his, in quibus sunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti & instabiles deprauant, sicut & cæteras scripturas, ad suam ipsorum perditionem.

7 Vos igitur fratres, præscientes, custodite ne insipientium errore traducti excidatis à propria firmitate: crescite uerò in gratia, & in cognitione domini nostri & saluatoris Iesu Christi. ipsi gloria & nunc & in diem æternitatis. Amen.

Dilucida explicatio cap. 3.

EN alteras iam uobis charißimi ſcribo literas, quibus candidã ueſtram & ſynceram mentem admonitione mea excito, ut memoriam teneatis eorum qui à ſanctis prophetis prædicti ſunt, ſermonum, noſtrorúmq;, qui apoſtoli ueſtri ſumus, imò uerius domini & ſeruatoris noſtri mandatorum: illud imprimis non ignorantes, uenturos nouiſſima ætate impoſtores, qui uitam degant ex libidine, & dicant: Vbi eſt quem pollicebantur nobis aduentus ipſius? Ex quo enim è uita maiores illi noſtri exceſſerunt, ſic perſtant omnia quemadmodum ab initio erant condita. Illud enim neſcire uolunt, quòd quemadmodum & cælum hoc aerium & terra dei uerbo ex aqua & per aquam concreta iam olim erant, per quæ (apertis in cælo cataractis, & ruptis in terra fontium abyßis) qui tunc erat mundus aquarum ſubmerſus alluuie interiit, ita & nunc eodem dei uerbo cælum & terram ut igni ad impiorum hominum cuerſionem conflagrent in diem iudicij ſepoſitos eſſe & aſſeruatos. Hoc aũt à uobis intelligi par eſt, q; una dies apud dominũ eſt, uelut mille anni, & mille anni tanquam dies una: neque longius, ut quibuſdam uiſum eſt, promiſſa ille reiicit, at patienter uos expectat, neminem perire uolens, ſed ad pœnitentiam meliorémque frugem ſeſe omnes recipere. Interim uerò dies ipſius tanquam fur de nocte ueniet, in quo cum ſtridore & ſibilo cæli pertranſibunt, & æſtuantia calore nimio elementa diſſoluentur. Terra uerò & quicquid in ea eſt exuretur. Quocirca futurum quum ſit ut diſſoluantur hæc omnia, quàm ſanctè nos & religioſè gerere ac uerſari par eſt, qui aduentum diei domini ſpectamus, & ad eum feſtinamus, per quem & ardentes cæli diſſoluentur, & æſtuantia ignis ardore elementa liquefient? at ipſi, ſi quidem ex iuſtitia uiuimus, nouos cælos in quibus illa habitat, nouámque terram, quemadmodum ille ſe daturum recepit, expectamus. Quamobrẽ charißimi, cum eadem nobiſcum expectetis, omnem adhibete operam, ut uos ille immaculatos & incontaminatos cum pace inueniat. Quódque uos ille ad pœnitentiam longanimus expectat, ueſtræ ſalutis gratia, ueſtróque bono fieri credite, quemadmodum dilectus

dilectus frater noſter Paulus pro conceſſa ſibi ſapientia ſcripſit uobis in omnibus penè epiſtolis, loquens in eis de huiuſmodi. inter quæ ſunt nõnulla haudquaq; intellectu facilia, quæ indocti & inconſtantes hoĩes non ſecus ac reliquas ſcripturas ſuo magno malo & exitio corrumpunt & deprauant. Itaque dilecti, quum hæc iamdudum intelligatis, diligenter obſeruate ne impiorum illorum erroribus conſentientes de gradu illo firmæ & conſtantis fidei ueſtræ excidatis. Quin potius in domini noſtri & ſeruatoris Ieſu Chriſti gratia & cognitione promouete: ipſi gloria & nunc & ſempiternis poſt hæc ſeculorum ætatibus. Amen.

Argumentum epiſtolæ primæ Ioannis.

HAc epiſtola Ioannes euangeliſta fideles hortatur in luce cum Chriſto ambulare, peccatores ſe agnoſcere: ubi peccauerimus, Chriſto fidere, charitatem inuicem ſeruare, ſpiritus probare, in Chriſtũ credere & cõfidere.

EPISTOLA
BEATI IOANNIS
apoſtoli prima.

ARGVMENTVM Cap. 1.

¶ Dei verbum ab æterno fuiſſe, & idem poſtea palpabile oſtendit, cui nos coniunctos fore aſſerit, ſi in luce prout ille lux eſt, ambulemus, nõſque peccatores agnoſcamus, & peccata noſtra confiteamur.

CAPVT I.

A

QVod fuit ab initio, quod audiuimus, quã uidimus oculis noſtris, quod perſpeximus, & manus noſtræ contrectauerunt de uerbo uitæ,

1. *Quod fuit ab initio, quod audiuimus.* loci huius cõtextus ſubobſcurus eſt, mihi ita videtur ordinandus: Quod ab initio fuit de verbo vitę, quod de eodem audiuimus, quod vidimus oculis noſtris, quod perſpexim⁹, &.i. etiam manus noſtrę contrectauerũt: quibus verbis multas hæreſes ſimul euertit Ioannes. Dicens enim, quod fuit, aut potius quod erat ab initio (ὡ nanque per erat malũt explicare græca ſcholia, vt æternitatem temporis ſignificet) Marcionem & Cherinthum enecat, aſſerentes Chriſtum non fuiſſe ante Mariam: quod ſe con-

 trectaſſe

trectasse & palpasse ait, Manichæos reuincit, qui non verũ sed fantasticum corpus habuisse Christum mentiebantur: contrectauerũt autem, quando post resurrectionem dixit illis, Palpate & videte, quia spiritus carnem & ossa non habet. quod interpres vertit perspeximus, Græci habẽt ἐθεασάμεθα, id est, contemplati sumus, idque græca scholia interpretantur cum admiratione & stupore cernere. mihi hæc verba *quod fuit de verbo vitæ*, nihil aliud significare videntur, quàm verbum ipsum vitę, atque ita dilucidè verti posset is locus: Verbum illud vitę quod erat ab initio, quod audiuimus, quod oculis nostris inspeximus, cuius spectatores fuimus, etiã manus nostræ palpauerunt.

2. *Et vita manifestata est.* prædixit se vidisse & palpasse verbum: & quia absurdum videri potest, vt deum quem nemo vidit vnquã, vidisse & palpasse se asserat, subdit, & vita manifestata est, vbi δὲ & pro quia vel etenim mihi sumi videtur, quod aliquoties vsuuenit in scripturis sanctis, id est, quia manifestata est vita, hoc est ipse dei verbum vita omnium per carnis assumptionẽ orbi se manifestũ præbuit: & eã, inquit, vidimus, & testamur. i. de ea testimonium ferimus: *& annunciamus vobis vitam æternam.* græcè, τὴν ζωὴν αἰώνιον. i. vitam illam æternã quæ erat apud patrem, natura sua omnem oculorum fugiens obtutũ, sed apparuit tandẽ nobis. itaq; quod vidimus & audiuimus annunciamus vobis, *vt societatem habeatis nobiscum.* græcè, κοινωνίαν, id est, participes illius sitis sicut & nos, & huiusmodi societas & cõmunio sit nobis cum patre & filio.

3. *Et hæc est annunciatio quam annunciamus vobis.* quanquam Erasmus pro annunciatione promissionem verterit, quum tamen ἐπαγγέλλω nunciare significet: licet ἐπαγγελία promissionem significat, fortasse interpres legit ἀγγελίαν: certè græca scholia ἐπαγγελίαν, ἀγγελίαν interpretantur, id est, annunciationem, aiunt enim, σαφῆ νῦν τὴς ἡ ἀγγελία, καὶ φησιν ὅτι αὐτή ὅλην ὁ θεὸς φῶς ἐστίν, id est, declarans quę sit ista annunciatio quam audiuit (inquit) hanc esse nimirum quòd deus lux est: neque enim hic de promissione verbum vllum factum est. vbi autem audiuit hunc nuncium? certè in euãgelio, dicente Christo: Ego sum lux mundi. in deo autem tenebræ non sunt, neque ignorantiæ, neque peccati: quòd si dixerimus (inquit) nobis esse societatem cum eo, & in tenebris ambulamus, mẽtimur. Quæ enim societas luci ad tenebras. 2. Corinth. sexto.

4. *Si dixerimus quia peccatum non habemus, &c.* quum septies in die iustus cadat, & non sit homo mundus super terram, neque infans vnius diei: si dixerimus in nobis peccatum nõ esse, nos ipsos seducimus. Quum enim dicat Dauid, Delicta quis intelligit? Et Paulus, Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum: quicũque se asserit peccati expertem esse, indubiè præsumptionis vitio laborat: atque ita seipsum seducit, nec veritas in eo est: qui etsi peccatum non haberet, quum tamen id sibi tuto promittit, peccat.

5. *Si confiteamur peccata nostra, fidelis est vt remittat.* fidelis, id est, verax, vtrunque enim significat græcum πιστὸς: Iustus nanque in principio est accusator sui: & quoties peccata nostra confitebimur, toties remittet, dicẽte Dauid, Dixi confitebor aduersum me iniustitiã meam domino, & tu remisisti impietatem peccati mei.

Ioan. 8.d. ciamus uobis, *Quoniam deus lux est, & tenebræ in eo non sunt ullæ. Si dixerimus quoniam societatem habemus cum eo, & in tenebris ambulamus: mentimur, & ueritatem non facimus. Si autem in luce ambulamus, sicut & ipse est in luce:* D *societatem habemus ad inuicẽ, &* Heb. 9.d. 1.Pet. 1.d. *sanguis Iesu Christi filij eius emundat nos ab omni peccato.* 4 *Si dixerimus quoniam peccatũ non habemus: ipsi nos seducimus, &* Apoc. 3.b. *veritas in nobis non est.* 5 *Si confiteamur peccata nostra:* 3.Reg. 8.c. 2.Par. 6.c. Prou. 20.b. Eccl. 7.c. *fidelis est & iustus, ut remittat nobis peccata nostra, & emundet nos ab omni iniquitate. Si dixerimus quoniam non peccauimus: mendacem facimus eum, & uerbum eius non est in nobis.*

ARGVMENTVM Cap. 2.

¶ *Peccare inhibet, & vbi peccauerimus ad Christũ cõfugere admonet, hortaturq; ad mandatorum dei obseruantiam, & mutuam inter nos dilectionem, obiter vnamquanq; ætatem hominum consolans, & à mundi dilectione auertens, deinde abhæreticis, quos antichristos vocat, iubet cauere, et in accepta veritate permanere.*

1. *Aduocatum habemus.* quidam græci codices habent ἔχωμεν, id est, habeamus: quidam ἔχομεν, id est, habemus. & vtroque modo sensus commodus. Veronensis codex habet ἔχομεν, id est, habemus. Aduocatum ergo habemus iustum, qui iniustas causas non defendit: sed iustum est supplicanti & confitenti misericordiam conferre: hunc ergo aduocatum habemus qui est propitiatio non pro nostris tantum, sed pro peccatis etiam totius mundi: neque ex loco consequens est non orare sanctos pro nobis, vt in hunc locum ait Augustinus. Aliud est enim orare, aliud propitiationem esse: solus Christus propitiator apud patrem, non solus intercessor. argumentum ergo eorum, qui inde sanctorum intercessionem vellent tollere, reiicit in hunc locum Augustinus, dicens: Sed diceret aliquis: ergo sancti non petũt pro nobis? & multa quæ in eam sententiam affert, opinionem refellens hæreticorum: nos autẽ scholia tantum breuia adferẽtes, omittimus.

CAPVT II.

Ilioli mei, hæc scribo uobis, ut non peccetis. Sed
F *& si quis peccauerit,*
1 *aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustum: & ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantum, sed etiã pro totius mundi.* Et *in hoc scimus, quoniam cognouimus eum, si mandata eius obseruamus.* 2 *Qui dicit se nosse deum, & mandata eius non custodit, mendax est, & in eo ueritas non est.* 3 *Qui autem seruat uerbum eius: uerè in hoc charitas dei perfecta est. in hoc scimus quoniam in ipso sum*9. *Qui dicit se in ipso manere: debet, sicut ille ambulauit, & ipse ambulare.* 4 *Charissimi, non*

2. *Qui dicit se nosse deum.* græca paulò secus habent, ὁ λέγων ἔγνωκα αὐτὸν, id est, qui dicit noui eum: sed rectius vertit interpres: qui ergo iactat se nosse, id est, amare deum, pro hoc enim hic nosse sumitur, & mandata eius non seruat, scilicet de dilectione dei & proximi, mendax est: probatio enim dilectionis, exhibitio est operis.

3. *Qui autem seruat verbum eius.* τὸν λόγον, idq; ἐμφατικῶς legendũ, vnde Augustinus nõ quoduis verbũ, sed mandatũ dilectionis intelligit, de quo ait Christus: mandatũ nouũ do vobis, vt diligatis inuicem.

4. *Charissimi, non mandatum nouum scribo vobis.* quomodo verò non nouum, quum Christus dicat, Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem, & ipse postmodum dicat, Iterum mandatum nouũ scribo vobis? Et nunc ait, mandatum nouum scribo vobis, sed mandatum vetus quod habuistis ab initio. charitas ergo potest dici mãdatum vetus, quia ab initio legis Mosaicæ datum est præceptum de diligendo proximo: quod ipse repetit. mandatum vetus est *quod audistis*, vbi Græci addunt, ἀπ' ἀρχῆς, id est, ab initio, quia ab initio dictũ est antiquis, diliges proximum tuum. & quia veteri illi mandato adiectum est, odio autem habebis inimicum tuum, quod additamẽtum per nouam euãgelij legem sublatum est, rectè vocat præceptum charitatis nouum mandatum, quia à Christo, dicens: *Iterum mandatum nouum scribo vobis.*

mandatum nouum scribo uobis, sed mandatũ uetus quod habuistis ab initio. Mandatum uetus est uerbum quod audistis. Iterum mandatum nouum scribo uobis: 5 *quod uerum est & in ipso, et in uobis: quia tenebræ transierunt, & uerum lumen iam lucet. Qui dicit se in luce esse, & fratrẽ suũ odit: in tenebris est usq; adhuc. Qui diligit fratrẽ suum: in lumine manet,* 6 *& scandalũ in eo non est. Qui autem odit fratrẽ*

5. *Quod verum est in ipso & in vobis.* vbi vnicum tantum & græca habent. & ὃ *quod* non potest referri ad mandatum, quia græcè ὅ, id est, quod, est neutri generis, & ἐντολὴ, id est, mandatum, fœminini: ideoque quum præcedat mandatum nouum scribo vobis, faciendus est hîc punctus: deinde noua sententia sequitur: *Quod verum est in ipso &*, id est, etiam in vobis: subaudi, verum est. Quid autem sibi velit iis verbis apostolus, aut quid referat ὃ ipso, fateor me ignorare. Augustinus tacet, Beda silet, scholia Veronensia prætermittunt, dicam tamen quod coniicio, dum intelligentiam expecto meliorem: græcè est ὅ ἐστιν ἀληθὲς ἐν αὐτῷ, καὶ ἐν ὑμῖν, ὅτι ἡ σκοτία παράγεται, καὶ τὸ φῶς ἀληθινὸν ἤδη φαίνει, id est, id quod in se ac per se verum est, scilicet quòd tenebræ prætereunt, siue vt interpres legit, præterierunt, & quòd verum lumen iam lucet, *& in vobis*, id est, etiam in vobis verum est, hoc est, sicut in se verum est dilectis per Christi aduentum tenebris verum lumen illuxisse, etiã verũ est in vobis credentibus fugatis tenebris lumẽ verũ gratię lucere: & nemo mentiatur se in luce esse, quia qui dicit se in luce esse, id est, secundum Christum, qui vera lux est, ambulare, & odit fratrem suum, in tenebris adhuc est.

6. Et *scandalum in eo non est*, id est, non offendit. σκάνδαλον enim

 græce,

Græcè, Latinè dicitur offensio, cùm quis in lapidem aut quid aliud imprudens impingit. quod iis facilè euenire solet, qui in tenebris ambulant, non item qui in lumine.

7. *Scribo vobis filioli*: ad tres ætates hic scribit Ioánes, ad pueros, patres ac senes, & ad adolescentes: & ad vtranque ætatem bis sermonem dirigit, primo loco pueris scribens vocat Græcè τέκνα diminutiuum ἀπὸ τοῦ τέκνου, quod filiũ significat, interpres rectè vertit filioli: & iis primo loco apostolus inquit: *Scribo vobis quoniam remittuntur vobis peccata propter nomen eius*, scilicet Christi, in quo videlicet nomine baptizati estis, quia enim facilè labuntur pueri, scribit lapsus eorum sibi per Christi nomen in baptismo condonatos esse: secundo loco loquens ad eos appellat græcè τὰ παιδία, id est, puerulos, interpres vertit infantes: sed iidem sunt, ad quos scribit priore & altero loco, licet non iisdem verbis, secundo enim loco ait, *Scribo vobis infantes* siue paruuli, *quoniam cognouistis patrem*: solatium est puerulis, si patrem ad quem in necessitate cõfugiunt, possunt cognoscere: vos autem, inquit, cognouistis patrem, Græcè τὸν πατέρα, id est, patrem illum, scilicet cælestem: neque id parum est, quum eam ob rem in euangelio patri Christus agat gratias, dicens: Confiteor tibi domine pater cæli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Ad senes autem & patres dicit, *Scribo vobis patres, quoniam cognouistis eum, qui ab initio est*: & eandem sententiam iisdem verbis bis ponit, sicut tota epistola frequens est Ioannes in repetendis sententiis, quo magis inculcet. Gloriari solent patres & senes quòd longa rerũ experientia scientes euaserint: at vobis (inquit) scribo, vnde magis gloriandũ vobis est, quia cognouistis eũ, qui ab initio est, Christum scilicet antiquum illum dierum, qui erat in principio verbum apud deum. Adolescentibus autem scribit ita primo loco: *Scribo vobis adolescentes, quia vicistis malignum*, Græcè τὸν πονηρὸν, id est, varium & peruersum illum veteratorem, diabolum scilicet: solent exultare adolescentes & iuuenes, vtrunq; enim significat Græcum νεανίσκοι, si robore & fortitudine valent, ideo inquit, scribo vobis quòd fortes estis, vtpote qui diabolum vicistis. Secũdo loco idẽ pene scribit, nisi quòd addit quo pacto vicerint: *Scribo vobis adolescentes, quia fortes estis*, per Christũ scilicet, qui crucifixus est ex infirmitate, sed viuit ex virtute, & *verbum dei manet in vobis*, vnde & vicistis malignũ. hæc est enim victoria, quę vincit mundum, fides nostra, quæ constat auditu, auditus autẽ per verbum: neq; verò mundum tantum vincit, sed & principem mundi huius, diabolum.

suum, in tenebris est, & in tenebris ambulat, & nescit quò eat, quia tenebræ obcæcauerunt oculos eius.
7 *Scribo uobis filioli: quoniam remittuntur uobis peccata propter nomen eius. Scribo uobis patres, quoniam cognouistis eum qui ab initio est. Scribo uobis adolescentes, quoniam uicistis malignũ. Scribo uobis infantes, quoniã cognouistis patrẽ. Scripsi uobis patres, quoniam cognouistis eum, qui est ab initio. Scribo uobis iuuenes quoniam fortes estis, & uerbum dei manet in uobis, & uicistis malignum. Nolite*
C *diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt. Si quis diligit mundũ: non est charitas patris in eo. quoniam* 8 *omne quod est in mundo concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia uitæ, quæ non est ex patre, sed ex mundo est. & mundus transit, & concupiscentia eius. Qui autẽ facit uoluntatem dei, manet in æternum.*

8. *Omne quod est in mundo*, aut est concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia vitę, quę non est ex patre, sed ex mũdo est. pro cõcupiscentia est Græcè ἐπιθυμία, quod desiderium vertit Augustinus, nos libidinẽ vertere possumus. pro superbia est ἀλαζονεία, quod magis insolentiam significat. Concupiscentia autem carnis (vt inquit Augustinus) non modò libidinis & rei venereæ, sed omnium, quæ ad carnem pertinent, immoderatus & illicitus vsus est, siue cibi, siue potus, siue lusus. Concupiscentia oculorum, & auaritiam & omnem inanem comprehendit rerum aspectabilium curiositatem. Superbia vitæ, omne genus arrogantiæ & ambitionis ac superbiæ. quod autem ait interpres *quæ non est ex patre*, & τὸ, quæ ad vitæ superbiam refert, Græci ad tria referunt, & paulò secus habent, quàm legit noster interpres, scilicet, ὅτι πᾶν τὸ ὂν τῷ κόσμῳ, ἢ ἐπιθυμία τῆς σαρκὸς, καὶ ἐπιθυμία τῶν ὀφθαλμῶν, καὶ ἡ ἀλαζονεία τοῦ βίου, οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ πατρὸς, ἀλλὰ ἐκ τοῦ κόσμου ἐστίν, id est, quia quicquid in mundo est, libido scilicet carnis, & libido oculorum, & superbia siue insolentia vitæ, non à patre, sed à mundo est: & sic sensus Græcorum optimè quadrat cum præcedentibus: si quis diligit mundum, non est charitas patris in eo, quia quicquid in mundo est, quod vnum est è tribus illis, à patre non est. sed à mundo.

9. *Filioli nouissima hora est*, multi variè hunc locum exponunt, mihi simpliciter videtur esse sensus, ad quem accedunt Græca scholia: nouissima hora est, id est, tempus nouissimũ instat, nam ὥρα, tempus significat: nouissima ergo instant tempora, quãdo venturus est dominus ad iudicium: & ne dicerent nondum instare, quia nondum venit antichristus, subdit, Et *sicut audistis quia antichristus venit*, in præsenti (Græcè enim est ἔρχεται) is qui nouissimo seculo venturus est, *& nunc*, id est, ita & nunc *antichristi sunt multi*, hæretici scilicet, antichristi præcursores, Christique hostes, qui vel eum hominem vel deũ negant, quales tempore Ioannis Hebion, Cherinthus, Nicolaus, & alij. *Vnde scimus quia nouissima hora est*. nouissimo enim tempore venturus est antichristus, instat autem, quia iam præcursores eius venerũt, ac per hoc nouissimũ tempus coniicimus, quo se præparare ad aduentum domini oportet.

9 *Filioli, nouissima hora est. & sicut audistis quia antichristus uenit: & nũc antichristi multi facti sunt, unde scimus quia nouissima hora est.* 10 *Ex nobis prodierũt: sed nõ erant ex nobis. nã si fuissent ex nobis: permansissent utiq; nobiscũ. sed ut manifesti sint quoniam nõ sunt omnes ex nobis.* 11 *Sed uos unctionem habetis à sancto, & nostis omnia. Nõ scripsi uobis quasi ignorantibus ueritatem, sed quasi sciẽtibus eam, & quoniam omne mendacium ex ueritate non est. Quis est mendax, nisi is qui negat quoniam Iesus est Christus?* 12 *Hic est antichristus, qui negat patrem & filium. Omnis qui negat filium, nec patrem habet. qui confitetur filium, & patrem habet.*

10. *Ex nobis prodierunt*, siue exierunt. Græcè ἐξῆλθον, *sed nõ erant ex nobis*, Græci exponunt τοῦτέστι τῆς τὴν σωζομένων μοίρας. i. de parte saluatorum, si enim fuissent ex nobis, permansissent vtiq; nobiscũ. Sed vt manifesti sint quòd nõ sint omnes ex nobis: hic est eclipsis, ad quam implendam supplent Græca scholia quod sequitur, νῦν δὲ τοῦτο πεπόνθασιν, deinde subdunt ἵνα φανερωθῶσιν, id est, sed hoc nunc illis contigit, vt manifestum fiat non omnes fuisse ex nobis, id est, nobiscum sentientes.

11. *Sed vos vnctionem habetis*, id est, spiritus sancti gratiam, qua vncti & Christi dei estis, per quem omnia nostis, & vafriciẽ antichristorum dignoscere potestis: neque opus habetis iterum doceri, sed tantum in percepta doctrina perstare.

12. *Hic est antichristus, qui negat patrem & filium*. etsi tã factis quàm verbis negatur deus, teste Paulo dicente: qui confitentur se nosse deum, factis autem negant: Iudæos tamen hoc maximè loco perstringit, qui negabant Iesum dei filium, ac sic patrem negabant, cui vnicũ filium auferebant.

D Vos quod *audistis ab initio, in uobis permaneat: quia si in uobis permanserit quod audistis ab initio, & uos in filio & patre manebitis.*

25 *Et hæc est repromissio, quam ipse pollicitus est nobis, uitam æternã.* *Hæc scripsi uobis de his qui seducũt uos. Et uos unctionem quã accepistis ab eo, maneat in uobis. Et* 14 *nõ necesse habetis ut aliquis doceat uos: sed sicut unctio eius docet uos de omnibus, & uerũ est, & nõ est mẽdaciũ. Et sicut docuit uos, manete in eo. Et nũc filioli manete in eo: ut cùm apparuerit, habeamus fiduciam, & nõ confundamur ab eo in aduentu eius. Si scitis quoniam iustus est: scitote quoniã & omnis qui facit iustitiam, ex ipso natus est.*

13. *Et hæc est repromissio, quã pollicitus est nobis, vitam æternam*. manere in filio & in patre, promissio certè est, quã nobis pollicitus est in euangelio orans pro nobis ad patrem dominus, Io. 17. Non pro eis autem rogo tantum, sed pro eis q̃ crediturí sunt in me per verbum eorum, vt omnes vnum sint, & sicut tu pater in me, & ego in te, vt & ipsi in nobis vnum sint. bene ergo ait de hoc Ioannes, hæc est promissio, quam pollicitus est nobis, quæ quidẽ est vita æterna.

14. *Non necesse habetis vt aliquis doceat vos*. sicut Ioannes Chrysostomus ait, haud quaquaquam in primitiua ecclesia fidelibus, opus erat libris, docente eos spiritu sancto, quę necessaria erant saluti. quod hic Ioannes dicit, scilicet quòd vnctio spiritus sancti, id est, spiritus sanctus docet vos de omnibus, verum est: tantum ergo manete in ea vnctione, & in eo quod vos docuit, & seruabimini ab impostoribus.

ARGVMENTVM *Cap. 3.*

¶ *Totus est in hoc capite, sicut per totam epistolam, in commendanda fraterna charitate. in primis autem dei erga nos charitatem, cui similes nos futuros ostendit, commendat: dein filios dei à filiis diaboli distinguit, postremò ad seruanda dei mandata hortatur.*

CAPVT III.

A V 1 *Idete qualem charitatem dedit nobis pater, ut filij dei nominemur & simus.*

1. *Videte qualem charitatem dederit nobis pater*. nouus loquendi

quendi modus pro eo quod dicerent, Videte quàm charos nos pater habuerit. Græci habent pro *videte*, εἴδετε quod pro videte vel videtis sumi potest. pro *qualem*, habẽt ποσαπόν, quum autem etiam ποσαπός significet quotus, a, um, posset hoc modo verti, Videte quotã dilectionis suę portionẽ pater in nos impẽderit seu impartierit: excellẽtiã autẽ charitatis ostendit subdens, vt filij dei nominemur, siue dicamur, & simus. Græci autem non habent *& simus*, & propter hoc (inquit) mũdus nõ nouit nos. quidam Græci codices habẽt, ὑμᾶς. i. vos, quidam ἡμᾶς, id est nos: nõ nouit autẽ, id est, gratos & acceptos nõ habet, quia neque deũ, qui vos adoptauit Christum nouit. similem habet in euangelio sentẽtiam Christus Io. 15. Quia vos de mundo nõ estis, sed ego elegi vos de mũdo, propterea odit vos mũdus. Mũdũ autẽ appellat hoc loco mũdi mũdanarumq; rerum sectatores cupidos.

Propter hoc, mũdus non nouit nos: quia non nouit eum. Charissimi, [2] *nunc filij dei sumus: & nondum apparuit quid erimus. Scimus quoniam cùm apparuerit, similes ei erimus. quoniam uidebimus eum sicuti est. Et omnis qui habet hanc spem in eo: sanctificat se, sicut & ille sanctus est.* [3] *Omnis qui facit*

2. *Nunc filii dei sumus*: adoptione scilicet, per baptismũ & fide, quia potestatem dedit eis, qui credunt in nomine vnigeniti, filios dei fieri. *Nondum autem apparuit quid erimus*, id est, quales olim in patria futuri sumus. Mortui enim estis, inquit Paulus Colos. 2. & vita vestra abscondita est cum Christo in deo: & ideo quia abscondita est cũ Christo, qui nos etiã latet, latebitq; in humana forma, donec in iudiciũ veniat, subdit: *Scimus autẽ quoniam quum apparuerit, similes ei erimus*. quia sicut inquit Paulus eodem loco, Quum Christus apparuerit vita vestra, tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria. Similes autẽ ei erimus, nõ natura & substãtia, inquiũt Græca scholia, sed qualitate, scilicet, beati, sancti, iusti, puri: erimus inquit similes illi beati: quia videbimus eum sicuti est. hoc est enim beatum esse, deũ & Christum sicuti est, videre & agnoscere, sicut Io. 17. Christus ait: Hæc est enim vita æterna, vt cognoscant te solum verum deum, & quem misisti Christũ Iesum. tunc ergo videbimus sicuti est, in deitatis scilicet substantia, in qua nulli hominum prorsus est aspectabilis. Beda explicat de Christo, quẽm quum apparuerit videbimus & erimus similes illi resurgentes in corpore glorificato.

3. *Omnis qui facit peccatũ, & iniquitatẽ facit.* Græca scholia distinguũt τὴν

τὴν ἁμαρτίαν ἀπὸ τῆς ἀνομίας, id est, peccatũ ab iniquitate, vt scilicet ἁμαρτία, & peccatum sit lapsus & discessio à bono, ἀνομία autem siue iniquitas, commissio aduersus legem: nos præuaricationẽ dicere possumus: omne autem peccatũ est iniquitas, quia quisquis peccat, contra legem vel naturalem vel scriptam agit.

Esa. 33. c. 1. Pe. 2. d.

peccatum, & iniquitatem facit: & peccatũ est iniquitas. Et scitis quia ille apparuit ut peccata tolleret: & B *peccatum in eo non est.* [4] *Omnis qui in eo manet, non peccat. & omnis qui peccat, non uidit eũ, nec cognouit eum.* Filioli, *nemo uos seducat.* Ioan. 3. f. *Qui facit iustitiã, iust⁹ est: sicut & ille iustus est. Qui facit peccatũ ex diabolo est, quoniã ab initio diabolus peccat. In hoc apparuit filiꝰ dei, ut dissoluat opera diaboli.* [5] *Oĩs qui*

4. *Omnis qui manet in eo non peccat*, q̃diu scilicet manet, quia sicut postea ait, qui facit peccatũ ex diabolo est: quæ autem societas Christo cum Belial? ideo qui in deo manet, quatenus in ipso manet, & manentem in se deũ habet, non peccat: quod verò subdit, *omnis qui peccat nõ videt eum nec cognouit eum*: intelligendum vtique est ea cognitione & scientia qua se dicit in euangelio Christus peccatores non nosse: Amen dico vobis non noui vos, id est, vos gratos & acceptos nõ habeo: ita qui peccat, deũ in quẽ peccat, testatur se nõ nosse. i. gratum non habere cui se displicere peccando ĩtelligit: qui autem fide per charitatem operante deum nouit, eum metuit offendere.

5. *Omnis qui natus est ex deo, peccatum non facit.* Quomodo qui natus est ex deo peccatũ nõ facit, quũ dixerit paulò antè, si dixerimꝰ qa peccatum non habemꝰ ipsi nos seducimꝰ, & veritas ĩ nobis nõ est? si ergo omnes peccatum habemus, & qui natus est ex deo peccatũ non facit, nullus ex deo videtur natus esse. Multum laborat vt hũc scrupum tollat Augustinus, asserens hoc loco peccatum non quoduis peccatum intelligi, sed violationem charitatis: at quomodo solueret locum sequentem, *& non potest peccare quoniam ex deo natus est*? at, non aliquando contigit baptizatos, & æterna etiam generatione ac prædestinatione deo genitos, aliquãdo charitatẽ fratris violasse, postea tamẽ per pœnitẽtiã ablutos? ideo (vt pace tãti viri dixerim) non videtur mihi Augustꝰ. nodũ soluere: nisi ĩtelligat qꝺ quatenꝰ ex deo natꝰ est, peccatũ illud nõ admittit: sed neq; etiã quodquis aliud peccatũ admittit hõ quatenꝰ ex deo natus est: ego qd de

hoc

hoc loco conijciam cum modestia dicam. Peccatum in scripturis variè sumitur: tamen per antonomasiam pro insigni peccato affectatæ infidelitatis & idololatriæ capitur. sic Deute. 21. Ne fortè doceant vos cunctas abominationes quas ipsi operati sunt dijs suis: & peccetis in dominum deum vestrum. de Chananæis, Phæresæis, alijsque idololatris scriptura intelligit, quos exterminari vult deus, ne idololatria populum suum inficiant. Vnde hoc loco peccatum, idololatriæ & infidelitatis peccatum dicit. Similiter & 4. regum 10. de Iehu infideli rege dicitur, Veruntamen à peccatis Ieroboam filij Nabat qui peccare fecit Israel, non recessit, nec dereliquit vitulos aureos, qui erant in Bethel: & hic quoque locus ostendit peccatum pro idololatria sumi. Ioannis autem 15. perspicuum est peccatú súmi pro infidelitate affectata, id est, nolle in Christum agnitum credere: quum dicat Christus de Iudæis. Si nõ venissem & locut⁹ fuissem eis, peccatum non haberent: nunc autem excusationem nõ habent de peccato suo: indubiè ergo de affectata infidelitate quæ est agnitam veritatem nolle credere, Christ⁹ intelligit: nam etiam nõ veniente ad eos Christo, peccatis aliis inuoluti erant. Porrò, paulò post 16. cap. manifestius aperit quódnam peccatum intelligat, dicens de spiritu sancto. Et quum venerit ille, arguet mũdũ de peccato & de iustitia: de pctõ qdẽ qa nõ crediderũt ĩ me. Hac ergo peccati acceptione intellecta, mihi videtur hoc loco gigni & nasci ex deo, nõ tantũ esse baptizari, ꝙ multi ex deo per baptismũ nati ĩ infidelitatem etiam ceciderunt. Gigni ergo ex deo, mihi videtur à Ioanne hoc loco sumi pro eo quod est æterna adoptione per fidem adoptari in filios dei: qui sic gignuntur à deo, quanquã aliquoties in deum offendant, sunt tamen benigno patri curæ: ne ab ipso per infidelitatem desciscant iam agnito: nam quum nihil tã displiceat patri q̃ rectà agnitam veritatem oppugnare, quæ est blasphemia in spiritum sanctum remissione indigna, nunquam hucusque labi suos permittit: nam quòd lapsus est Petrus Christum negando, non tam infidelitatis q̃ infirmitatis fuit peccatũ. De hoc ergo affectato infidelitatis peccato mihi videtur intelligere Ioannes, similiter & Paulus ad Hebræos 6. Impossibile est eos qui semel sunt illuminati, &c. &

natus est ex deo, peccatum nõ facit, quoniam semen ipsius in eo manet, & non potest peccare, quoniam ex deo natus est. In hoc manifesti sunt filii dei, & filii diaboli. Omnis qui non est iustus, non est ex deo, & qui non diligit fratrem suum, quoniam hæc est annũtiatio, quam audistis ab initio, ut diligatis alterutrum.

Ioan. 13. d. & 15 b.

&c. & prolapsi sunt, rursum renouari ad pœnitentiam. & Hebr. 10. voluntarie peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis, iã non relinquitur pro peccatis hostia. ijs enim locis verbum illuminationis & notitiæ veritatis faciunt vt vocabulum lapsus & peccãdi intelligam de peccato infidelitatis, quo quis semel agnitam fidẽ de industria reijcit: à quo Paulus asserit impossibile esse ad pœnitẽtiam renouari: non ꝙ vinct⁹ sit deus vt huiusmodi etiam peccatum donare non possit: sed quia sic in spiritum sanctum peccantes suo arbitrio derelinquit, præcipitéque in profundum malorum ferri sinit. Itaque qui ex deo nat⁹ est. i. illa æterna prædestinatione per fidem in filium dei adoptat⁹, peccatum non facit, peccatum scilicet infidelitatis affectatę, quia semẽ dei, scilicet verbum dei, aut fides, aut filius dei, in eo est. *Et non potest peccare*: non per naturam, sed per dei gratiam, quæ illum retinet ne in huiusmodi detestandum peccatum prolabatur: quum electos etiam in grauia alioqui flagitia labi sinat de⁹, vt suæ fragilitatis cõscij, vni deo fidere, ab eóque vno pendere discant. Hunc locum fusius tractaui, ꝙ explicet & alium locum capitis 5. Est peccatum ad mortem, &c. puto enim illud esse peccatum ad mortem, de quo Ioannes ait: Et non pro eo dico vt roget quis, quoniam difficulter ꝙ huiusmodi exaudiri deus solet. Poteram minore molestia locum explicare de peccato finalis impœnitentiæ, quo non peccat qui natus ex deo est: illa quidem natiuitate, qua prædestinati sumus in adoptionẽ filiorum dei, de qua mihi necessariò intelligendus videtur esse locus: nã & baptizati plerique in finali impœnitentia decedunt: & qui sic natus est ex deo, peccato huiusmodi perire non potest: mihi autem simplicior ac verior esse videtur intelligentia de peccato affectatæ infidelitatis & impugnatione veritatis agnitæ.

6. *Hæc est annuntiatio*, &c. Græca perinde habẽt: nouus loquẽdi modus, pro eo quod est, quod nunciatum vobis est, quódque ab initio prædicati euãgelij audistis. vt diligatis inuicem: *non sicut Cain qui ex maligno erat*: pro hoc Græci habent ὐ καθὼς κάϊν ἐκ τοῦ πονηροῦ ἦν. i. nõ sicut Cain ex maligno erat, id est, ex diabolo erat: πονηρὸς autem malitiosum, peruersum ac veteratorem significat, & in scripturis ꝙ diabolo ponitur: sicut in oratione dominica, líbera nos à malo, ἀπὸ τοῦ πονηροῦ: & hoc etiã loco quum predixisset, qui facit peccatum ex diabolo est, de Cain homicida subdit: non sicut Cain ex maligno

maligno erat.i.ex diabolo,& occidit fratrem suum.

7.*Nolite mirari si uos odit mundus*, id est, infideles & mundo addicti homines,ac nihil præter mundum sapiẽtes:quinimò si vel ad mortem vsque persequatur nos mundus,non est quòd ob eam rem vacillemus : *Scimus enim quòd de morte ad uitam translati sumus si diligimus fratres*,id est,si fraterna secundum deum charitas in nobis est, tunc scimus de morte peccati ad vitam gratiæ nos esse translatos : & hanc vitam viuentes, mortẽ temporalem vereri non oportet.

8.*Qui odit fratrem suum,homicida est*:sicut qui viderit mulierem ad concupiscendum eam,etsi eam non attigerit, iam mœchatus est in corde suo:quia quod in se fuit,fecit,abusurus ea si per ei⁹ cõsensum licuisset:ita qui odit fratrem suum & male illi vult ex animo,corde homicidiũ perpetrauit,quod opere complere sibi non licuit.

9.*Qui habuerit substantiam huius mũdi*. Græci habent ὃς δ' ἂν ἔχῃ τὸν βίον τοῦ κόσμου. Substantiam Latine sumi ꝓ eo quod Græci οὐσίαν dicunt, Latini facultates, non ausim asserere:quanquam semel apud Quintilianũ legitur vt plus substantiæ filio relinquerem. Certè substantiam mundi pro facultatibus vix ausim Latine dicere. βίος autem quòd verbo Ioannes apostolus vsus est,non tam vitam hanc qua viuitur,quæ Græcè ζωὴ dicitur,significat,quàm ea quæ Paulus ad Corinthios vocat τὰ βιωτικὰ, Cicero diceret,quæ ad cultum victúmque pertinent: & hoc modo τὸν βίον sumit Aristoteles ethicorum 8.lib.cap.4.Ego hunc locum verterem, si cui facultates suppeditant,aut si cui ea quæ ad victum cultúmque pertinẽt,suppetant: *& viderit fratrem suũ necessitatem*

Nõ sicut Cain qui ex maligno erat: & occidit fratrem suum. Et propter quid occidit eum? Quoniam opera eius maligna erant,fratris autem eius,iusta. 7 Nolite mirari fratres,si odit uos mundus. Nos scimꝰ quoniam translati sumus de morte ad uitam, quoniam diligimus fratres. Qui non diligit:manet in morte. Omnis[8] qui odit fratrem suum: homicida est. Et scitis quoniam omnis homicida non habet uitam æternam in se manentem. In hoc cognouimus charitatem dei: quoniam ille animam suam pro nobis posuit: & nos debemus pro fratribus animas ponere. 9 Qui habuerit substantiam huius mundi, & uiderit fratrem suum necessitatem habere,& clauserit uiscera sua ab eo: quomodo

Gen. 4.b. C
Sup. 2.b.
Leui. 1.d.
Ioan. 15.b.
Iacob. 2.c.

tatem habentem.pro necessitatem habẽtem, χρείαν ἔχοντα: χρεία autem & necessitatem significat & indigentiam:ideoque mallem hic vertere,rei alicuius indigentem : ne quis auaritiæ suæ, prætextum necessitatis obducat, asserens subueniendum esse fratri tantum in necessitate:qui ergo viderit eum rei alicuius egentem, & clauserit viscera sua,id est,charitatem & benignitatem animiq; affectum(sic enim vsurpat scriptura τὰ σπλάγχνα viscera) quomodo charitas dei manet in eo?

10.*Filioli non diligamus verbo neque lingua,sed opere & ueritate*. propter simulatas & fictas amicitias dicit, quę ne nomen quidem amicitiæ habent:vult ergo non esse duplices animo,sed ore & opere synceros. Et ĩ hoc inquit cognoscimus quòd ex veritate sumus,si corde atque ore vere diligimus. Et *in conspectu eius suadebimus corda nostra*: Græca habent ἔμπροσθεν αὐτοῦ πείσομεν τὰς καρδίας:nouus loquendi modꝰ tam Græcè quàm Latine. neque inueni qui hunc locum explicaret. Beda exponit in conspectu eius suadebimus corda nostra,hoc est,

charitas dei manet in eo? 10 Filioli mei,non diligamus uerbo,neque lingua,sed opere & ueritate. In hoc cognoscimꝰ quòd ex ueritate sumꝰ: & in conspectu eius suadebimus corda nostra. Quoniam si reprehenderit nos cor nostrum,maiorꝰ est deus corde nostro,& nouit omnia. Charissimi si cor nostrum non reprehenderit nos: fiduciam habemus ad deum,& quicquid petierimus,accipiemus ab eo: quoniam mandata eius custodimus, & ea quæ sunt placita coram eo, facimus. Et hoc est mandatum eius. Vt credamus in nomine filii eius Iesu Christi: & diligamus alterutrum,sicut dedit mãdatum nobis. Et qui seruat mãdata

Ioan. 3.c.
Ioan. 14.d. & 17
Ioan. 13.d. & 15

tales cogitationes corda nostra habere suadebimus, quæ diuinis sint dignæ conspectibus: hæc ille.sed quid ad rem & loci explicationem? Græci explicant τὰς καρδίας ἡμῶν, τὴν συνείδησιν ἡμῶν, id est,conscientiam nostram. πείσομεν autem non explicant.Quũ autem πείθω,significet persuadere & cõfidere,mihi significare posse videtur hoc loco πείσομεν τὰς καρδίας ἡμῶν,persuasissimã reddemus & confidentem conscientiam nostram,coram deo:vt sit sensus,si non verbo tantum & lingua,sed corde & opere fratres diligemus: confidentem & securam reddemus corã deo conscientiam nostrã: *Quoniã si reprehẽderit*,vel cõdẽnauerit *nos cor nostrũ*.i. cõscientia

tia nostra, tanquã aliud loquẽtes, aliud ore meditãtes: *maior est deus corde nostro & nouit omnia.* i. si cor nostrum tantillum membrum, & tam angustam conscientiam nostram latere nõ possumus, quin nos ipsa arguat & dãnet, aliud ore gerẽtes, aliud ĩ pectore: quomõ καὶ διογνώσῃ &οἷα scientẽ deũ latere poterim⁹? ore ergo & corde diligamus, vt sic diligẽtes securã & confidentem conscientiã coram deo habeamus: alioqui quomodo nõ titubabit illius conscientia, qui quum mundum latuerit simulate diligens, deum latere nõ poterit cordium scrutatorem. Quòd si nos, inquit, non reprehenderit vel condemnarit (vtrũque enim significat κατάγνωσις) cor nostrũ, fiduciam habemus ad deũ. i. confidentes & securi sumus coram deo, neque trepidantes aut vacillantes.

11. *Et in hoc scimus quoniã manet in nobis, ex spiritu quem dedit nobis.* si ex spiritu intelligimus visibilem spiritus sancti gratiam: soli hoc dicere poterunt qui eam aspectabili signo ĩ primitiua ecclesia recipiebant: sed & ex spiritu videntur Græca scholia exponere pro spirituali dono & gratia dilectionis: quasi dicat Ioanes ex hoc cognoscimus nõ manere ĩ deo, nimirum ex illa spirituali gratia dilectionis, quã impartitus est nobis: quia qui vere & non ficte fratrem diligit, deum diligit, atque ita in eo manet. Videtur tamen ob sequẽtem locum de missione spiritus sancti visibili & inuisibili loqui.

1. *Charissimi nolite omni spiritui credere.* quia prædixerat quòd nobis hinc innotescit deum manere apud nos, quia spiritum eius in nobis haberemus: & multi ea ætate venirent in Christi nomine, illi tamen contrarij, fingentes se spiritum dei habere, subdit: nolite passim cuiuis spiritui credere, sed probate poti⁹ si spiritus ex deo sunt: in hoc ergo, inquit, cognoscitur spiritus dei. Interpres legit γινώσκετε, Græci habent γινώσκετε, id est, cognoscite spiritũ dei. *Omnis spiritus qui confitetur Iesum venisse in carne, ex deo est,* hoc de confessione veræ fidei per charitatem operantis intelligendum docent Græca scholia & Didymus: alioqui & dæmones cõfitentur: perinde ergo intelligendum. Et *omnis qui soluit Iesum ex deo non est,* Græca lectio habet, & omnis qui nõ confitetur Iesum venisse in carne: ex deo non est. Soluere autem Iesum, nihil aliud est, q̃ aliquid eorum quæ illi propria sunt auferre, vel scilicet deitatem auferre vel hũanitatẽ detrahere: quod ab hæreticis factum est. certè Didymus sumit aliquoties verbum soluẽdi Iesum, pro negare eum in carne venisse: de pseudoprophetis enim ait, per quos solutus Iesus, quoniam non confitentur eum venisse in carne.

2. *Et hic est Antichristus,* hic scilicet qui soluit Iesum: Græca paulò secus habent. s. καὶ τοῦτό ἐστι τὸ τοῦ ἀντιχρίστου, ὃ ἀκηκόατε ὅτι ἔρχεται, id est. & hic est subaudi, spiritus Antichristi, de quo scilicet spiritu audistis quia venit: quum scilicet paulò antè dixerit, sicut audistis quia Antichristus venit, & nunc Antichristi facti sunt multi: venit ergo spiritus Antichristi in præcursoribus hæreticis & scismaticis.

3. *Et quia vicistis eum,* interpres legit αὐτὸν. Græci habent αὐτοὺς, id est, eos vel pseudoprophetas scilicet vel Antichristum & mundum, quasi diceret nolite metuere eos: superiores enim facti estis illis, quia

eius: in illo manet, & ipse in eo.
11 *& in hoc scimus quoniam manet ĩ nobis, ex spiritu quẽ dedit nobis.*

ARGVMENTVM Cap. 4.

¶ *Probationem vult fieri spirituum, eorumq; distinctionem aperit: postmodum dei in nos charitate commendata, ad mutuam nos dilectionem hortatur: deinde foras timorem exigens, dei charitatem sine proximi dilectione esse non posse ostẽdit.*

CAP. IIII.

1 Harissimi, nolite omni A spiritui credere, sed probate spirit⁹ si ex deo sit: quoniam multi pseudoprophetæ exierunt in mundum. In hoc cognoscitur spiritus dei. omnis spiritus qui confitetur Iesum Christum in carne uenisse, ex deo est: & omnis spiritus qui soluit Iesum, ex deo non est, 2 & hic est antichrist⁹, de quo audistis quoniam uenit, & nunc iam in mundo est. Vos ex deo estis filioli, 3 & uicistis eos. quoniã maior est qui in uobis est, quàm qui in mundo. Ipsi de mundo sunt: ideo de mundo loquuntur, & mundus eos audit. Nos ex deo sum⁹. Qui nouit deum: audit nos. qui non est ex deo: non audit nos. in hoc cognoscimus spiritum ueritatis & spiritum erroris. Charissimi, diligamus nos inuicem, quia charitas ex deo est. Et omnis qui diligit, ex deo nat⁹ est, & cognoscit deum. Qui non diligit, non nouit deum: quoniam deus charitas est. In hoc apparuit charitas dei in nobis, quoniam filiũ suum unigenitum misit deus in mundum,

Universidad de Deusto Biblioteca

illis, quia superior est qui in vobis habitat deus, diabolo qui illos agit. Ab hoc autem loco vsque ad eum, deum nemo vidit vnquam, clara & facilia sunt omnia, vbi præceptum charitatis sæpius inculcat & repetit Ioannes. nisi quòd hoc loco *deus charitas est*, intelligendum est duplicem esse charitatem: quandam creatam qua nos deus diligit & gratos habet, quæ ī nobis à deo ī funditur, per quā gratios ī illi sum⁹, & â qua per peccatū excidim⁹: huiusmodi charitas deus nō est, sed à deo in nobis est: alia est charitas increata, de⁹ ipse scilicet nos diligēs. Possemus etiam simpliciter intelligere dictum, deus charitas est, id est, supra omnē mēsuram nostri amans, & quasi dicas nō modo nos impense amat, sed ipsissima ipse charitas est: quomodo etiam è contrario insigniter scelestum, scelus esse dicimus.

4. *Deum nemo vidit vnquam*, intelligendum est hoc de vi uente homine & de deo in ipsa vera deitatis substantia: nam & Moyses posteriora dei tantum vidit, faciem videre nō potuit, & quotquot viuentes deum viderunt, in vmbra tantum & ænigmate viderunt.

5. *In hoc cognoscimus quia ī nobis manet, & nos in eo, quia de spiritu suo dedit nobis.* hic locus expositus est præcedente capite, numero 10. similiter & sequens, Quisquis cōfessus fuerit, &c. in hoc capite, numero primo.

6. *In hoc est perfecta charitas dei nobiscū, vt fiduciam habeamus in die iudicij: quia sicut ille est & nos sumus in hoc mundo.* Non caret is loc⁹ scrupulo. Beda explicat vt ἐὰν ἵνα, id est, vt, pro si sumatur, ac sit sensus, in hoc est perfecta dei charitas, si fiduciam habemus in die iudicij: quia si perfectè deum diligimus, securi & confidentes diem iudicij expectabimus: quod autem sequitur, *quia sicut ille est & nos sumus in hoc mundo*, non satis mihi cō iungere videtur Beda: putarem ad sensum ipsius sic iungendum locum: si perfecta dei charitas nobiscum est, fiduciam habemus in dse iudicij: Quia sicut ille est & nos sumus in hoc mundo, id est, quia sicut ille in mundo degens perfectam charitatem habebat, ideóque nihil principem mundi huius verebatur, dicens: Venit autem princeps mundi huius, & ī me non habet quicquā, ita & nos in hoc mundo si perfectam habemus charitatem, sicut ille sum⁹, nihil formidantes in die iudicij principem mundi huius: vt ego cum venia quod sentio dicam primo Græca repetam, quæ sic habent: ἐν τούτῳ τετελείωται ἡ ἀγάπη μεθ' ἡμῶν, ἵνα παῤῥησίαν ἔχωμεν ἐν ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως, ὅτι καθώς ἐκεῖνός ἐστι, καὶ ἡμεῖς ἐσμὲν ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ, quo loco Græci habent simpliciter ἀγάπη. id est, charitas vel dilectio, neque addunt, θεοῦ, id est, dei, quod habet interpres: quanquam de ea intelligi videtur: & mihi videtur hic esse sensus, in hoc, id est, ob hoc consummata & perfecta fuit dei in nos charitas, vt fiduciam habeamus in die iudicij: prædixit enim in hoc summam dei erga nos charitatem apparuisse, quòd vnigenitum filium suum misit in mundum vt viua-

ut uiuamus per eum: in hoc est charitas: nō quasi nos dilexerim⁹ deū, sed quoniam ipse prior dilexit nos, & misit filium suum propitiationē c pro peccatis nostris. Charissimi, si sic deus dilexit nos: & nos debemus alterutrum diligere. 4 *Deum* Ioan. 1.b. 1.Ti. 6.d. *nemo uidit unquam. Si diligamus* 1.Ioan. 13.d. & 14 b. Ephe. 1.e. *inuicem: deus in nobis manet, & charitas eius in nobis perfecta est.* 5 *In hoc cognoscimus quòd in eo manemus, & ipse in nobis: quoniam de spiritu suo dedit nobis. Et nos uidimus & testificamur quoniam pater misit filium suum saluatorē mūdi. Quisquis confessus fuerit quoniā Iesus est filius dei: deus ī eo manet, & ipse in deo. Et nos cognouimus, & credidimus charitati, quam habet deus in nobis. Deus charitas est, & qui manet in charitate, in deo manet, & deus in eo.* 6 *In hoc perfecta est charitas dei nobiscum, ut fiduciā habeamus in die iudicij: quia sicut ille est, & nos sumus in hoc mūdo. Timor nō est ī charitate, sed ꝑfecta charitas foras mittit timorem: quoniam timor pœnam habet. qui autem timet, non est perfectus in charitate. Nos ergo diligamus deum: quoniam deus ꝑior dilexit nos. Si quis dixerit, Quoniam diligo deum: & fratrem suum oderit, mendax est. Qui enim non diligit fratrem suum quem uidet, deum quem non uidet, quomodo potest diligere? Et hoc mādatū habemus à deo: ut qui diligit deum, diligat & fratrem suum.*

ARGVMENTVM Cap. 5.

¶ *Fide nos ex deo gigni ostendit, deinde veræ charitatis indicia in mandatorum executione aperit: præterea fidei victoriam & testimonia de Christo manifestat. Postrēc verè credentium fiduciam in deum proponit, secundum quam pro cuiusuis peccati remissione impetrare nos posse asserit, præterquam peccati ad mortem.*

mus per eum: quæ est indubiè summa & perfecta charitas, vnicum scilicet filium morti destinare, vt nos per eius mortem viuamus: & congruenter huic sententiæ postmodum subdit, *in hoc*, id est, propter hoc dei in nos charitas vsque ad vnigeniti sui mortē scilicet, perfecta fuit & consummata, vt nos tam insigne charitatis argumētum habentes ob oculos, fiduciā habeamus in die iudicij. i. nihil vereamur, sed cum fiducia adeamus ad thronum gratiæ ipsius: restat nūc scrupus quomodo connectātur sequentia, *quia sicut ille est & nos sumus in hoc mūdo*. ex Græcis hūc sensum olfacere possum, quia sicut ille est īhoc mundo manens in nobis, ita & nos sumus manentes in illo, & sicut ille in nobis sanctitatis & puritatis & charitatis author est, ita nos in eo sanctè & castè gerimus mortui mundo, & sicut ille in nobis est summè nos diligens, ita & nos in eo sumus summè eum diligentes, secundum eum verò, fratres & proximos: quòd si indubiè tales sumus in eo, qualis ipse in nobis, (nō q̄ tō sicut omnem similitudinis rationem exprimat) fiduciam habebimus in die iudicii, & tunc perfecta erit charitas expers omnis timoris, quia *Perfecta charitas foras mittit timorem*. intellige autem de timore seruili: nam timor filialis, qui à Dauid dicitur timor domini castus permanens in æternum, non excluditur à charitate, quippe qui à charitate procedit: quòd autem de seruili timore intelligat, ipse Ioannes explicat, dicens: *quia timor pœnam habet*: nam qui timore seruili metuit deum offendere, non tam ob deum quem amat, q̄ ob supplicium quod metuit, veretur offendere.

CAP. V.

A ¹Mnis qui credit quoniā Iesus est Christ⁹, ex deo natus est. Et omnis qui diligit eum qui genuit: diligit & eū qui natus est ex eo. In hoc cognoscimus quoniam diligimus natos dei: cum deum diligamus & mandata eius faciamus. Hæc est enim charitas dei: ut mandata eius custodiamus: & mandata eius grauia non sunt. Quoniam omne quod natum est ex deo: uincit mundum. & hæc B est uictoria ² quæ uincit mundum: fides nostra. Quis est qui uincit mūdum: nisi qui credit quoniam Iesus est filius dei? ³ hic est qui uenit per aquam & sanguinē Iesus Christus. non in aqua solum: sed in aqua & sanguine. Et spiritus est qui testificatur, quoniam Christus est ueritas. Quoniam ⁴ tres sunt qui testimonium dant in cælo: pater, uerbū, & spiritus sanctus. Et hi tres,

Mat. 11. d.

1. Co. 15. g.

1. *Omnis qui credit quia Iesus est Christus*, id est, Messias promissus. credit autem fide nō ficta neque simplici, sed fide per dilectionem operante. *Natus est ex deo*, id est, à deo prodijt, sic enī sumi puto hoc loco γεγέννηται: nam nō quisquis credit, etiam (vt vocant) fide formata, ideo æterna prædestinatione genitus est: secūdū quā genitū supradixim⁹ nō peccare peccato. s. affectatæ īfidelitatis: vel genitus est ex deo. i. filī⁹ dei est, quia potestatē dedit de⁹ ijs q̄ credūt in noīe vnigeniti filij ei⁹, filios dei fieri: ita q̄ peccatū facit, est filī⁹ diaboli.

2. *Quæ vincit mundum*. mundum hoc loco & tota hac epistolæ, infideles & mundo mundíque cupidinibus addictos homines intelligere oportet: *quos fides vincit*, quando id quod impossibile iudicat mundus, fides verum esse manifeste probat & conuincit.

3. *Hic est qui venit per aquam & sanguinem, Iesus Christus*. prædixerat credentes esse dei filios, nunc quomodo filij fiāt subdit, quia Iesus est qui venit vt nos deo patri ī filios adoptaret per aquam baptismatis quare generamur: qua etiam baptizari ipse dignatus est, vt baptismum nobis initiaret: per sanguinē quoque quo purificati in passione sumus. bene autem resumit non in aqua solum, sed in aqua & sanguine: vt meminerimus passum esse nostri gratia Christum. *Et spiritus est qui testificatur, quoniā Christus est veritas*. Græca ℞ τῷ Christus, habēt τὸ πνεῦμα, id est, spiritus: interpres legit ὁ Χριστὸς. est autem sensus, hic est qui venit per aquam baptizans: & spiritus est qui testificatur eum venire in aqua baptizantem & baptizatum: quomodo autem testificatur spiritus, dicit Baptista ipse Ioan. 1. Qui misit me baptizare in aqua, ille dixit mihi, super quem videris spiritum descendentem & manentem super eum, hic est qui baptizat in spiritu sancto: testificatur autem spiritus de Iesu, & ipse testificatur, īquit, & testimonium probè fert de Iesu, quia spiritus est veritas: ipse, inquit, spiritus testificatur: quia veracem oportet esse testem: & ipse spirit⁹ veritas est. si legim⁹ *Christus*, τὸ testificatur, refertur ad quia, spiritus testatur quia Christus est veritas.

4. *Tres sunt qui testimonium dant in cælo: pater, verbum, & spiritus sanctus*. hanc particulam quidam Græci codices non habent, Hieronymi tempore omnes habebant, vnde vero simile est ab Arrianis esse abrasam. pater testimonium dedit, dicens: Hic est filius meus dilectus: spiritus, quando eum sicuti promiserat, misit, testimo-

nium dedit: ipse de se testimonium dedit suorum operum exhibitione, quando ait, Opera quæ ego facio, & nemo alius facere potest, ipsa testimonium perhibent de me.

5. *Tres sunt qui testimonium dant in terra: spiritus, aqua, & sanguis, & hi tres vnum sunt.* græca quæ nunc extant non habent in terra, & pro vnum sunt, habent ἓς τὸ ἕν. i. in vnũ sunt, hoc est, de vno & eodem Christo testificantur, quo modo etiam oportet intelligere vnũ sunt, scilicet testificatione. Testificatus est autem spiritus, aut magis ipsi patri contestificatus in baptismo. Testimonium quoque perhibuerunt sanguis & aqua, siue quum vtrũq; sudauit in horto mori proximus, siue post mortem, quãdo de latere mortui fluxit aqua & sanguis. Possũmus etiã interpretari, ꝙ tres sunt qui deitatis testimoniũ dãt in cælo: pater, verbũ, & spũs sanct⁹: & tres qui testimoniũ dant humanitatis in terra: spirit⁹, quem posuit in morte, dicẽs: paterin manus tuas commendo spiritum: aqua & sanguis in horto sudata, quæ soli competunt humanæ naturæ.

unum sunt. Et[5] *tres sunt qui testimonium dant in terra: spiritus, aqua, & sanguis, & hi tres, unum sunt. Si testimonium hominum accipimus: testimonium dei, maius est quoniam*[6] *hoc est testimoniũ dei, qđ maius est: quoniã testificatus est de filio suo. Qui credit in filium dei, habet testimonium dei in se. Qui non credit filio, mendacem facit eum: quia non credit in testimoniũ, quod testificatus est deus de filio suo.*[7] *Et hoc est testimonium, Quoniam uitam æternam dedit nobis deus, & hæc uita, in filio eius est. Qui habet filium dei, habet uitam: qui non habet filium dei, uitam non habet.* 1. Ioan. 3. d. D

6. *Hoc est testimonium dei quod maius est, &c.* in græcis codicibus desunt hæc verba (maius est quoniam) & habent tantum, hoc est testimonium dei quod testificatus est de filio suo: propter locũ hunc hoc est testimonium dei, scilicet patris. græca scholia locum præcedentem, spiritns est qui testificatur, interpretãtur de patre, qui etiã ipse spiritus est, vt Christus spiritus: qui quidem testatus sit de filio suo, dicens, hic est filius meus, &c.

7. *Et hoc est testimoniũ quoniã vitã æternã dedit nobis deus, & hæc vita in filio eius est.* i. ꝙ filiũ eius donata nobis est: si ergo vita æterna in filio est, & nobis per filiũ data à patre, in hoc est testimoniũ ꝙ ipse deus est, ꝙ vita ęterna in ipso est: & solus deus largiri vitã ęternã potest.

8. Hæc

8. Hæc scribo vobis, vsque ad ὁ & *hæc est fiducia*. græca paulò secus habent, scilicet, ταῦτα ἔγραψα ὑμῖν τοῖς πιστεύουσιν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ, ἵνα εἰδῆτε ὅτι ζωὴν αἰώνιον ἔχετε, καὶ ἵνα πιστεύητε εἰς τὸ ὄνομα τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ. i. hæc scripsi vobis in nomen filij dei credentibus, vt sciatis quòd vitam habetis æternam, & vt credatis in nomẽ filij dei: quanquam videtur nouissima particula superfluere, vt credatis, cùm prædixerit, vobis credentibus: quod interpres vertit, qui creditis.

[8] *Hæc scribo uobis, ut sciatis quoniam uitam habetis æternam, qui creditis in nomine filij dei. Et hæc est fiducia quam habemus ad deum, Quia quodcunque petierimus secũdum uoluntatem eius, audit nos. Et scimus quia audit nos quicquid petierimus, scimus quòd habemus petitiones quas postulauimus ab eo.*

[9] *Qui scit fratrem suum peccare peccatum non admortẽ, petat: & dabitur ei uita, peccãti non ad mortẽ.*

9. *Qui scit fratrẽ suum peccare peccatũ nõ ad mortẽ, petat.* Peccatum ad mortẽ, græca scholia explicant de peccato finalis impœnitentiæ, quod vtiq; planè irremissibile est. explicant etiam de peccato μνησικακίας quo quis tenax est iniuriarum, neq; plane illatas sibi vult iniurias remitterẽ: quod verè ad mortẽ dicitur, quia huiusmodi hominib⁹ rarò parcit deus, sed in reprobum sensum abire sinit: vnde de huiusmodi peccato dicit Ioannes, quasi desperato & deplorato, non pro eo dico, vt quis roget: cui loco Ioannis aptè quadrat pulchra illa exaggeratio, Ecclesiastici 28. aduersus vindictæ cupidos, quam visum est hic explicandi gratia, & huiusmodi homines à vindicta deterrendi adiungere: est autem huiusmodi: Qui vindicari vult à domino, inueniet vindictam, & peccata illius seruans seruabit. Relinque proximo tuo nocenti te, & tunc deprecanti tibi peccata soluentur. Homo homini reseruat iram, & à deo quærit medelam? In hominem similem sibi non habet misericordiam, & de peccatis suis deprecatur? Ipse dum caro sit reseruat iram, & propitiationem petit à deo? Quis exorabit pro delictis illius? Tam detestandum ergo est fraternæ vindictæ scelus, vt pro eo orari noluerit Ioãnes: id enim significat quum ait, non pro eo dico vt roget quis. De peccato etiam infidelitatis quo quis post agnitum deum ad idola reuertitur, & de industria agnitam veritatem impugnat, intelligitur hic locus: & pro eo facit id quod sequitur in fine epistolæ, filij custodite vos à simulachris: Sic quoque hunc locum explicat Hiero-

nymus his verbis: Qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem, petat, & dabitur vita, peccanti non ad mortem. qui verò peccauerit ad mortem, quis orabit pro eo? Cernis quòd si pro peccatis minoribus deprecemur, impetramus veniam. Si pro maioribus, difficilis impetratio sit: & inter peccata & peccata magnã esse distantiam. Vnde & de populo Israel quia peccauerat peccato ad mortem, dicitur ad Hieremiam: Noli orare pro populo hoc, nec assumas pro eis deprecationem, & non obsistas mihi, quia non exaudiam te. quòd autem peccatum ad mortẽ in Israele, esset illud infidelitatis peccatum, post agnitum deum scilicet relabi ad idola: perspicuũ est ex verbis Hieremiæ 7. cap. Tu ergo noli orare pro populo hoc, nec assumas pro eis laudem & orationem: & non obsistas mihi, quia non exaudiam te. Nónne vides quid isti faciunt in ciuitatibus Iuda, & in plateis Hierusalem? Filij colligunt ligna, & patres succendunt ignem, & mulieres conspergunt adipem, vt faciant placentas reginæ cæli, & libent diis alienis.

Est peccatum ad mortem: non pro illo dico, ut roget quis. Omnis iniquitas, peccatum est, & est peccatum ad mortem. 10 *Scimus quia omnis qui natus est ex deo, non peccat, sed generatio dei conseruat eum, & malignus non tangit eum. Scimus quoniam ex deo sumus: & mũdus totus in maligno positus est. Et scimus quoniam filius dei uenit: & dedit nobis sensum,* 11 *ut cognoscamus uerum deum, & simus in uero filio eius. Hic est uerus deus: & uita æterna. Filioli custodite uos à simulachris. Amen.*

10. *Scimus quia qui natus est, &c.* eadem sententia quæ tertio cap. explicata est, similiter & illud, *neque peccare potest*, non per naturam, sed per gratiam, vnde subdit, *sed gratia dei conseruat eum.* græca secus habent, scilicet ἀλλ' ὁ γενηθεὶς ἐκ τοῦ θεοῦ τηρεῖ ἑαυτόν. i. sed genitus ex deo seruat seipsum. i. obseruat & cauet ne peccatũ illud ad mortem incurrat. fortasse græca habebant αὐτὸν. i. eum: & tunc sensus esset, filius dei genitus ex deo, conseruat eũ, & malignus non tãget eũ siue tangit. nam græca nunc habent ἅπτεται, id est, tangit.

11. *Vt cognoscamus verum deum.* Erasmus negat apud Græcos haberi deum: tamen Veronensis codex habet ἀληθινὸν θεὸν, & scholia exponũt, vt cognoscamus ipsum verũ deum: & simus in vero filio eius Iesu Christo: & potest τὸ *verum deum*, referri ad filium, vt quod præcesit, *& dedit nobis sensum, &c.* referatur ad deum patrem, non modò dedit nobis sensum vt cognoscamus ipsum Iesum verũ esse deum: sed etiam dedit, vtin ipso vero eius filio simus & habitemus. Græca pro simus habent ἐσμὲν, id est, sumus. mihi videtur vis adferri literæ, si legamus & interpretemur, vt simus in vero, id est, patre per filium eius. Simulachra autem à quibus obseruare & cauere nos admonet, idola sunt græcè.

Argumentũ epistolæ 2. Ioannis.

Sanctam quandam fœminã ad quam scribit, postquam illius, liberorúmque ipsius fidei congratulatus est, hortatur in charitate perseuerare, ab hæreticis cauere, & in accepta doctrina permanere.

EPISTOLA
BEATI IOANNIS
apostoli secunda.

A

1 *Senior, electæ dominæ & natis eius, quos*
S *ego diligo in ueritate, & non ego solus, sed & omnes qui cognouerunt ueritatem, propter ueritatẽ quæ permanet in uobis, & uobiscum erit in æternum. Sit uobiscum gratia, misericordia, pax à deo patre, & à Christo Iesu filio patris in ueritate & charitate.*

B *Gauisus sum ualde quòd inueni de filiis tuis ambulãtes in ueritate, sicut mandatũ accepimus à patre.* Et *nunc rogo te domina, non tanquam mandatũ nouũ scribens tibi, sed quod habuimus ab initio: ut diligamus alterutrum. Et hæc est charitas*

1. *Senior electæ dominæ.* Græca scholia multis confirmãt hanc epistolam Ioannis & sequentem, esse Ioannis apostoli dilecti à deo, atque in contrarium adlata argumẽta soluunt. Seniorem autem siue græco vocabulo πρεσβύτερον aiũt vocari, siue quòd iam prouecta ætate, siue ♇ episcopus esset, & episcopi in primitiua ecclesia presbyteri vocarentur: electam verò dominam sic dici aiunt græca scholia, vel à nomine ♇ fortasse ita vocaretur, vel quòd electa à deo esset. electæ ergo dominæ & natis eius, siue liberis, &c. quòd autem interpres vertit, quæ permanet in vobis & vobiscum, græca quæ nũc extant, habent ἐν ἡμῖν, καὶ μεθ' ἡμῶν, id est, in nobis & nobiscum. interpres legit, ὑμῖν, & facilis est lapsus ab η in υ, & contra.

2. *Multi*

2. *Multi seductores exierunt in mundum.* interpres legit ἐξῆλθον. i. exierunt: græca habent ἐισῆλθον. i. introierunt: neque multum refert ad sensum, vt dicantur exiisse qui prius latebant. *Qui non confitẽtur*, inquit, *Iesum Christum veniſſe in carne.* quidam codices habẽt, Qui nõ cõfitetur Iesum veniſſe in carnẽ, & iũgunt cum ſequentibus, hic eſt ſeductor, & hoc modo græca ſecus habebant quàm nunc. quæ enim nunc extãt in plurali habent ὁμολογοῦντες, quanq̃ aptior videtur cõnexio legendo in ſingulari: qui non confitetur, hic ſeductor eſt.

3. *Videte vosmetipsos ne perdatis.* hoc loco pro *perdatis, operati eſtis, accipiatis*, græca quæ nunc extant habẽt in prima perſona perdamus, operati ſumus, accipiamus. quanquã nihil ad ſenſum refert.

4. *Nolite eũ recipere in domum, nec Aue ei dixeritis.* velex hoc loco excõmunicationis facultas intelligitur, quãdo hæretici interdici domo & ſalutatione iubentur: nam ita extra hominũ cõmercia fiũt & cõmunionem. Similiter dicit Paulus, hæreticum hominem poſt vnam & alteram correptionem deuita.

ritas, *ut ambulemus ſecundum mandata eius. Hoc eſt enim mãdatum, ut quemadmodum audiſtis ab initio, in eo ambuletis: quoniam* [2] *multi ſeductores exierunt in mundum, qui non confitentur Iesum Christũ ueniſſe in carnem. Hic eſt ſeductor & Antichriſtus.* [3] *uidete uoſmetipſos, ne pdatis quæ operati eſtis: ſed ut mercedẽ plenã accipiatis. Omnis qui recedit, & non permanet in doctrina Christi: deũ non habet. Qui permanet in doctrina: hic patrẽ & filiũ habet. Si quis uenit ad uos, & hanc doctrinã non affert:* [4] *nolite recipere eũ in domũ, nec Aue ei dixeritis. Qui enim dicit illi Aue, communicat operibus eius malignis.* [5] *Ecce prædixi uobis: ut in die domini non cõfundamini. plura habens uobis ſcribere, nolui per chartam & atramentum. Spero enim me futurum apud uos, & os ad os loqui, ut gaudium veſtrum plenum ſit. Salutant te filij ſoris tuæ electæ.*

Argumentum epiſtolæ 3.

CAio cuidã ſcribit fidei eius & charitati in fratres cõgratulãs, deinde Diotrephẽ accuſat, & Demetriũ laudat.

5. *Ecce prædixi vobis.* hęc verba ab hoc loco vſq; ad *Splura habẽs, &c.* græca quę nũc extãt, nõ habẽt: quod verò ſequitur, *Spero me futurũ ad vos*, futurum dixit pro venturum. nam græcè eſt ἐλθεῖν.

1. *Chariſſime*

EPISTOLA
BEATI IOANNIS APOSTOLI TERTIA.

A SEnior Caio chariſſimo, quem ego diligo in veritate. [1] Chariſſime, de omnibus orationẽ facio proſperè te ingredi & ualere, ſicut proſperè agit anima tua. Gauiſus ſum ualde uenientibus fratribus, & teſtimonium perhi- B bentibus ueritati tuæ: ſicut tu in ueritate ambulas. [2] Maiorem horum non habeo gratiam, quàm ut audiã filios meos in ueritate ambulare. Chariſſime, [3] fideliter facis quicqd operaris in fratres: & hoc in peregrinos, qui teſtimoniũ reddiderunt charitati tuæ in conſpectu eccleſiæ: quos, bene facies, deducens dignè deo. Pro nomine enim eius profecti ſunt, nihil accipientes à gentilibus. Nos ergo debemus ſuſcipere huiuſmodi, ut cooperatores ſimus veritaC tis. Scripſiſſem forſitan eccleſiæ: ſed is qui amat primatum gerere in eis, Diotrephes, non recipit nos. Propter hoc ſi uenero, commonebo eius opera, quæ facit: uerbis malignis garriens in nos. Et quaſi non ei iſta ſufficiant: neq; ipſe ſuſcipit fratres,

1. *Chariſſime, de omnibus orationem facio proſperè te ingredi.* Græcè eſt ἀγαπητέ, περὶ πάντων εὔχομαί σε εὐοδοῦσθαι καὶ ὑγιαίνειν καθὼς εὐοδοῦταί σου ἡ ψυχή. εὔχομαι autem quod optare & orare ſignificat, vtroque modo ſumi poteſt: opto ſiue oro in omnibus negotiis tuis proſperè vt agas & rectè valeas, ſicut proſperè agit anima tua, id eſt, ſicut animovales, ita opto & oro, vt quod ad cætera negotia tua attinet proſperè habeas, ac rectè valeas.

2. *Maiorẽ horũ non habeo gratiam.* Interpres legit χάριν. i. gratiã. græca quæ nũc extant, habent χαρὰν. i. gaudiũ, & hoc modo ſenſus eſt: maiorem nulla ex re lætitiã capio, quã cum audio filios meos in veritate ambulare, primo modo: Maiorem mihi gratiã præſtare nõ poſſũt filij mei, quã ſi eos audiam in veritate ambulare.

3. *Fideliter facis:* græcè τὸ πιστὸν id eſt rem fideli dignam facis, quicquid operaris in fratres: quos benefacies *Deducens dignè deo*, græcè πεμψας. i. ſi comitatus fueris aut honoris gratia deduxeris, *digne deo.* i. p dignitate quę deo credẽtes decet. *Scripſiſſẽ*, græcè ἔγραψα. i. ſcripſi: interpres legit ἔγραψα ἄν. i. ſcripſiſſem.

pſiſsẽ. Reliqua ſũt facilia, niſi ꝙ ꝑ cõmonebo eſt ὑπομνήσω, quod ſignificat ſuggeram, vel in memoriã reducam, pro *eos qui ſuſcipiunt*, eſt τοὺς βουλομένους, id eſt, volentes ſuſcipere.

& eos qui ſuſcipiunt, prohibet, & de eccleſia eiicit. Chariſsime, noli imitari malum, ſed quod bonũ eſt. Qui bene facit, ex deo eſt: qui male facit, non uidet deum. Demetrio teſtimonium redditur ab omnibus, & ab ipſa ueritate. Sed & nos teſtimonium perhibemus, & noſti quoniam teſtimonium noſtrum uerum eſt. Multa habui tibi ſcribere, ſed nolui per atramentum & calamum ſcribere tibi. Spero autem protinus te uidere, & os ad os loquemur. Pax tibi. Salutant te amici. Saluta tu amicos nominatim.

¶ Argumentum in epiſtolam Iudæ.

Eadem penè eſt Iudæ apoſtoli epiſtola, cum ſecundo capite alterius epiſtolæ Petri. Admonet enim fideles ab hæreticis cauere, quorum mores & ingenia perbellis metaphoris egregie depingit. hos ergo obſeruare, virorum autem apoſtolicorum mandata ſeruare hortatur, deinde deo commendatis illis epiſtolam claudit.

BEATI IVDAE APOSTOLI EPISTOLA CATHOLICA.

1 Iudas Ieſu Chriſti ſeruus, frater aũt Iacobi, &c. Iudas is eſt quem ad differẽtiam Iſchariotæ Matthæus & Marcus Thaddæum appellãt. Iudas ergo iis, inquit, qui ſunt in deo patre dilectis, &c. ſalutẽ. pro dilectis Eraſmus vertit ſãctificatis, aſſerẽs græca habere ἡγιασμένοις: at textus Veronẽſis habet ἠγαπημένοις. i. dilectis: & ſcholia ſimiliter exponunt. *Et Ieſu Chriſto cõſeruatis.* i. per Ieſum Chriſtum conſeruatis, vt datiuus græcus iungatur cum ἐν. i. in, & pro ablatiuo ponatur non datiuo, non multum autem refert ad ſenſum. pro *adimpleatur*

1 Iudas Ieſu Chriſti ſeruus frater autem Iacobi: his qui ſunt in deo patre dilectis, & Chriſto Ieſu conſeruatis, & uocatis, miſericordia uobis, et pax, & charitas impleatur.

pleatur, græca quæ nunc extant legunt πληθυνθείη. i. multiplicetur: interpres legit πληρωθείη.

2. *Omnem ſolicitudinem faciens ſcribendi uobis.* græca ſic habent, πᾶσαν σπουδὴν ποιούμενος γράψαι ὑμῖν περὶ τῆς κοινῆς σωτηρίας, ἀνάγκην ἔσχον γράψαι ὑμῖν. quo loco τὸ περὶ τῆς κοινῆς σωτηρίας, &c. referri poteſt ad τὸ γράψαι, & tũc ſenſus eſt, quum vehementi deſiderio tenerer ſcribendi ad vos de communi veſtra ſalute, neceſſariũ duxi vobis ſcribere. poteſt etiã referri ad τὸ ἀνάγκην ἔσχον. & tunc ſenſus eſt: Quum vehemẽti deſiderio ad vos ſcribẽdi tenerer, neceſſarium duxi de communi veſtra ſalute ad vos ſcribere.

Charisſimi, 2 omnem ſolicitudinem faciens ſcribendi uobis de communi ueſtra ſalute, neceſſe habui ſcribere uobis: 3 deprecans ſupercertari ſemel traditæ ſanctis fidei.

3. Deprecãs ſupercertari, &c. obſcura eſt hæc ſententia. Græca habent παρακαλῶν ἐπαγωνίζεσθαι τῇ ἅπαξ παραδοθείσῃ τοῖς ἁγίοις πίστει. Eraſmus in annotationib⁹ putat & aſſerit τοῖς ἁγίοις, id eſt, ſanctis, referri ad ἐπαγωνίζεσθαι, nõ ad τὸ τῇ πίστει, ſed repugnat opinioni Eraſmi quòd τὸ τοῖς ἁγίοις, mediat inter τὸ τῇ παραδοθείσῃ, & τῇ πίστει, & ἐπαγωνίζεσθαι ad viciniorem datiuũ, ſcilicet τῇ παραδοθείσῃ πίστει referri debet. mihi autẽ videtur hic ἐπαγωνίζεσθαι ſumi pro laborare ac certare, & ἐπὶ, in compoſitione, cum datiuo idem ſignificare quòd pro, & tũc τὸ ἐπαγωνίζεσθαι referri poteſt vel ad Iudæ perſonam, vel ad perſonam eorũ, ad quos ſcribit: primo modo ſenſus eſt, obſecrans non modo vt ſcribam, ſed vt laborem vel decertem pro fide, quæ ſanctis tradita eſt: vel obſecrans aut adhortãs, vtrunque enim ſignificat τὸ παρακαλῶν, vt laboretis ac decertetis pro fide, quæ ſemel tradita eſt ſanctis, nec temerè poſitũ eſt ſemel tradita: quaſi diceret, ne quærite aliam poſthæc fidem quàm quæ ſanctis tradita eſt.

4 Subintroierunt enim quidam homines (qui olim præſcripti ſunt in hoc iudicium) impij, domini noſtri gratiam transferẽtes in luxuriam. & ſolum dominatorem, & dominum noſtrum Ieſum Chriſtum ne-

4. *Subintroierunt enim quidam homines.* Græcè παρεισῆλθον, quod verbum miror non ſemel ab Eraſmo verſum eſſe per obiter: quum παρὰ, hoc loco in compoſitione ſignificet clàm & latenter, quod hæreticis quadrat: qui non ſtatim ſuas hæreſes vomunt, ſed inter Chriſtianos & fideles clàm ſe inſinuant. certè ſub, in præpoſitione

idem

idē significat quod παρά. i. clàm. subintroierunt ergo quidā impij. *Qui præscripti erāt ad hoc iudiciū.* i. de quibus olim præscriptū & prænūciatū erat & ita de Christo impiè opinaturi & iudicaturi erant. vel præscripti in hoc iudicium. i. in hanc damnationem prædestinati, quasi dicas in hunc reprobum sensum, quæ illis est peccatorū pœna, olī prædestinati. *Domini gratiam transferentes in luxuriam*, id est, domini gratia, quæ non statim in peccātes animaduertit, vt quōdam lex Mosaica abutentes ad suas luxurias impunè (vt putant) perpetrandas. Didymus hic hæreticos notari asserit, qui prætextu diuinæ gratiæ prædicatæ, & libertatis euangelicæ, omnem permittebant luxuriam, illi impensissimè ipsi vacantes. certè Græca scholia Nicolaitarum, Valentinianorum, & Marcionistarum flagitiosam libidinem his verbis taxari aiunt. de quibus dicit apostolus, *Solum dominatorem & dominum nostrū Iesum Christum negantes*, græca habent τὸν μόνον δεσπότην θεὸν καὶ κύριον ἡμῶν ἰησοῦν χριστὸν ἀρνούμενοι, hoc est solum dominatorem deum & dominum nostrum Iesum Christum negantes. Erasmus exponit, deum qui solus est herus, vt deus dicatur pater, sed græci cum patrem significant, articulum addere solent qui hic deest, ideo vtrunque de Christo intelligendum est, qui solus δεσπότης. i. dominus, & κύριος. i. dominator & auctoritate valens dicitur: non quòd solus excludat patrem & spiritum sanctum: sicut pater solus bonus, non excludit bonum filium, neque spiritum sanctum.

gantes. [5] *Commonere autem uos uolo, scientes semel omnia, quòd Iesus populum de terra Aegypti saluans, secundò eos, qui nō crediderūt perdidit:* [6] *angelos autem qui non seruauerūt suū principatum, sed dereliquerunt suum domicilium, in iudiciū magni diei, uinculis æternis sub caligine reseruauit. Sicut Sodoma & Gomorrha, & finitimæ ciuitates simili modo exfornicatæ, & abeuntes post carnē alterā, facti sunt exemplū, ignis æterni pœnā sustinētes.* [7] *similiter & hi carnē quidem maculāt, dominationē autem spernūt, maiestatē autem blasphemant.*

5. *Commonere autem vos volo scientes semel omnia.* Interpres pro omnia legit πάντα, græca quæ nunc extant habent τοῦτο. i. hoc: & pro commonere græcè est ὑπομνῆσαι quod significat in memoriam reducere: dicit ergo, non volo vos docere, quasi planè ignorantes, sed in memoriam reducere id quod semel sciuistis, quòd Iesus siue dominus, vt nunc græca habent, populum de terra Aegypti saluans, secundò, eos qui non crediderunt in deserto perdidit: hoc autem exemplum diuinæ iustitiæ & sequentia illis inculcat, vt à peccatis iis exemplis edocti abstineant.

6. *Angelos autem qui non seruauerunt suum principatum*, græcè τὴν ἀρχὴν quod principatum & dignitatem significare potest, & originē: hoc est, qui dignitatem suam non retinuerunt, vel qui non seruauerunt

runt primæuam suam originem in qua erant conditi, sed reliquerunt suum domicilium, habitationem scilicet cælestem, aut deum in quo habitabant, eos inquam in iudicium magni dei, vinculis æternis sub caligine seruauit: idem quod Petrus. 2. cano. 2. quod angelis peccantibus non pepercit, sed caliginosis vinculis in tartarum detrusos, ad diem iudicij seruauit cruciādos. legendum est autem hoc loco magni diei, non magni dei, vt corrupti codices habent, nam græcè est ἡμέρας. Simile quoq; exemplum iustitiæ diuinæ adfert quod Petrus de Sodoma & Gomorrha, quos *post carnem alteram* abiisse dicit. i. vt græca scholia aiunt masculam: quæ altera est, quia aliena neque congrua generationi, quia caro masculæ & fœminea quod ad generationem attinet, vna caro sunt, caro autem masculæ, & alia masculæ, duæ semper sunt.

7. *Similiter & ii carnem quidem maculant*, græci habent ante ὲ *carnem maculant* ἐνυπνιαζόμενοι, id est, dormiētes, vel inter somniandum, alludit autem ad illusiones & pollutiones nocturnas. quod vero ait dominationem spernunt, simile est ei quod antè Petrus. 2. cap. 2. ait, dominationem contemnunt: Dominationem autem siue græcè κυριότητα, Hieronymus vocat dominos, quibus potestas est in subditos: Epiphanius Cypri episcopus interpretatur diuinæ naturæ auctoritatem. Quod vero interpres habet *maiestatem blasphemant*, græci habent δόξας. Hyreneus κυριότητα, quod ante præcesit & dominationem interpretatur, sacrificium corporis dominici, quod ipsi contemnunt, dum impudicitiis quibus vacant, illud conspurcant: δόξας autem, id est glorias interpretatur vetus & nouum testamentum, quòd teste Paulo ad Corinthios neutrum sine gloria fuerit: græca scholia δόξας, ecclesiasticas dignitates interpretantur. Dominationem ergo siue dei & Christi, siue hominum in dignitate constitutorum spernunt: & maiestatem, id est, homines publica dignitate & auctoritate fungentes, blasphemant.

8. Quum

8. *Quum Michael archãgelus*, Græca paulò commodius nectunt sententias, habent enim ὁ δὲ Μιχαὴλ, id est, Michael autẽ archangelus cum diabolo disputans, dum altercaretur de corpore Moysi, non est ausus inferre iudicium blasphemiæ, id est, illum blasphemare, illum conuiciis & maledictis incessere, sed dixit: imperet tibi deus. hic autem locus refertur ad id quod præcessit, maiestatem blasphemãt, & ad id quod sequitur: ij autẽ quæcunque ignorant blasphemant, &c. quasi diceret non verentur neque deum neq; homines auctoritate ac dignitate valẽtes blasphemare, quum interim Michael archangelus diabolum blasphemia & conuiciis dignũ, secum de Moysi corpore altercantem non sit ausus blasphemare, sed tantum illi dixit: *Imperet tibi deus*, siue increpet te deus, nam ita Græci legunt ἐπιτιμήσαι σοι, & Hieronymus aduersus Rufinũ legit, increpet tibi deus. Quo modo verò de Moysi corpore & quando altercatus sit cum diabolo Michael, in scripturis quæ extant, non legitur: ex scriptura apocrypha sumpsisse videtur Iudas. Beda asserit non defore qui Moysi corpus plebem Iudaicam interpretentur, cuius ille dux fuerit in terris, sicut ecclesia gentiũ corpus Christi dicitur. Si de vero Moysi corpore altercatum fuisse intelligatur, puto intelligendum esse quòd corpus Moysi substulerit angelus, ne illud mortuũ adorarent posthæc Israelitæ proni ad idololatriã, diabolum autẽ cũ eo altercatũ, vt in terris maneret: certè vt putem sublatũ ab angelo adducor ex ea scriptura, que habetur Deut. vltimo. Et non cognouit homo sepulchrum eius vsque in præsentem diem.

9. *Ii autem quæcunque quidem ignorant, blasphemant.* Græca scholia sic interpretantur, οἱ δὲ περὶ δογμάτων ἃ οὐκ οἴδασι βλασφήμως σωτὶ ἐασι λόγους, id est, hi autem de dogmatibus quæ non nouerunt blasphemos sermones contexunt: *Quæcunque autem naturaliter tanquam bruta animalia norunt in iis corrumpuntur*, id est, in iis quæ naturaliter norunt, siue quorum naturalem tantum cognitionem habent, corrumpuntur, non deliberantes an ea licent nec ne. pro eo autem quod interpres habet *norunt*, Græca habẽt ἐπίσαντται, quod significat norunt vel sciunt potius: quum autem brutis scientia minime competat, ego puto veterem lectionem græcis fuisse ἐφίσαντται, sed φ in π versum. significat autẽ ἐφίσαμαι, inter illa appeto, quod huic loco maxime quadrabat: quæcunq; autẽ naturaliter tanquã bruta animalia appetunt, in iis corrũpũtur. i. iis abutuntur vsq; ad corruptionem animæ & aliquãdo corporis interitũ: certè græca scholia ἐπίσαντται sic interpretantur ὅσα ᾗ φυσικῇ ὁρμῇ ἀδιακρίτως ὡς πὶ ἐπίσαν ᾗ ῥῶα, ταῦτα μεταδιώκουσιν, ὡς ἵππ οι θηλυμανεῖς ἢ χοίροι. i. temere ac sine delectu autẽ quæcũque naturali appetitione tanquã bruta animantia norũt, hęc sectãtur: velut insanientes foeminarumque appetentes equi, aut porci.

8 *Cùm Michael archangelus, cum diabolo disputans altercaretur de Moysi corpore, non est ausus iudiciũ inferre blasphemiæ, sed dixit: Imperet tibi deus.* 9 *hi autem quæcunque quidem ignorant, blasphemant: quæcunque autem naturaliter tanquam muta animalia norunt, in his corrumpuntur.*

Gen. 4.d. Num. 22.d. Num. 26.d. 2.a. 3.d. Eccl. 21.d. D

10 *Væ illis, qui in uia Cain abierũt: & errore Balaam, mercede effusi sunt, & in contradictione Core perierunt.*

11 *Hi sunt in epulis suis maculæ cõuiuates, sine timore, semetipsos pa-*

10. Væ illis qui in viam Cain abierunt. græca paulò secus habent, pro qui habent ὅτι. i. quia. Væ illis ideo quia in viã Cain abierũt. i. iter Cain secuti sunt, dum præ inuidia fratres interimũt siue corporaliter, siue vt græca scholia explicant, prauis doctrinis spiritualiter. Et errore Balaam mercede effusi sunt. vbi & Balaã non ad mercedem referri potest, quasi dicas errore, siue per errorẽ, Balaã mercede effusi sunt siue circunfusi. vtrunque enim significat τὸ ἐγχύθ-μαι, quia sicut lucri gratia maledicturus Israelitis venerat Balaã, ita lucri & quæstus gratia peruersa annunciant dogmata. Vel errore Balaam effusi sunt, mercede, hoc est propter mercedem siue mercedis gratia: quasi dicas, in similem cum Balaam errorem defluxerunt & lapsi sunt propter mercedem. i. dum quæstum amant: quiã sicut mercedis gratia maledicturus Israel veniebat, ita isti viros excellentes & conuiciis lacessunt, & vt prædixit maiestatem blasphemant. Et *in contradictione Core perierunt*, id est, sicut Core aduersus Moysem erigere se volens & illi contradicere, periit: ita illi ecclesiæ rectoribus contradicentes, peribunt. Visum est, optime lector, integram & pulchrã eius loci expositionem adiungere, quam adfert Beda huiusmodi: Viam Cain abeũt, qui propter inuidiam meliorum nomẽ sibi doctorum quo honorificetur, assumunt. Et errore Balaam effusi sunt, qui pro amore terrestrium cõmodorũ veritatem, quã ipsi norũt, impugnãt. Contradictione Core, qui viuus ad inferna descendit, intereunt: quicunque appetitu indebiti primatus sese ab vnitate sanctæ ecclesiæ secernunt, scientésque & præuidentes

dentes quãtum mali gerãt,ad ſcelerum tamen tartara deſcendũt.
11. *Hi ſunt in epulis ſuis maculæ conuiuãtes.* interpres pro maculæ legiſ-
e videtur σπίλοι,quũ tamẽ cõmuniter græci codices habeãt ἀσπι-
λάδες,de quo poſtea dicemus:pro eo autẽ quod eſt verſum epulis
ſuis,græci habẽt ἐν ταῖς ἀγάπαις ὑμῶν.i.in conuiuiis veſtris.inter-
pres legit,αὐ τῶν.i.ſuis:ἀγά-
παις autẽ antiqui Chriſtia-
norum cœnas & frugi con-
uiuia vocabãt,ἀπὸ τῆς ἀγα-
πῆς.i. à dilectione: quòd cõ
firmandæ charitatis & dile-
ctionis gratia in conuiuiis
veſcerentur:ἀσπιλάδες autẽ
ſaxa ſunt concaua & rupes
in aquis cauernoſæ, quæ
naufragium ferè nauigantibus adferre ſolent,non præuiſæ.Græca
ſic habent,οὗτοί εἰσιν ἐν ταῖς ἀγάπαις ὑμῶν σπιλάδες σωδυοκού-
μενοι ἀφόβως,ἑαυτὸς ποιμαίνοντες. Eraſmus non intellectum hũc
locum ſic vertit: Hi ſunt inter charitates veſtras maculæ inter ſe cõ
uiuantes, abſque vllius timore ſuopte ductu arbitrioque viuentes:
primum ταῖς ἀγάπαις,perperam hoc loco charitates vertit: nunq̃
enim aut rarò pro dilectione in plurali ſumitur,ubi ἀγάπαι.deinde
σπιλάδες male vertit maculas: porrò etiam σωδυοχούμενοι vertit,
inter ſe conuiuantes,quod poti⁹ vertendum erat, vnà vobiſcum e-
pulantes aut conuiuantes: demum ἑαυτὸς ποιμαίνοντες quod vertit
ſuo ductu ſuoque arbitrio viuentes, longe melius interpres vertit,
ſeipſos paſcentes:intelligit enim de hæreticis qui inſtar Balaã quę-
ſtus gratia veritatem oppugnarent agnitam,& neglecta ouium ſa
lute quæſtui tantum ſtuderent:quãquam enim ποιμαίνω ſignifica-
re poteſt rego,non tamen ſtatim ſignificabit ſuo arbitratu viuere:
neque enim bene inſtituti reges,ſuo ductu viuunt, ſed ex præſcri-
pto legũ. Quod verò græcè eſt ἀφόβως,& Eraſmus vertit abſq; vl-
lius timore,vno autẽ verbo intrepide dicitur,referri poteſt ad σω-
δυοχούμενοι.i. cõuiuãtes,vel ad ἑαυτὸς ποιμαίνοντες.i.ſeipſos paſcẽ-
tes,ſed preſtat referre ad σωδυοχούμενοι. Totũ autem locũ ego ſic
verterẽ:Hi ſunt in cõuiuiis veſtris,tãq̃ cõfragoſa in mari ſaxa & ca
uernoſæ rupes,ac teniæ vobiſcũ itrepidè cõueſcẽtes,ſeipſos paſcẽ-
tes:bene autẽ σπιλάδας,& cauernoſas, maris rupes eos appellat,
ꝙ quẽadmodũ eæ nõ præuiſæ naufragiũ adferũt nauigãtib⁹,ita hu
iuſmodi impoſtores dũ ſimulata amicitia intrepidè Chriſtianorum
cõuiuia

ſcẽtes. 12 *nubes ſine aqua quæ à uẽ-* 2. Pet. 2.
tis circunferuntur, arbores autum- 2.
nales, infructuoſæ, bis mortuæ, era-
dicatæ. fluctus feri maris, deſpu-
mãtes ſuas confuſiones, ſydera er-
rantia. Quibus procella tenebrarũ B
ſeruata eſt in æternum.

cõuiuia adeũt.niſi præuidẽtur & obſeruãtur, periclitari & naufra-
gari faciũt cõueſcentium animas:quod autẽ σπιλάδας vocat, Plĩ.
in præfatione lib.3.tenias vocat,dicens : Frequentes quippe teniæ
cãdicantis vadi nautas territãt:fluctus enim ſcopulis allidentes cã-
dicant & ſonitũ edũt:ideoq; argumẽto ſunt nautis ſubtus latere te-
nias & ſcopulos ſiue σπιλάδας quæ eos territat:quod autẽ ait ſe-
ipſos paſcentes,intelligit nõ charitatis ſed quæſtus gratia illos o-
mnia factitare. 12. *Nubes ſine aqua quæ à ventis circunferuntur*, græcè
ἄνυδροι .i. inaquoſæ, recte verò inaquoſis nubibus ſimiles facit,
quemadmodũ enim quanto minus de aqua nubes habẽt,tãto leuio
res facilius à vẽtis agitantur: quæq; loca pertranſierint, ea nequaq̃
imbribus irrigãt,ſed caligine obtenebrãt: ſic hæretici ſalutari aqua
ſapientiæ,qua carẽt,in quas inciderint animas nõ irrigãt, ſed inſa-
nis & peruerſis opinionibus ſuis obtenebrãt,ad omnes inaniũ do-
ctrinarũ vẽtos impellente dæmone agitati: *Arbores autumnales infru-*
ctuoſæ, bis mortuæ, eradicatæ. Arbores autũnales vocat hæreticos,quòd
autũni tẽpore præſertim in Iudæa & calidis regionibus non modo
appetẽte autũno poma nulla extãt,vtpote iam collecta,ſed & folia
decidũt: vnde & pro ea tẽpeſtate infructuoſę dicũtur. & *bis mortuæ*,
quia fructu ſpoliatæ & foliis:quales ſunt hæretici corpore & ani-
ma mortui,nullũ bonorũ operũ fructum ex ſe producentes:& ideo
ſunt velut arbores eradicatæ,quia omnis palmes nõ ferẽs fructum
eradicabitur & in ignẽ mittetur. *Fluctus feri maris, deſpumantes ſuas*
confuſiones. Feri nominatiui caſus pluralis eſt,& refertur ad fluctus:
græcè κύματα ἄγρια.i. feri fluctus maris. Hũc locũ præclarè ſic ex-
ponit Beda:Fluctus feri maris ſunt peruerſi doctores:quia & in ſe-
metipſis inquieti ſemper,tumidi,tenebroſi & amari ſunt, & pacem
eccleſiæ quaſi ſtabilitatẽ firmitatemq̃; obicum ſemper impugnare
non ceſſant. Sed tales rectè dicuntur deſpumantes ſuas confuſio-
nes : quia inſtar tumentium vndarum quantò altius ſe ſuperbien-
tes attollunt, tantò amplius confuſi . quaſi in ſpumas leuiſſimas
diſſoluuntur & pereunt. *Sydera errantia, quibus procella tenebrarum*
in ſempiternum reſeruata eſt. pro verbo procella græcè eſt ζόφος.quod
& caliginem ſignificat . Libet & expoſitionem huius loci adferre
ex Beda: Sidera errantia quæ ſunt ſeptem , nũquam in eodem lo-
co vbi pridie fecerãt ortum vel occaſum,faciunt:ſed modo ad in-
fima Zonæ brumalis deſcendunt , modo ad alta Zonæ ſolſtitia-
lis aſcendunt: modo mediã Zonæ æquinoctialis lineam repetũt.
Sic nimirun , ſic ſunt hæretici , qui lucem veritatis promittentes,

nunquam in eodem ſtatu docendi perdurant: ſed modo ſic, modo ſic doctrinam ſuam informantes, ipſi vtique quàm ſit contemnenda lucis oſtentatio quam pollicentur, inſinuant.

13. *Prophetauit autem & de iis ſeptimus ad Adam, Enoch.* Hic locus ex apocrypha quadã prophetia ſumptus eſt, quæ Enoch tribuitur, nõdum enim ea ætate definitus erat ordo librorũ eccleſiaſt. Locus autem allegatus facit ad probãdũ nõ impune huiuſmodi hominib⁹ futurũ, neque indiget explicatione, niſi quòd paulũ variat à græco, in quibuſdam latinis codicibus ſcribitur, *Ecce veniet dominus*, quũ græcè ſit ἦλθε id eſt, vênit in præterito, quã quam huiuſmodi præterita more Hebræorum pro futuris aliquãdo ponãtur: quod interpres habet, quibus *impie egerunt*, græci ὧν ἠσέβησαν, poteſt, ὧν, verti in per *quæ aut quibus*, quomodo vertit interpres, vel in *quæ*, quæ impie illi egerunt. Quidam latini codices habebãt locuti ſunt contra deũ, pro quo græci habent κατ' ἀυτ῀.i. contra eũ quanquam ſenſus idem. quæ ſequuntur vſque ad hunc locũ hi ſunt qui ſegregant ſemetipſos, explicatione non egent, niſi quòd loquẽs de apoſtolis, vbi ait *qui dicebant vobis*, &c. pro qui, græci habent ὅτι. i. quia, ſed nihil ad ſenſum refert. 14. *Hi ſunt qui ſegregãt ſemetipſos*, græca quæ nunc extant nõ habent *ſemetipſos*, quod forte noſter interpres legit, ſed tantum ἀποδιορίζοντες, id eſt ſegregantes: græca ſcholia interpretantur quòd à communione eccleſiæ & fidei fratres fideles ſubtrahunt, & ad ſua conciliabula adducunt. Animales autẽ vocantur græcè ψυχικοὶ ἀπὸ τῆς ψυχῆς, vt ψυχὴ carnalem viuendi rationem ſignificet: quaſi ea tantum ſpectãtes quæ ad vitam pertinẽt animalem & præſentẽ: Vos autem, inquit, chariſſimi ſuperædificantes voſmetipſos ſanctiſſimæ noſtræ fidei, ſiue veſtræ prout quidam græci habent ὑμῶν, id eſt proficientes in fide, *in ſpiritu ſancto orantes*, τὸ in ſpiritu ſancto poteſt referri ad ſuperædificantes vel ad orantes in ſpiritu ſancto. *voſmetipſos in dilectione dei ſeruate*. neſcio quorſum huc Eraſmus addidit inuicem: neque enim illud ſignificat

13 *Prophetauit autẽ & de his ſeptimus ad Adam, Enoch, dicens, Ecce uenit dominus in ſanctis millibus ſuis, facere iudicium cõtra omnes, & arguere omnes impios de omnibus operibus impietatis eorum quibus impie egerunt, & de omnibus duris quæ locuti ſunt contra eũ peccatores impij. Hi ſunt murmuratores, querulofi, ſecundum deſideria ſua ambulantes, & os eorum loquitur ſuperbiam, mirantes perſo* Apo. 1.d.

F *nas quæſtus cauſa. Vos autem chariſſimi, memores eſtote uerborum quæ prædicta ſunt ab apoſtolis domini noſtri Ieſu Chriſti, qui dicebãt uobis, Quoniam in nouiſſimis temporibus uenient illuſores, ſecundum deſideria ſua ambulãtes in impietatibus. 14 Hi ſunt qui ſegregãt ſemetipſos, animales, ſpiritũ nõ habentes. Vos autẽ chariſſimi, ſuperædificãtes uoſmetipſos ſanctiſſimæ noſtræ fidei, ſpiritu ſancto orãtes, uoſmetipſos in dilectione dei ſeruate, expectantes miſericordiã domini noſtri Ieſu Chriſti in uitam æternam. 15 Et hos quidem arguite iudicatos: 16 illos uero ſaluate, de igne rapientes. Aliꝭ autẽ miſeremini in*

1.Ti. 4.d. 2.Ti. 3.d. 3.Pe. 3.d.

G

cat τὸ ἐλεος τοῦ. expectantes miſericordiam domini noſtri Ieſu Chriſti in uitam eternam, τὸ in vitam æternam mihi referendum videtur ad ſeruate. vt ſit ſenſus, ſeruate voſmetipſos & continete in dei dilectione, in vitam æternam, id eſt, vt vitam æternam habeatis: eſt enim hebraiſmus. 15 *Et hos quidem arguite diiudicatos*, græca hoc loco variant: nam quædam legunt ἐλεεῖτε, id eſt, commiſerami ni: Veronẽſia ſcholia legũt ἐλέγχετε, id eſt arguite & ita exponunt, φανερῶτε τοῖς πᾶσιν τὴν ἀσέβειαν. i. αὐτῷ manifeſtate omnibus impietatẽ eorũ: pro diiudicatos eſt græcè διακρινόμενοι, quod Eraſmus vertit dum iudicamini, mihi autem interpres melius actiue ſumpſiſſe videtur, & hos quidem arguite diiudicãtes eos, pro quo elegantius dixit, & hos quidẽ arguite diiudicatos, id eſt, poſtquam diiudicaueritis: arguite ergo vel corripite vel iudicate illos. Veronẽſia ſcholia videntur legiſſe διακρινομένους. in accuſatiuo, & exponunt διακρίνομαι, pro ſeparari, ſic enim aiunt καὶ κἀκεῖνος ἢ εἰ μὲν ἀποδιίσανται ὑμῶν, τοῦτο γὰρ σημαίνει ὁ διακρίνεσθαι ἐλέγχετε, τοῦτεστι φανερῶτε τοῖς πᾶσι τὴν ἀσέβειαν αὐτῶν, id eſt, & illos verò ſi quidem ſe à vobis ſegregauerunt, (id enim ſignificat τὸ διακρίνεσθαι) arguite, hoc eſt, omnibus eorum impietatem manifeſtate.

16. *Illos verò ſaluate de igne rapiẽtes*. græci habent οὓς δὲ ἐν φόβῳ σώζετε ἐκ πυρὸς ἁρπάζοντες. i. illos vero in terrore, ac per terrorem ſupplicij & pœnarũ, ſaluate & ſeruate, rapiẽtes de igne iudicij & dãnationis, qui illos alioqui manet: quaſi diceret, alios qui ſe ſubtrahunt à vobis arguite, & palàm iudicate, alios verò per terrorem ſupplicij ſeruate, *Odientes eam quæ carnalis eſt maculatam tunicam*. græci habent μισοῦντες καὶ τὸν ἀπὸ τῆς σαρκὸς ἐσπιλωμένον χιτῶνα, id

est,odio habentes carnalis nostri corporis sordes & maculas: nos-ter interpres ꝑ in timore iunxit cum hac particula quæ in Græcis non habetur. *aliis autem miseremini*,dicens:miseremini alijs in timore,metuentes ne in similia illis peccata incidatis.

17. *Ei autem qui potens est vos conseruare.* in hac coronide paucæ sunt difficultates nisi ꝙ aliquot locis variatur à Græco,nam quod interpres vertit *qui potens est vos conseruare*, Græci habent ἀπταίστους, id est, illos: quanquam αὐτὸς, sicut nostrum ipſe,omnium est personarū.quod habet *sine peccato*,grecè est ἀπταίστους.i. non lapsantes & immunes à peccato. Et *potest constituere*, Græcè στῆσαι, id est,repræsentare *ante conspectum gloriæ suæ immaculatos in exultatione*,id est,cum exultatione. Quod autē sequitur in aduētu domini nostri Iesu christi,in codicibus Græcis qui nunc extant deest:ei ergo qui vos immunes seruare potest à peccato,soli deo saluatori nostro ꝑ Iesum, &c.gloria & magnificentia,&c.quod interpres habet soli deo,greci addunt σοφῷ, id est, sapienti, neque habent quod interpres habet.*per Iesum Christum dominum nostrum*,sicut non habent quod in fine positum est,ante omnia secula.

timore: odientes & eam quæ carnalis est,maculatam tunicam. 17 *Ei autem qui potens est uos conseruare sine peccato, & constituere ante conspectum gloriæ suæ immaculatos in exultatione in aduentu domini nostri Iesu Christi-soli deo saluatori nostro per Iesum Christum dominum nostrum gloria & magnificentia,imperium,& potestas ante omnia sæcula,& nūc,& in omnia sæcula sæculorum.Amen.*

Dilucidior explicatio epistolæ beati Iudæ apostoli.

IVdas Iesu Christi seruus,frater autem Iacobi,à deo patre dilectis & sanctificatis,ac per Iesum Christum seruatis,salutem: Misericordia in uos,& pax & charitas augeatur, & compleatur. Quum uehementi scribendi ad uos desiderio tenerer, necessarium duxi de communi ad uos salute scribere: obsecrans atque inuitans ut pro ea fide: quæ,semel sanctis est tradita,

laboretis ac decertetis. Subingressi sunt enim & clàm se inter uos insinuarunt impij nonnulli homines, in hoc olim iudicium (ac reprobum sensum)destinati, domini nostri gratia in suam libidinem abutentes & lasciuiam: atque unicum omnium dominatorem deum & dominum nostrum Iesum Christum abnegantes.ad huius autem rei memoriam quam semel aliquando scire-stis, reuocare animos uestros uolo:nimirum quòd quum dominus Iesus saluum ab AEgypto populum fecisset, rursum eos qui non crediderunt(in deserto) perdidit. Idem quoque angelos qui neque dignitatem suam,neque primæuam(in qua conditi erant)originem retinuerunt,sed(cæleste)domicilium suum abdicarunt, in magni illius diei iudicium asseruauit,uinculis nexos sempiternis. Quemadmodum Sodoma, & Gomorra, & confines illis,eodémque cum illis flagitio conspurcatæ ciuitates,& alienam(generationiq́ue ineptam masculam scilicet) carnem sectantes, supplicio affectæ ignis æterni, cæteris sunt exemplo. Simili quoque sunt & isti libidine,qui suam quidem in somnis carnem fœdant ac polluūt,dominos autem suos habent contemptui,& publica authoritate præditos conuiciis lacessunt:quum Michael ille archāgelus inita cum diabolo disceptatione, de Moysi corpore decertans, non sit ausus maledictis illum lacessere: Sed Hæc illi tantum dixerit: Increpet te deus, tibiq́ue imperet. At isti,etiam quæs non norunt, blasphemia afficiunt, & in quæcunque naturaliter tanquam bruta animantia sensu ipso feruntur, eorum usu uel usque ad interitum abutuntur. Væ illis qui (homicidæ & inuidi)Cain uias inierunt,& quæstus mercedisque gratia in similem cum Balaamo errorem collapsi sunt,& contradicendi stu dioſi,similiter cum Core perierunt. Hi sunt in frugi uestris conuiuiis non secus atque cōfragosa in mari saxa, & cauernosæ rupes ac teniæ,unà inter uos intrepide conuescentes, seque metipsos (non domini gregem)pascentes: inaquosi similes nubibus, & ab omni uēto agitatis: autūnaliúmque arborū instar, quæ tū fructu spoliatæ & folijs,utrisque iam censentur emortuæ,& quasi era

dicatæ. Neque uerò dissimiles sunt feruentibus maris fluctib⁹, sua ipsorum opprobria ueluti despumantes: sunt quoque (incerti & instabiles) tanquàm uaga & errantia sydera, quibus sempiterna tenebrarum caligo & procella reseruata est. De quibus septimus ab Adã Enoch ante prædixerat, dicens: Ecce uenit dominus cum sanctis milibus suis ut iudicium de omnibus faciat, omnésque de ipsis actionib⁹ suis quas ipie gesserũt arguat: déque omnib⁹ duris & asperis uerbis, quæ aduersus eum locuti sunt peccatores impij. Hi sunt murmuratores & queruli, uitamque ex sua degentes libidine, quorum os nil nisi fastosa loquitur & intolerabilia: externam uerò quæstus gratia hominum faciem admirantur. Vos autem charissimi, ne obliuiscamini quæ antè hac ab ipsis domini nostri Iesu Christi apostolis accepistis: nempe futuros extrema ætate impostores qui impiam libidinosamque pro suo arbitratu uitam degant. Hi sunt qui se & cæteros ab ecclesiæ consortio segregant, animales & carni tantum dediti homines, spirituque dei carentes. Proinde uos charissimi sanctissimæ uestræ fidei uosmetipsos (tanquam spirituale ædificium) superstruite in spiritu sancto orantes, uósque interim dum domini nostri Iesu Christi misericordiam expectatis, ut uitam possideatis æternam, in mutua charitate continete: & alios quidem (uelut impios) quum tales diiudicaueritis, palàm arguite: alios uerò terrore suppliciorum ex igne abstrahentes, seruate: & carnalis nostri corporis sordes & maculas auersamini & odio habete. Ei autem qui uos & illos præseruare à peccato potest, & cum exultatione ante gloriosam ipsius faciem in aduentu domini nostri Iesu Christi immaculatos representare, ei, inquam, soli sapienti deo & seruatori nostro per eundem dominum nostrum Iesum Christum, gloria sit & magnificentia, imperium quoque ac potestas, sicut omnibus retro seculis ita & nunc & sempiternis posthæc sæculorum ætatibus. Amen.

Præfatio

Præfatio in Apocalypsin Ioannis apostoli.

Vsum erat Christiane lector nihil in Apocalypsin præter pauca scholia (quæ & ad sensum grãmaticum explicandũ, & diuersitatem lectionũ indicandam facerent) edere: quòd abstrusa huius prophetiæ archana uni tantum diuo Iannni, qui è pectore illa domini hausisset, nota esse putarem: quã quã nullus est liber tot veterũ commẽtariis illustratus, si modo lucẽ tot, támque uarii commentarii attullerunt, ac non magis tenebras offuderunt, dum uaria tam multi suo quisque indicio adferunt, piè quidem illa, vt arbitror, commenta: at si inuicem conferas non apte fortasse quadrãtia. Sed quũ submonuissent amici ei qui nouum instrumentum scholiis suscepisset illustrandũ non esse cessandum ante coronidem, in nullóque penè sacrarum literarum libro scholia magis desiderari: collegi ex uariis antiquorum libris non varias expositiones, sed eas tãtum quæ proximè videbantur ad sensum accedere. In quo opere aut nihil aut admodum pauca tribui mihi volo, præsertim in iis quæ ad profundam illam mysteriorum intelligentiam faciant: quo in argumento si sudare voluissem, non inepta fortasse, sed mea tantum sensa attulissem. Diuinare autẽ in iis non meũ esse duco, sed eius qui diuino, sit afflatus spiritu. Certè aliquot locis in explicando sensu grammatico & connectenda lectione laborauimus. Hunc autem librum quanquam nonnulli veterũ dubitarint esse Ioannis apostoli & euãgelistæ, constat tamẽ inter omnes ab ecclesia receptũ esse. Et græca in hũc librũ scholia cũ Gregorio Nazianzeno, cui idem cum diuo Ioanne Theologo cognomentum fuit, asserunt huius authorẽ libri esse Ioannẽ apostolũ & theologũ iis verbis: τινὲς τῶν ἀρχαιοτέρων νόθευσιν ταύτην τῆς ἰωάννου τῦ ἀγαπημένυ γλώττης, ἀντέρω ταύτην ἀναθέντες, ὅκ ἐσι δὲ ὕτως, ὁ γὰρ συνεπώνυμος τύτῳ γρηγόριος ἐνέκρινε ταύτην τοῖς ἀναθέμασιν, ὡς ἡ ἰωάννυ. i. Quidã ex antiquioribus asserũt hũc librũ à phrasi & lingua Ioannis illi⁹ dilecti esse alienũ: alteri cuidã Ioanni adscribẽtes. At nõ ita res habet, cognominis enĩ ipsi Ioãni Gregorius, iter legitimos eũ libros tãquã Ioannis reponẽdũ iudicauit. Cõplectitur autẽ hic liber prophetias aut reuelationes plurimas typice & ĩ figura descriptas, quarum partim completas, partim complendas restare asserũt, sed hoc uni spirituum largitori reuelandum relinquimus: nos quãta maxima breuitate poterimus aliorum sensa explicabimus.

APOCALYPSIS BEATI IOANNIS APOSTOLI.

ARGVMENTVM Cap. I.

¶ Septem Asiarũ ecclesiis, septẽ cãdelabrorũ, septémque stellarum factam sibi reuelationem aperit, obiter filium hominis eiúsque aduentum describens

CAP. I.

1. *Apocalypsis Iesu Christi*: Apocalypsis Græcè ἀπὸ τῦ ἀποκαλύπτειν à reuelãdo, Latinè reuelatio dicitur: hic autẽ Hebræorũ more deest τὸ *hæc est*, scilicet hæc est apocalypsis, &c. Apocalypsis autem Iesu Christi quam dedit illi deus *palàm facere*, Græcè δεῖξαι, id est, quam illi quatenus homini deus pater communicauit, vt palàm faceret siue ĩdicaret seruis suis, *Quæ oportet fieri citò*: Citò autem fieri dicuntur, quęcũque in hac vita fiunt, etiam si multos durant annos: præ enim futura vita quæ nunquam desinet, breui citóque transeunt quæcũque hac in vita fiunt.

CAP. I.

A [1] *Pocalypsis Iesu Christi, quam dedit illi deus, palàm facere seruis suis quæ oportet fieri cito:* [2] *& significauit, mittens per angelum suum seruo suo Ioanni, qui testimonium perhibuit uerbo dei, & testimonium Iesu Christo, quæcunque uidit.* [3] *Beatus qui legit & audit uerba prophetiæ huius. & seruat ea quæ in ea scripta sunt.* [4] *tempus enim prope est.*

B [5] *Ioannes septem ecclesiis quæ sunt in Asia,* [6] *gratia uobis & pax ab eo qui est, & qui erat, & qui uẽturus est, & à septẽ spiritibus qui in cõspectu throni eius sunt, & à Iesu Christo qui est testis fidelis: primogenitus mortuorum, & princeps regum terræ, qui dilexit nos & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. &*

2. Et *significauit*, Græcè καὶ ἐσήμανεν. bona pars exponunt hic ἐσήμανεν pro sigillauit: mihi tamen videtur sumi pro indicauit, vt hanc reuelationem Iesu Christo pater dederit, & Ioanni seruo suo indicarit, mittens ei per angelum suum: si placet ĩterpretari per sigillari, sensus est: & obsignauit missam per angelum suũ seruo suo Ioanni. nam quod Græca habent ἐσήμανεν ἀποστείλας, non mihi recte vertisse videtur Erasmus τὸ ἀποστείλας, quum mississet mandatum, sed ἀποστείλας, referri debere ad τὸ ἴδιον, ἴδιον scilicet ἐσήμανεν ἀποστείλας, id est quam obsignauit missam seruo suo Ioanni. *Qui testimoniũ perhibuit verbo dei, & testimonium Iesu Christi quæcunque vidit:* Græca habent ὃς ἐμαρτύρησε τὸν λόγον τῦ θεῦ, καὶ τὴν μαρτυρίαν Ἰησοῦ χριστοῦ ὅσα τε εἶδε, id est, qui testimoniũ perhibuit de verbo dei, & de testimonio Iesu Christi, & de ijs quæ vidit: quidam Græci codices addunt, καὶ ὅσα ἴκουσε καὶ ἅτινα εἰσὶ καὶ ἅτινα δεῖ γενέσθαι μετὰ ταῦτα, id est, de ijs quæ audiuit, & quæ sunt, & quæ posthæc futura sunt: bene autem de verbo dei testimonium perhibuit Ioannes, quando à verbo dei euangelium suum exorsus est, *In principio erat verbum* &c. hic autem vnus locus arguit authorem Apocalypsis huius esse euangelistam Ioannem, quo nemo apertiꝰ de verbo dei testimonium perhibuit.

3. *Beatus qui legit & qui audit verba prophetiæ huius*, Græcè est pluraliter καὶ οἱ ἀκούοντες, & qui audiunt, quanquam rectè interpres mutauit numerum.

4. *Tempus enim propè est*, vel beatitudinis, vel iudicij, in quo redditur vnicuique à deo iuxta opera sua: ideo beatus qui legit verbo, audit fide, seruat autem facto & opere verba prophetiæ huius.

5. *Ioannes septem ecclesiis quæ sunt in Asia.* putant Græca scholia septẽ ecclesiarum nomen vniuersam significari ecclesiam, cui adaptari hæc prophetia potest: quòd septenarius numerus sit perfectus & completus, ex quo die septimo requieuit deus ab omnibus operibus suis.

6. *Gratia vobis & pax ab eo qui est, qui erat, & qui venturus est*. Græca nullum sensum habent, ἀπὸ τῦ ὤν, καὶ ὁ ἦν, καὶ ὁ ἐρχόμενος, cõplectuntur enim verum solœcismum, à quo non abhorruerunt scriptores euangelici, vtpote non adeo curiosi proprietatis verborum & locutionum: significatur autem hoc loco patris æternitas. & quanquam de filio nonnulli locum intelligunt qui venturus sit in iudicium, non ĩprobant tamẽ græca scholia si de patre quis accipiat: quòd omnia in se contineat, præsentia, præterita, & futura: maximè quum de spiritu sancto postea loquatur, & deinde de Christo: non enim mihi videntur septem spiritus pro angelis sumi, quia à nulla creatura gratiam & pacem optare solent apostoli. *& à septem spiritibus qui in conspectu throni eius sunt*, id est. à septiformi spiritu, de quo Esaias: Et requiescet super eum spiritus domini, spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, & replebit eum spiritus timoris domini. Hic autem spiritus substantia simplex, donis multiplex est, in conspectu throni dei, id est, angelorum & beatorum, qui thronus dei dicuntur, quòd in iis sedere, habitare, & regnare dicatur deus. *Et à Iesu Christo qui est testis fidelis*, id est, verax qui testimonium perhibuit mundo de patre, qui quidem Christus est *primogenitus mortuorum*, quia primus ad vitam surrexit immortalem, nunquam postea moriturus *qui dilexit nos & lauit nos à* peccatis nostris in sanguine suo. Græca locutio plena est hic solœcismorum, nam hic Datiui græci

ci τῷ ἀγαπήσαντι καὶ τῷ λύσαντι non habent quo referantur: neque referri possunt, vt putauit Erasmus, ad id quod præcessit *qui est testes fidelis*, subaudi, patri ἀγαπήσαντι, & cætera. tum quia græcè deest Datiuus patri, tum etiam si adesset, propter sequentes Nominatiuos πρωτότοκος καὶ ἄρχων, primogenitus & princeps ap tè iungi non possent: deinde quod sequitur, *& fecit nos regnum & sacerdotes deo*, græcè καὶ ἐποίησεν, subaudiendus est articulus ὅς, scilicet, ὃς καὶ ἐποίησεν. pro quo autem interpres habet *regnum*, Erasmus asserit in omnibus græcis præterquam Hispanien sibus bibliis, haberi βασιλείς, id est, reges. tamẽ Veronensis codex habet βασιλείαν, id est, regnum: & græca scholia explicant, fecit nos regnum deo, id est, perduxit nos ad regni gloriam:

fecit nos regnum & sacerdotes deo & patri suo, ipsi gloria & imperium in secula seculorum. Amen. 1.d.

7 *Ecce uenit cum nubibus, & uidebit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt. Et plangent se super eũ omnes tribus terræ etiam. Amen.* Ezech. 39.c. Matth. 24.c. Iudæ 1.c.

8 *Ego sum α & ω, principium & finis, dicit dominus deus qui est, & qui erat, & qui uẽturus est omnipotens.* 9 *Ego Ioãnes frater uester & particeps in tribulatione, & regno & patientia in Christo Iesu, fui in insula, quæ appellatur Pathmos, propter uerbum dei & testimonium Iesu.* 10 *Fui in spiritu in dominica die: & audiui post me uocem magnam tanquam tubæ dicẽtis,* 11 *Quod uides, scribe in libro: & mitte septem ecclesiis, quæ sunt in Asia, Epheso, & Smyrnæ, & Pergamo, et Thyatiræ, & Sardis, & Philadelphiæ, & Laodiceæ. Et conuersus sum,* 12 *ut uiderẽ uocem quæ loquebatur mecum.* 13 *Et conuersus, uidi septem cãdelabra aurea: & in medio septem candelabrorum aureorum similem filio hominis, uestitum podẽre, & præcinctum ad mammillas zona aurea. caput autem eius,*

vel fecit nos regnum deo, quando per fidem ipsius regnat in nobis deus, dicente ipso, regnum dei intra vos est. Fecit etiam nos reges & sacerdotes, dicente Petro, Vos estis genus electum, regale sacerdotium: non q̃ omnes sacerdotum potestate sint præditi, vt sacramenta conficere possint, quemadmodum & veri sacerdotes, vt putant hæretici: sed quia sacrificium laudis quotidie deo Christianos omnes oportet offerre, & iuxta Pauli sententiam corpora sua hostiam viuam, sanctam, deo placentem.

7. *Ecce venit cum nubibus*, sic enim Matthæi 24. Videbunt filium hominis venientem in nubibus cæli, cum virtute multa & maiestate. loquitur autem de aduentu dei in iudicium: quod verò sequitur, *& plangent se super eum omnes tribus terræ*, græca habent, κόψονται ἐπ' αὐτὸν, id est, & plangent super eum vel propter eum, omnes tribus terræ, Etiam, *amen.* ναὶ: ἀμήν, vtrunq; aduerbiũ est affirmantis.

8. *Ego sum α & ω*, quid illud significet, indicant sequentia, *principium & finis*, q̃ hæ duæ literæ aperiunt & claudunt græcum alphabetũ.

9. *Ego Ioannes frater vester, & particeps in tribulatione & regno & patientia in Christo Iesu*. omnium tum aduersorum tum prosperorum consortem se illis esse asserit: inter tribulationes autem & patientiam,

tiam, regni, quod fideles ob Christum patientes manet, meminit, consolandi illos gratia: ego, inquit, fui in insula quæ appellatur Pathmos, propter verbum dei & testimonium Iesu, id est, propter prædicatum Iesu Christi euangelium, relegatus sum in insulam Pathmon. Est aũt Pathmos exigua insula in Aegæo mari, vna Sporadũ, ad quã Domitiani iussu relegatus est Ioãnes: in qua apocalypsim hanc & vidit & scripsit.

10. *Fui in spiritu*. quod ait, *fui in spiritu*, nõ negat reuera se in Pathmo fuisse: sed fui in spiritu, perinde est ac si dicat, fui in visione spirituali, & visionem spiritualem habui: vt ea quę viderit, non in propriis essentiis vidisse intelligatur, sed in specie spirituali. Fui, inquã, *die dominica*. hinc cõstat sola apostolorum auctoritate sine scriptura, imò præter scripturæ auctoritatem exclusum sabbatum & introductã diem dominicã: ne quis putet ea tantum tenenda quæ habẽtur in scripturis.

11. *Septem ecclesiis, Epheso*. Ephesus vrbs Asiæ minoris, celeberrimo Dianæ templo illustris: & *Smyrnæ*. Smyrna vrbs pariter in Asia minore. quam Meles fluuius intermeat. Et *Pergamo*. Pergamus clarissima vrbs est Troadis, quã Silenus fluuius intermeat. & *Thyatiræ, & Sardis*. Sardis similiter vrbs magna in Asiæ minoris Lydia: & *Philadelphiæ*. Philadelphia ciuitas in Mysia regione minoris Asiæ: & *Laodiceæ*. Laodicea vrbs celebris in Asia insignis Lico flumine.

12. *Vt viderem vocem*. quia sensus visus omniũ nobilissimus est, plerunque pro aliis sensibus & maximè pro auditu vsurpatur: vnde Exo. 19. Cunctus autem populus videbat vocem, id est, audiebat: ita & nunc, vt viderem. i. audirem vel perciperem.

13. *Et conuersus vidi septem candelabra*. non est visum, in explicatione visionũ

visionum harum diutius immorari: quòd varij varia pro suo sensu & captu afferunt. *Septem candelabra* postea esse dicit septem ecclesias: quæ aurea appellat, ppter insignem dignitatem eorum qui ecclesiastico munere funguntur, auro iure æquiparabilem, *& in medio candelabrorum similem filio hominis*. hunc nonnulli angelum putant, qui in forma Christi apparuit Ioanni. mihi videtur Christus ipse intelligendus, propter id quod sequitur, ego sum primus & nouissimus, viuus, & fui mortuus. quod autem ait eum similem filio hominis, non negat verè hominem fuisse, sicut neque Paulus ad Philippen. dicens de eo, in similitudinem hominum factus. Vidi ergo similem filio hominis, id est, tanquam filium hominis, siue hominẽ, id enim hac locutione significant Hebræi. *Vestitum podere*. ποδήρης autem, est tunica talaris ad pedes vsq; demissa: quæ etiam sacerdotalis est vestis, per quã Christi notatur sacerdotium: per poderem autem quidam humanitatẽ qua indutus est Christus, intelligunt: & per zonam aureã qua præcinctus est, auctoritatem regiam: de qua Dauid: Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est fortitudinem, & præcinxit se. Caput quoque & capilli diuinitatem Christi insinuant canis æternitatis candidantem, de qua Daniel: Antiquus dierum sedit: nonnulli tamen per caput Christi, deum patrem intelligunt. *Oculi tanquam flamma ignis*. Vis est diuinæ intelligentiæ omnia & lustrans & illuminans abscondita cordis. bene autem tanquam flamma ignis, qui iustis quidem luceat, improbos verò incendat. *Et pedes similes aurichalco*. Pedes eius, ecclesiæ fundamenta apostolos Gregorius theologus intelligit, qui purgationis igne purgati sunt similes aurichalco. quia & de auri puritate, & æris robore ac soliditate in martyrio participant. *Vox tanquam aquarum multarum*, editam

& capilli erant candidi tanquam lana alba, & tanquam nix. & oculi eius tanquam flamma ignis: & pedes eius similes aurichalco, uelut in camino ardenti. & uox illius tanquam uox aquarum multarum: & habebat in dextera sua stellas septem: & de ore eius gladius utraque parte acutus exibat, & facies eius sicut sol lucet in uirtute sua. Et cùm uidissem eum, cecidi ad pedes eius tanquam mortuus. Et posuit dexteram suam super me, dicens, Noli timere: ego sum primus & nouissimus, & uiuus: & fui mortuus. Et ecce sum uiuens in secula seculorum, & habeo claues mortis & inferni. Scribe ergo quæ uidisti, & quæ sunt, & quæ oportet fieri post hæc. Sacramentum septem stellarum, quas uidisti in dextera mea, & septem candelabra aurea. septẽ stellæ, angeli sunt, septem ecclesiarum. & candelabra septem: septẽ ecclesiæ sunt.

Esai. 41. & 44.

& valde sonoram vocem significat, quomodo aquæ multæ impetu fluentes, vocem & sonum edunt multum & magnum. *Et habebat in dextera sua stellas septem*, quæ postea exponuntur septẽ angeli, quos in manu dextera, id est, in potestate sua habet, sunt enim ad ministratorij spiritus ipsius. *Gladius* autem *ex utraque parte acutus*, verbum dei est: de quo ad Ephesios 6. Paulus: Assumite gladium spiritus, quod est verbum dei. bene autem *facies eius sicut sol lucet*. Si enim iusti fulgebunt vt stellæ in sempiternas eternitates, Danielis. 12. & si teste Christo Matthæi 13. Fulgebunt iusti sicut sol, in regno patris eorum: quanto magis fulgebit ille ipse sol iustitiæ Christus?

14. *Habeo claues mortis & inferni*, id est, potestatem dimittendi peccata, vel mortis & inferni, id est, duplicis mortis, corporis scilicet & animæ.

1. *Qui tenet septem stellas in dextera sua*. septem stellæ, vt dictum est, septem angeli sunt, siue episcopi septẽ ecclesiarum, & in eorum persona reliqui omnes ecclesiarum, quæ septiformi spiritu reguntur, episcopi: quos in manu sua tenet dominus, quia eius omnino subsunt imperio: in medio autem cã delabrorum septem, id est, ecclesiarum septem ambulat, singulorum lumen intuens, quantum luceant, ne forte sine oleo charitatis, sine

ARGVMENTVM Cap. 2.

¶ Ephesinæ ecclesiæ angelum & episcopũ laudat de egregiè factis & odio Nicolaitarũ: de remissione verò charitatis arguit: laudatur autẽ & confortatur Smyrnæ sis ecclesiæ angelus. Similiter & Pergamenæ ecclesiæ episcopus admonetur. Arguitur Thyatirensis angelus, quòd Iezabel fornicari, & idola colere sinat, & interim nisi fornicationum & flagitiorum suorum pœniteat illis interminatur: omnibus autem perseuerantibus in virtute, & vincentibus præmia proponit.

CAPVT II.

A T angelo Ephesi ecclesiæ scribe, Hæc dicit[1] qui tenet septẽ stellas in dextera sua, qui ambulat in medio septẽ

sine operibus dilectionis, fumiget fides mortuorũ.

2. *Scio opera tua.* his & sequẽtibus aliquot sententiis laudatur Ephesini episcopi conuersatio: post id autem quod sequitur, scilicet, & *inuenisti eos mendaces*, græci quidam habent, καὶ ἐβάσασας, id est, & tulisti siue pertulisti: tamen Veronensia scholia non habent neq; in textu neque in scholiis: sed post id quod sequitur, ὑπομονὴν ἔχεις, id est, patientiã habes, addunt conformiter ad interpretem καὶ ἐβάσασας δέ τὸ ὄνομά μου καὶ οὐκ ἐκοπίασας, id est, & sustinuisti vel pertulisti propter nomẽ meum, & non defecisti. nam κοπιᾶν græca scholia exponũt per ἀποκαρτερεῖν, est autem ἀποκαρτερεῖν, eorũ qui cùm aduersa ferre nequeant, animum desponẽtes, laqueo vel inedia vitam finiunt. multa ergo, inquit, pertulisti, non autem ob id desperastis & defecistis. quidam græci codices habent, βάσας δὲ τὸ ὄνομά μου κεκοπίακας καὶ οὐ κάμηκας. i. propter nomẽ meum laborasti, sed non defecisti.

candelabrorũ aureorũ, [2] *Scio opera tua, & laborem, & patientiam tuam: & quòd non potes sustinere malos, & tentasti eos qui se dicunt apostolos esse, & non sunt, & inuenisti eos mendaces: & patientiã habes, & sustinuisti propter nomẽ meum, & non defecisti.* [3] *Sed habeo aduersum te pauca, quòd charitatem tuam primam reliquisti.* Memor esto itaque unde excideris: & age pœnitentiam, & prima opera fac. sin autem, ueniam tibi cito, & mouebo candelabrum tuum de loco suo, nisi pœnitentiam egeris. Sed hoc habes, quia [4] odisti facta Nicolaitarum, quæ & ego odi. Qui habet aurem, audiat quid spiritus dicat ecclesiis, Vincenti dabo edere [5] de ligno uitæ, quod est in paradiso dei mei. Et angelo Smyrnæ ecclesiæ scribe, Hæc dicit primus & nouissimus, qui fuit mortuus, & uiuit, [6] Scio tribulationem tuam & paupertatem tuam, sed dives es: & blasphemaris ab his qui se dicunt Iudæos esse, & non sunt, sed sunt synagôga sathanæ. Nihil horum timeas quæ passurus es. Ecce missurus est diabolus aliquos ex uobis in carcerem, ut tentemini: & habebitis tribulationem diebus decem. Esto fidelis usque ad mortẽ: & dabo tibi coronam uitæ. Qui habet aurem, audiat quid spiritus dicat ecclesiis,

3. *Sed habeo aduersum te pauca.* Græci non habent quid respondeat τῷ pauca, id autem aduersum te habeo, quòd charitatem tuam primam reliquisti: hanc autem charitatem primam, græca scholia exponunt insignem charitatis affectum erga proximos, à qua exciderat. Vnde quod sequitur, *prima opera fac*, intelligendum est de recuperanda prima illa & insigni charitate. *Sin autem, veniam tibi cito*, pro sin autem græcè est εἰ δὲ μή, id est, sin minus, hoc est, nisi pœnitentiam egeris. *veniam* autem hoc loco non dicit motum dei localem, sed affectionem tãquam hominis ad vltionem venientis. *Et mouebo candelabrum tuum de loco suo.* candelabrum, id est, ecclesiã tuam: moueri autem ecclesiam de loco suo, græca scholia explicant diuina gratia spoliari. quidam hoc loco interpretantur translationem primatus græcæ ecclesiæ ab Ephesina in Constantinopolitanam ecclesiam prædici ab apostolo.

4. *Odisti facta Nicolaitarum.* Nicolaitæ hæretici sunt à Nicolao Hierosolymitanæ ecclesiæ diacono sic appellati, qui cum Stephano & cæteris ordinatus est diaconus: is vxore relicta & omnibus pmissa, promiscuas introduxit nuptias.

5. *De ligno vitæ quod est in medio paradisi dei mei.* lignum vitæ sapientia patris est, vnigenitus dei filius, de quo Salomon Prouerbiorum 3. Beatus homo qui inuenit sapientiam: lignum vitæ est iis qui apprehenderint eam. de hoc vitali ligno perpetuo edet, qui spirituale aduersus dæmones bellum vicerit.

6. *Scio tribulationem tuam.* Græci habent οἶδά σου τὰ ἔργα. i. noui opa tua, & tribulationẽ & paupertatẽ, quas mei nominis gratia sustines: ab infidelibus afflictatus. *Sed dives es*, thesaurũ spiritualem habens in corde: Christum scilicet. *Et blasphemaris.* pro blasphemaris, græca habent καὶ τὴν βλασφημίαν, & refertur ad οἶδα, id est, noui opera tua & blasphemiam ab iis qui se dicũt Iudæos esse & non sunt, sed sunt synagoga sathanæ, blasphemiam scilicet qua te illi afficiunt: bene autem ait de pharisæis & non credentibus Iudæis, qui se dicunt Iudæos, & non sunt. Non enim qui manifesto in carne, Iudæus est, sed absconditus cordis homo, qui verè Christum confitetur. Dicunt autem & non sunt, quia confitentur se nosse deum, factis autem negant. *Habebis tribulationem diebus decem.* Qui sunt decem hi dies, ignorare me fateor: quidam totum tempus vitæ significari intelligunt, quòd numerus denarius omnes simplices numeros contineat: quidam decem ecclesiæ persecutiones à Nerone vsque ad Diocletianum.

7. *Qui vicerit non lædetur à morte secunda.* mors secunda, mors animæ est, quoniam priori morti passim boni subiacent ac mali.

8. *Qui habet romphæam vtraque parte acutam.* Romphæa seu gladius anceps vtrinq; scindens, ille est de quo ad Hebr. 4. viuus est enim sermo dei & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vsq; ad diuisionem animæ & spiritus.

9. *Scio vbi habitas.* Græci habent. ὁῖδα πὲ ὄργα συ, Ⓒ πῦ κᾳ̃ζοικεῖς, id est, scio opera tua, & vbi habitas, *vbi est sedes sathanæ.* sedē aūt, siue vt Græci habent, thronum sathanæ vocat Pergamensem vrbē, idolorū cultricē.

10. *Et tenes nomen meum, & non negasti fidem meam.* Tenere nomen dei, & non negare fidem ipsius idem esse puto. Quod verò sequitur, *Et in diebus illis Antipas testis meus, &c.* græca exēplaria hoc loco variant, Germanica exemplaria habent, κὰ ἓν ταῖς ἡμέραις ἐμοῦς, ἀντίπας ὁ μάρτυς μᾦ, id est, & in diebus meis Antipas testis meus, &c. sed hoc modo quum desit verbum respondens τῶ ἀντίπας, non videtur commoda lectio. Scholia Veronensia verā & germanam perfectiq; sensus lectionē habent, κὰ ἓν ταῖς ἡμέραις ἓν οἷς ἀντίπας ὁ μάρτυς μᾦ ὃς ἀπεκτάνθη παρ' ὑμῖν. q̄q̄ ὃς hic πάρελκον esse puto, & tunc sensus esset repetendo præcedentia: Et non negasti fidē meā etiā in diebus illis, in quibus Antipas testis meus fidelis occisus est. Retinere enim Christi fidem ipso etiam afflictionum tempore heroicæ virtutis est functio: huius Antipæ martyriū adhuc seruari græca scholia aiūt: cuius tāta fuit in euāgelio cōstātia vt etiā se explorantib⁹ multa animi fiducia verbū dei loqueretur.

11. *Sed habeo aduersum te pauca.* vide quāta oportet diligētia vigilare ecclesiarū pastores & episcopos: quādo populi errata episcopo tribuit Christus: quū enim dixisset, habeo aduersum te pauca, subdidit tantum aliorum errata, dicens: *Quia habes illic tenentes doctrinam Balaam, qui docebat Balac mittere scandalum corā filiis Israel.* scandalū quod docuit Balaam regem Balac mittere coram Israēlitis est, ꝙ

7 *Qui uicerit, non lædetur à morte*
secūda. Et *angelo* Pergami *eccle-*
siæ D
scribe, Hæc *dicit* 8 *qui habet rom-*
phæam utraque parte acutā, 9 *scio*
ubi habitas; ubi sedes est sathanæ:
10 *& tenes nomē meū, & nō nega-*
sti fidem meā. Et in diebus illis An-
tipas testis meus fidelis: qui occisus
est apud uos, ubi sathanas habitat.
11 *Sed habeo aduersus te pauca: quia*
habes illic tenentes doctrinam Ba-
laā, qui docebat Balac mittere scā Nūc.
dalū coră filiis Israel, edere & for- 24.

teste Iosepho, vt recitāt græca scholia, consilio Balaam rex Balac Israēlitis ad fornicandum mulieres obtulit. qui etiam docuit, inquit, filios Israel *edere*, Græci addunt ἰδωλόθυτα, id est, sacrificiis immolata, siue immolatitias idolorum carnes: asserit enim Iosephus per eam lasciuiam huc adductos Israelitas, vt oblata Belphegor sacrificia comederent, quique docebat Israelem fornicari, sicut habes planè, & de præcedentibus vitiis Israelitarū, numerorum 4. cap.

12. *Ita & tu habes tenentes doctrinam Nicolaitarum,* Tenētes doctrinam Balaā & doctrinā Nicolaitarum idem sunt: quia, vt aiunt græca scholia, Epiphanius Cypri episcopus non veritus Nicolaitarum lutulentiam palàm facere, & fornicationē eos concessisse, & idolothyta, pmiscuè pmisisse asserit.

nicari: 12 *ita habes & tu tenētes do*
ctrinam Nicolaitarū similiter. pœni
tentiam age. si quo minus: ueniam
tibi cito, & pugnabo cū illis in gla- E
dio oris mei. Qui habet aurem, au-
diat quid spiritus dicat ecclesiis:
13 *uincenti dabo manna absconditum, & dabo illi calculum candidum: & in calculo nomen nouum scriptū, quod nemo scit, nisi qui accipit.* Et *angelo* Thyatiræ *ecclesiæ scribe,* Hæc *dicit filius dei, qui ha-*

quū verò dixisset, ita & habes tenentes doctrinā Nicolaitarū, græca Germanica addunt ὁ μισῶ, id est, quod odi: Veronensis codex addit, ὁμοίως, id est, similiter: vt dicas similiter cum Balaamitis, atque ita exponunt: & videtur germanior esse sensus, & ita legit interpres: nam quod sequitur, *Similiter pœnitentiam age,* τὰ *similiter* iungi debet cum præcedentibus, ita & tu habes tenentes doctrinam similiter, scilicet cum Balaam vt doctrina Nicolaitarum & doctrina Balaam similes sint. Quis enim sensus esset similiter pœnitentiam age, cùm de pœnitentia ne verbum quidem præcesserit? Initium ergo sententiæ est, Pœnitentiam age. *Si quo minus, veniam tibi cito.* pro si quo minus græcè est, ἢ δὲ μή, quod significat sin autem, vel sin minus: quomodo vertisse puto interpretem, & librarij vicio positum si quo minus: sensus autem est, Pœnitentiam age, alioqui veniam tibi cito: vide autem rursus vt peccata populi episcopo tribuit: Veniam tibi, id est, ad te perdendum propter negligentiam, & ne se impunes fore putent hæretici, subdit: Et pugnabo cum illis gladio oris mei, id est, sermone meo. Solum enim dei verbum sufficit ad omnes impios perdendos.

13. *Vincenti dabo manna absconditum.* hic per manna προτικῶς, panis

vitæ ad nos de cælo adlatus est intelligendus, qui vitam dat mundo: nimirum Iesus Christus: qui vincenti mundum, carnem, & diabolum, à deo promittitur. Pro eo autem quod interpres habet, dabo manna, Græci addunt φαγειν, id est, comedere de manna abscondito, pro impuris Balaamitarum & Nicolaïtarum idolorum cibis. Et *dabo illi calculum candidum.* hunc Beda interpretatur, nec ineptè, corpus glorificatum, quãdoquidem in resurrectione Christus reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratũ corpori claritatis suę. Qui autẽ perseuerauerit in finem & vicerit, vero manna Christo fruetur, & calculum corporis sui candidum assequetur. *& in calculo nomen nouum scriptum quod nemo scit nisi qui accipit.* nomen istud nomen est filiorum dei, quod nemo scit quantæ dignitatis scit ac virtutis, nisi qui accepit & qui filius dei factus est.

14. *Oculos tanquam flammam ignis.* de hoc loco vide cap. primo, numero 13.

15. *Quia permittis mulierem Iezabel, &c.* hanc Iezabel quidam putant hæreticam quandam fuisse mulierem sic appellatam: quidam synagogam vniuersam pseudapostolorum: græca scholia hæresim Nicolaïtarũ: tropicę Iezabelis nomine impiæ mulieris, de qua 3. Regum 22. significari putant, quæ verè dei seruos seducebat & fornicari docebat, ac idolothyta manducare. fornicationem autẽ & corporalem & spiritualem, scilicet ipsam à domino deo defectionẽ intelligere possumus. bene autem de tropica Iezabel ait, quæ se dicit esse prophetẽ, ppriũ est enim hæreticorũ ipsi sibi spiritũ dei vendicare, & prophetiã sacrarumq; literarũ cognitionẽ. De hac Iezabel ait: *Ecce ego mitto eã in lectũ.* In lectũ græca scholia explicant ἀῤῥωστείαν. i. in infirmitatẽ, hoc est, talẽ ęgrotationẽ immittã, vt iacere in lecto cogatur: & *qui mœchantur cum ea.* i. cooperatores illius, & qui in doctrinã eius & flagitia nomen dederunt, tribulatione afficiã, nisi pœnitẽtiam egerint: & filios eius, qui scilicet iniquitate spiritualiter matrẽ suã referunt, interficiam in morte. i. morte interficiam. & *scient omnes ecclesiæ quia ego sum scrutans corda & renes.* i. interiores hominũ cogitationes penetrans & intelligẽs. *& dabo vnicuiq; vestrum secundum opera sua.* hinc manifestum est, operib⁹ mercedem reddi, vel supplicium.

16. *Quicunq; non habent doctrinam hãc.* i. quicũq; Iezabelis tropicę doctrinã nõ sequũtur.

17. *Et qui non cognouerunt altitudines sathanæ,* siue profunditates, græcè τὰ βαθέα, Latini eã & altũ & latitudines ipsam etiã profunditatẽ appellant. profunditates autẽ sathanæ, si ita vertere lubet, immensum pelagus flagitiorũ possumus intelligere, de quo scriptura: Peccator quum in profundum malorum venerit, cõtemnit. Altitudines autem sathanæ, elatam eius superbiam qua deo similis esse voluit, intelligemus: quod autem sequitur, *Quemadmodum dicunt,* græcè ὡς λέγουσι, sic intelligendum est: qui non cognouerunt altitudines & profunditates sathanæ (vt appellant) iis ergo inquit, vobis scilicet. i. super vos, *non mittam aliud pondus,* quidã explicant, non mittam aliud pondus, id est, non nouo iudicio nouoq; supplicio vos onerabo, qui hæreticos toleratis per metum magis quàm per consensum: per infirmitatem magis q̃ malitiam: satis est enim quòd hoc hæreticorum vos persequentiũ onere grauamini. *Verumtamen quod habetis tenete donec veniam,* id est, quam quisque fidem accepit, eam retineat vsque ad aduentum meum in iudicium particulare per mortem. Quidam exponunt, non mittam super vos aliud pondus, non permittam vos tentari supra id quod potestis: alij non rursum nouo legis onere, vt pseudoapostoli conantur, vos onerabo: sed quam accepistis doctrinam, seruate vsque in finem, id enim significat donec veniam.

Hier. 17. b. *nes ecclesiæ, quia ego sum scrutans renes et corda, & dabo unicuiq; uestrũ secundũ opera sua.* Vobis autẽ dico & cæteris qui Thyatiræ estis,

16 *Quicunq; non habẽt doctrinam hanc,* 17 *& qui non cognouerũt altitudines sathanæ, quẽadmodũ dicũt: non mittã super uos aliud pondus. tamen id quod habetis, tenete donec ueniã. Et qui uicerit & custodierit usq; in finẽ opa mea: dabo illi potestatẽ super gẽtes, & reget eas*

Psal. 2. c. *in uirga ferrea, & tanq̃ uas figuli confringentur, sicut & ego accepi*

bet 14 *oculos tanquam flammam ignis, & pedes eius similes aurichalco. Noui opera tua, & fidem, & charitatem tuam, & ministerium, & patientiam tuam, & opera tua nouissima plura prioribus.* Sed habeo aduersus te pauca: 35 *quia permittis mulierem* Hiezabel, *quæ se dicit prophetam, docere, et seducere seruos meos, fornicari, & mãducare de idolothytis. Et dedi illitẽpus ut pœnitentiam ageret, & non uult pœnitere à fornicatione sua. Ecce ego mitto eam in lectum. & qui mœchantur cum ea, in tribulatione maxima erunt, nisi pœnitentiam ab operibus suis egerint: & filios eius interficiam in morte, & scient omnes ecclesiæ, quia ego sum scrutans renes et corda, & dabo unicuiq; uestrũ secundũ opera sua.* Vobis autẽ dico & cæteris qui Thyatiræ estis,

16 *Quicunq; non habẽt doctrinam hanc,* 17 *& qui non cognouerũt altitudines sathanæ, quẽadmodũ dicũt: non mittã super uos aliud pondus. tamen id quod habetis, tenete donec ueniã. Et qui uicerit & custodierit usq; in finẽ opa mea: dabo illi potestatẽ super gẽtes, & reget eas in uirga ferrea, & tanq̃ uas figuli confringentur, sicut & ego accepi*

18. *Dabo illi stellam matutinam.* stellam matutinam vel Christum, vel rerum diuinarum claram intelligentiam possumus accipere, quam luciferum Petrus vocans ait, Cui bene facitis attendentes quasi lucernę lucenti in loco caliginoso, donec dies illucescat, & lucifer oriatur in cordibus vestris.

1. *Qui habet septem spiritus dei & septem stellas.* septē stellas in fine capitis primi dixit Ioannes esse septem angelos: & eosdem nūc vocat septē spiritus: ij enim sunt de quibus scriptum est, Qui facit angelos suos spiritus: sed spiritus naturę nomē est angelus officij: sunt qui septem spiritus interpretētur septem septiformis spiritus dona, quæ in manu sua deus habet, diuidens ea singulis prout vult, & septē angelos septē ecclesiarū episcopos.

2. *Nomen habes quod viuas.* i. cēseris viuus per fidē quā profiteris, *& mortuus es*, quia cō gruētia fidei opera nō facis, fides autē sine operibus mortua est in semetipsa, mortuū autē dicit propter negligētiā vigilandi circa subditos, vnde ait: Esto vigilās & cōfirma cætera quæ moritura erāt: morientur enim nisi in fide illos cōfirmaueris. *Non enim inueni opera tua plena.* i. perfecta coram deo meo. nō enim satis est episcopo, studiosam vitā agere, nisi diligentē suorū etiā curā gerat. *In mente ergo habe.* i. memor esto, græcè enim est μνημόνευε, qualiter accepe ris & audieris. i. memor esto traditionū apostolicarū, & serua sicuti accepisti, nisi ergo vigilaueris, *veniam ad te tanquam fur.* i. de improuiso tēque nec opinante.

3. *Sed habes pauca nomina.* i. paucos homines in Sardis *qui non inquinauerūt vestimenta sua.* i. corpora sua, corpus enim animæ tegmētum & tanquā vestis est. sunt qui putēt dici pauca nomina, & paucos illos vel de nomine nouerit. *& ambulabūt*, inquit, *mecum in albis.* i. in cādore innocētiæ & puritatis suæ. vel in albis. i. in cādore glorificati & clarificati corporis, vnde & subdit: Qui vicerit sic vestietur vestimētis albis. vbi pro sic, græca quę nūc extant habēt non οὕτως. i. sic, sed ὅῦτος, id est hic qui vicerit hic vestietur vestimētis albis: qa q mūdū vicerit ac diabolū, nec cādidam innocentiæ vestē in baptismo acceptam inquinauerit, alba glorię & immortalitatis stola etiā corpore ipso vestiet.

4. *Qui habet clauem Dauid.* græca scholia indicāt in nōnullis exēplaribus pro ὁ ἔχων τὴν κλεῖδα Δαυὶδ. i. Dauid, habere, ὁ ἔχων ἄνοιγε. i. inferi qui sensus etiā commodus est. Clauē autē Dauid, regiā potestatem & auctoritatē quidā interpretātur: alij facultatē scripturas aperiēdi & explicādi, de quibus bene ait claudit & nemo aperit, & cōtrà: quia nisi illū sigillatū diuinarū intelligētiarū librū ipse aperiat, nemo intelliget: cōtra cui ille aperuerit, facile omnia intelliget. græca scholia quæ clauē Dauid potestatē regiā interpretātur, aiunt aperire sumi pro iustificare: claudere pro condemnare.

5. *Ecce dedi corā te ostium apertum.* Quidā ostiū apertū, ianuæ regni cælestis apertionē per Christū factā intelligūt: quod verò ait, dedi corā te, perinde est ac si dicat, dedi tibi ostiū apertū, vel aperui tibi ostiū. alij hoc ostiū apertū sacræ scripturæ intelligentiā exponunt: quod nemo inquit potest claudere tibi, *quia modicam habes virtutē, & seruasti uerbum meum, & non negasti nomen meum*, id est, quia quātulacunque virtute præditus es, verbum tamen meum seruasti, neque me negasti.

6. *Ecce dabo de synagoga sathanæ.* græci pro Ἰδοὺ, quod interpres legit, id

à patre meo: & [18] *dabo illi stellam matutinam. Qui habet aurem, audiat quid spiritus dicat ecclesiis.*

ARGVMENT. CAP. 3.

¶ *Admonentur sui officij Sardorum, Philadelphiorū, & Laodicentium episcopi.*

CAPVT III.

ET *angelo ecclesiæ Sardis, scribe, hæc dicit* [1] *qui habet septem spiritus dei, et septem stellas, Scio opera tua, quia* [2] *nomen habes quòd uiuas & mortuus es, Esto uigilās, & cōfirma cætera quæ moritura crāt. Non enim inueni opera tua plena coram deo meo. In mēte ergo habe, qualiter acceperis & audieris: & serua, & pœnitentiā age. Si ergo nō uigilaueris: ueniam ad te tanquam fur, & nescies qua hora ueniā ad te.* [3] *Sed habes pauca nomina in Sardis, qui nō inquinauerūt uestimēta sua: &* [4] *ambulabūt mecum in albis, quia digni sunt. Qui uicerit, sic uestietur uestimentis albis, & non delebo nomen eius de libro uitæ: & confitebor nomen eius coram patre meo, & corā angelis eius. Qui habet aurem, audiat quid spiritus dicat ecclesiis. Et angelo Philadelphiæ ecclesiæ scribe, Hæc dicit sanctus & uerus,* [4] *qui habet clauem Dauid: qui aperit & nemo claudit: claudit & nemo aperit. Scio opera tua.* [5] *Ecce dedi coram te ostium apertū quod nemo potest claudere: quia modicā habes uirtutem, & seruasti uerbum meum & non negasti nomen meum.* [6] *Ecce dabo de synagōga sathanæ, qui dicunt se Iudæos esse, & non sunt, sed mentiuntur. Ecce fa-*

Infra 16. c.

1. Thes. 5. a.

2. Pet. 3. c.

Esa. 22. f. Iob. 12. b.

git,id est dabo,habent δίδωμι,id est,do ex synagoga sathanæ,quasi dicat extraho à synagoga sathanæ qui nunc se dicunt Iudæos & non sunt, sed mentiuntur se Iudæos esse veros:nam verus Iudæus ille non est qui de prosapia ortus est Abrahæ,sed qui Deũ confitetur & Christum:auferã ergo ex synagoga sathanæ de illis, *& faciã illos vt veniant, & adorent ante pedes tuos*, ad me scilicet, meq; corã pedibus tuis adorent, & cognoscant quia dilexi te : vt enim ait Paulus: Quũ venerit plenitudo gẽtium,tunc omnis Israel saluus fiet.

ciam illos, ut ueniant, & adorent ante pedes tuos: & scient,quia ego C *dilexi te.*7 *quoniam seruasti uerbũ patientiæ meæ, & ego seruabo te ab hora tentationis,quæ uẽtura est in orbem uniuersum tentare habitantes in terra.* Ecce uenio cito:tene quod habes, ut nemo accipiat coronam tuã.8 *Qui uicerit, faciam illum columnam in templo Dei mei, & foras non egredietur amplius: & scribã super eũ nomen Dei mei,*

7. *Quoniam seruasti verbũ patientiæ meæ*, id est, verbum propter quod asserẽdum & prædicãdum passus sum, *& ego seruabo te ab hora tentationis*,siue hæresum siue persecutionũ ab infidelibus imperatoribus,siue antichristi: vt nomine Thyatirensis episcopi vniuersam alloquatur ecclesiam: ne verò audito tentationis verbo animum despondeãt,subdit: *Ecce venio cito*, nimirum auxilio tibi futurus. Interim verò *tene quod habes*.i.fidem tuã constãter serua, vt nemo accipiat coronã gloriæ ac mercedis tuæ.

8. *Qui vicerit mundum & diabolum, faciam illum columnam*.i. confirmabo illum & fortem faciẽ *in tẽplo dei mei*.i. vel in ecclesia militãte,vel etiã in ecclesia triũphãte : *& foras nõ egredietur amplius*, si de ecclesia militãte præcedens locus intelligatur,nunquam inde egredietur,quia qui sic victor euasit superior mũdo & diabolo, nunquã ab ecclesiæ fide recedet, firmatus & fundatus supra firmã petram, imò ecclesiæ ipsius columna factus : nã columnæ ecclesiarum sunt boni & fideles episcopi,si de ecclesia triũphãte locus præcedẽs intelligatur,multo minus à gloria in qua perpetuum stabilietur egredietur. *Et scribam super eũ nomen dei mei, & nomen ciuitatis dei mei nouæ Hierusalem,quæ descẽdit de cælo à deo meo, & nomen meũ nouum*.græca scholia nomen dei patris,nomen nouæ Hierusalẽ,& nomen filij pro eodẽ vsurpãt,pro dei,scilicet gloria & celebri cognitione:sicut in illo Dauid: Quã admirabile est nomẽ.i.gloria tua & celebris fama tua in vniuersa terra,gloriosum enim & celebrẽ ὀνόμασὸν,græci nominãt ἀπὸ τοῦ ὀνόματος.i.à nomine. Explicãt etiã græca scholia,*Scribam super eum nomen dei mei*,vt sanctus,bonus,& iustus dicatur,sicut & deus dicitur: *& nomen ciuitatis nouæ Hierusalẽ de cælo descendentis*,vt dicatur templũ & tabernaculum dei sicut & illa, *& nomen meum nouum*. vt filij dei sint & dicantur,quemadmodum & ego.nomen autẽ filij dei, quod Christus secundum naturã humanã habet, nouum est omni homini, quod nemo vnquã verè habuit ante Christi incarnationẽ: aut certe non nisi per eius incarnationem.

& nomen ciuitatis Dei *mei nouæ Hierusalẽ, quæ descendit de cælo à deo meo, & nomẽ meũ nouum. Qui habet aurẽ, audiat quid spiritus dicat ecclesiis.* Et *angelo* Laodiceæ ecclesiæ *scribæ, hæc dicit: Amen testis fidelis, & uerus,* 9 *qui est principiũ creaturæ dei. Scio opera tua;*10 *quòd neq; frigidus es, neq; calidus. utinã frigidus esses aut calidus:*11 *sed quia tepidus es, & nec frigidus nec calidus incipiã te euomere ex ore meo.*

9. *Qui est principium creaturæ dei*. principium & græcè ἀρχὴ dicitur origo rei alicuius:itaque Christus principium est creaturarũ Dei, quia per ipsum omnia pater cõdidit,græci sumũt ἀρχὴν ἀντὶ τῆς βασιλείας.i.pro principatu, & principetur Christus omnibus creaturis & dominetur.

10. *Quod neque frigidus es neque calidus*, siue feruidus(id enim significat propriè græcum ζεστός.)frigidus dicitur,qui spiritus sancti gratia & illuminatione planè destitutus est: Feruidus qui spiritu feruet,sicut Paulus ait Roma.12.spiritu feruentes.Tepidus autem dicitur,qui spiritus sancti quidem gratiã habet,sed rerum secularium cura & studio illã sinit emori & extingui.vnde Paulus ait, Spiritũ nolite extinguere : vel frigidus qui ignem fidei planè non habet, Feruidus qui insignem fidem habet, tepidus,qui fidem quã habet profiteri vbi est opus nõ audet.Vtinã autẽ,inquit,frigidus esses aut calidus, non quòd velit esse frigidum, sed quòd præstat, aut minus malum est, frigidum fuisse, quam necessitatis tempore tepidum se præbere: quia seruus sciens voluntatem domini sui & non faciens, vapulabit plagis pluribus.

11. *Sed quia tepidus es, incipiam te euomere ex ore meo*. sumpta metaphora à medicis, qui quum cibum crudum & incoctum auferre volunt ab ægroti stomacho, aquam illi tepidam potandam præbent, quòd nauseam illa pariat, & ad vomitum prouocet:ita, inquit,

quit,quia tepidus es ac mihi nauseam paris *incipiam te euomere ex ore meo*.i.vt græca scholia explicant,procul à familiaritate & amicitia mea abiicere,*quia dicis diues sum, &c.* falso se diuitem putabat sola fide instructus,quum bonis operibus spiritualibus quæ verę sunt diuitiæ,planè indigeret,cæcúsque esset, non animaduertens, in quibus ambulabat, peccati vias & semitas, *& nudus*, id est, bonis omnino operibus spoliatus.

12. *Suadeo tibi emere à me aurum ignitum*. græci addunt ἐμ πυρὸς, id est ex igni, aurum autem ignitum quidã non malè intelligunt feruorem charitatis pressurarum flamma tanquam igni probatum,quẽ emere iubet à se precio piæ confessionis, & iugi memoria propriæ fragilitatis.eme ergo huiusmodi aurum,vt locuples fias,*Et vestimentis albis induaris*.i.cãdore innocentiæ vt non appareat confusio & turpitudo nuditatis tuæ:nudus est enim,vtcũque fidem iactet. qui bonis operibus non est ornatus:Hæc autem illi facere suadet aduersus paupertatem & nuditatem suã.

quia dicis,Diues sum, & locupletatus, & nullius egeo: & nescis quia tu es miser, & miserabilis, & pauper & cæcus, & nudus. 12 Suadeo tibi emere à me aurum ignitũ probatum,ut locuples fias: & uestimẽtis albis induaris,ut non appareat confusio nuditatis tuæ, & collyrio inunge oculos tuos ut uideas. Ego quos amo, arguo & castigo. 13 Aemulare ergo & pœnitentiam age. Ecce sto ad ostium & pulso. si quis audierit uocem meam, & aperuerit mihi ianuam: intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipse mecũ. Qui uicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo,sicut & ego uici: & consedi cum patre meo in throno eius. Qui habet aurem,audiat quid

Prouer. 3.b. Hebr. 12.b.

aduersus cecitatem autem, *& collyrio inunge oculos tuos, vt videas*. Collyrium medicamentum est aduersus lippitudinem oculorum, græca hoc loco variant. Germanica habent καὶ κολλύριον ἔγχρισον τοῖς ὀφθαλμοῖς. Veronensis codex habet, καὶ κολλύριον, ἵνα ἐγχρίσῃ τοὺς ὀφθαλμούς σου. id est, & collyrium, subaudi, eme ex me, vt inpungas oculos tuos & videas. Verum autem collyrium est propriæ fragilitatis agnitio, suíque abiectio & humiliatio: qui enim in se tanquam ex se boni nihil videt atque aguoscit, is statim visum quem per superbiam perdiderat recuperauit.

13. *Aemulare*.grẽcè ζήλωσον.i.arde zelo boni: quasi di.ne sis tepidus sed

sed zelo feruens & pœnitentiam age: quia si zelo boni meique desyderio ferueas,ecce ego præstò ad cordis tui hostium pulso: quòd si quis mihi aperuerit,intrabo & cœnabo cum illo: & ipse mecum. i.totum me illi familiariter permittam, & *Qui vicerit,dabo illi mecũ sedere in throno meo*,id est, participem illum faciã regni patris mei, sicut me iuxta humanitatem participem fecit, quia vici mundum & mundi principem.

1. *Ecce ostium apertum in cælo*. Ostium in cælo apertũ Rupertus interpretatur apertã per Christum regni cælestis ianuam: q̃q̃ simplicius est si intelligamus quòd Ioãni in visione cælum patuerit,vnde tãquam aperto ostio intus posita videret.

2. *Post hæc statim fui in spiritu*. i.in spirituali visione,non enim rẽuera in natura in qua parebant huiusmodi res,veræ erant: sed tales spirituali visione illi videbantur. neque enim vlla in cælo corporalia sedilia,nulli leones, aut boues,aut aquilæ,*Et ecce sedes posita erat in cælo*. Sedes à Græcis explicatur sanctorum congregatio in deo quiescentium,in quibus etiam sedere & habitare deus dicitur.

3. *Et qui sedebat similis erat*: Hic pater describitur non humanis mẽbris & lineamentis vt paulò ante filius:sed prẽciosis lapidibus naturã eius figurãtibus,assimilatur. *Similis ergo erat aspectu lapidis iaspidis*. Iaspis autẽ viridis coloris semper virentem & fœcundã,vitámq; hominibus largientẽ,patris naturam significat, vt dicũt Grẽca scholia. Sardi⁹ autẽ lapis cũ ignei sit coloris,honorẽ dei iudiciorũ signi ficat. Sardiũ autẽ lapidẽ dicũt nõ mõ feris & mõstris horribilẽ esse,sed valere aduersus morbos in corpore. Epiphani⁹ Cypri asserit valere aduersus tumores & ĩflatiões similiter & ad illinẽdas ex ferro plagas:

spiritus dicat ecclesiis.

ARGVMENTVM. Cap.4.

¶Describitur sedens in throno, sedẽsque ipsius cum viginti quatuor senioribus deũ adorantibus, similiter & oculata quatuor animalia deum laudantia.

CAP. IIII.

A Post hæc uidi: & 1 ecce ostium apertum in cælo, & uox prima quam audiui tanquam tubæ loquentis mecũ, dicens: Ascende huc, & ostendã tibi quæ oportet fieri cito. 2 Posthæc, statim fui ĩ spiritu. Et ecce sedes posita erat in cælo, & supra sedem sedens. 3 Et q̃ sedebat: similis erat aspe

plagas: in quo etiam natura dei patris indicatur qui feris & superbis hominibus terrori esse solet, imbecillibus autem & humilibus saluti. Quum autem iaspis aquei, sardius ignei sit coloris, dei patris inde potentiam significari quidam aiunt, qui sicut olim per aquam mundum, ita & demum per ignem iudicabit: vt qui in sua substantia nobis aspectabilis nō est, intelligatur q̄ fortis sit & zelotes.

4. *Et iris in circuitu eius similis visioni smaragdinæ*, siue aspectui smaragdino, nā Græcè ἐστὶ ῥάσις. Iris propitiationis est signū, dicēte domino ad Noe, Ponam arcum meū in nubibus cæli & recordabor fœderis mei quod pepigi tecum. Iris ergo in circuitu sedis, sedentis in throno dei, misericordia dei est cunctis eam quęrentibus in aduentu redemptoris præparata, quæ vsque per circuitum mundi cū magno prædicationis euangelicæ præconio iudicium præcurrit. Iris ergo similis est visioni smaragdinæ, quia misericordia seniū nostrum in pulchritudinem reformabit viriditatis æternæ. Hæc Rupertus. Certè nihil smaragdo viridius: bene autem iridi misericordia æquiparatur, quia sicut diuersicolor est iris, ita diuersa diuinæ misericordiæ dona & munera.

5. *Et in circuitu sedis, &c.* sedilia 24. iudiciariam sanctorum potestatem significant, qui per vigintiquatuor seniores intelligūtur. quur autem eo numero significentur magis q̄ alio fateor me ignorare, neque hic morandum puto diutius, in numerorum allegoria: ego putem numerum certum pro incerto positum esse. bene autem vestimentis albis amicti, quia candidam vitæ innocentiam secum in patriam ferentes, iucunditate æterna in perpetuum amicti sunt: *& in capitibus suis coronæ aureæ*, quæ preciosam significant sempiternæ gloriæ retributionem. vigintiquatuor ergo seniores apostolorum, prophetarum, ac prædicatorum congregationem significant.

6. *Et de throno procedebant fulgura, & voces, & tonitrua:* quia postquā cælitus iudiciariam orbis potestatem acceperunt apostoli eorúmque posteri prædicatores & doctores, fulgura miraculorum, voces prædicationum, & tonitrua comminationum de futuro iudicio & malorū pœnis edere non desierunt. bene autē hæc omnia de throno procedunt ab eo qui in throno sedet, quia hæc à semetipsis facere non potuerunt, sed vt facerent de sursum acceperunt. Hæc Rupertus. septem autem lampades ante thronum, septem spiritus esse declarantur: septem autē spiritus, quidam septem septiformis spiritus dona interpretātur: Ireneus & Clemēs Stromateus angelica examina exponunt, ob perfectionem septenarij numeri, quæ ardere dicuntur in conspectu sedentis: quia de iis scriptum est, qui facit ministros suos flammam ignis.

ctui lapidis iaspidis, & sardinis,
4 & iris erat in circūitu sedis, similis uisionis smaragdinæ, 5 *Et in circūitu sedis sedilia uigintiquatuor, & supra thronos uigintiquatuor seniores sedentes circumamicti uestimentis albis, & in capitibus suis coronæ aureæ.* 6 *Et de throno procedebant fulgura, & uoces, & tonitrua, & septem lampades ardentes ante thronum, quæ sunt septem spiritus dei,* 7 *Et in conspectu sedis, tanquam mare uitreum simile crystallo:* 8 *& in medio sedis & in circumitu sedis, quatuor animalia plena oculis antè & retro. Et animal primum, simile leoni: & secundum animal, simile uitulo: & tertiū animal, habens faciem uelut hominis: & quartum animal, simile aquilæ*

7. *Et in conspectu sedis tanquā mare uitreum simile crystallo.* Græca scholia exponūt hoc mare, immēsam & infinitam angelorū multitudinem, qui stant in conspectu sedis & sedentis ad implenda dei ministeria parati. quod autē vitreum & crystallum dicitur, per lucidā & splendentem significat incorporeorum spirituū naturā.

8. *Et in medio sedis & circuitu sedis quatuor animalia plena oculis antè & retro.* quatuor aīalia omnes quatuor euangelistas significare aiunt, quæ antè & retro plena sunt oculis, quia lux euangelij, & ænigmata legis iradiat, & noua gratia legem subsequentes illustrat: Græci autem & Latini atque inter se Latini differunt, quibus animalibus euangelistę significētur. *Primum animal simile leoni:* per leonem qui fortissimus est animalium, Irenæus Lugdunensis significari ait euā gelium Ioannis, qui à diuina natura & potentia exorsus est euangelium: Hieronymus euangelium Marci, quòd nemo apertius Christi resurrectionem & assumptionem in cælum declarauerit. *Et secūdum animal simile vitulo:* per hoc, euangelium Lucæ significari aiūt, qui Christi sacerdotium aperuit, exorsus est enim à legis sacerdotio, in qua frequens erat vitulorum immolatio. *Et tertium animal habens faciem velut hominis.* Hoc omnes penè significari aiūt Matthæi euangelium, quod ipse ab humana generatione exorsus est. Licet diuus August. putet euangelium Marci significari. *Et quartum animal simile aquilæ volanti:* hoc omnes penè Ioannis euangelium aiūt significari, quo nemo altius volarit, nimirum vsque ad diuinam verbi

bi naturã, cæteris euangelistis quasi humi repẽtibus, dum sat habẽt humanam Christi naturam & acta in carne nobis aperire.

9. *Et quatuor animalia singula eorum habebant alas senas.* quatuor euangelistæ singuli senas alas habent, omnésque vigintiquatuor. alas autem vigintiquatuor, veteris instrumenti libros quidam intelligũt, quibus euãgelistarum & fulcitur authoritas, & veritas comprobatur: *& intus plena sunt oculis.* plena dicuntur oculis propter vigilantem & diligentem eorum quę scribunt considerationem: quidã legunt, in circuitu & int⁹ plena oculis, & hoc modo Græca verti possunt, quia euangelistæ & qui eorum vices gerunt, doctores & pastores, tam ĩ exteriori actione quàm in interiori contẽplatione cauti sunt & proui di, prouidentes bona, iuxta Paulum, non solum coram deo, sed etiam coram hominibus.

10. *Mittebant coronas suas ante thronum*, id est, quicqd virtutis, quicquid habebant dignitatis, deo cum gratiarũ actione offerebant, dicẽtes: dignus es domine deus noster accipere gloriam: Erasmus habet tantum dignus es domine accipere, &c. tamen vt ipse ait Hispaniense exẽplar habet, ἄξιος εἶ ὁ κύριος καὶ θεὸς ἡμῶν ἅγιος. i. dignus es domine ac deus noster sancte, accipere, &c. similiter & codex Veronẽsis habet. ꝙ verò Erasmus vertit, ꝓpter volũtatem

uolanti. 9 *Et quatuor animalia singula eorum habebant alas senas in circumitu: & intus plena sunt oculis. & requiem non habebant die ac nocte, dicentia, Sanctus, sanctus, sanctus dominus deus omnipotens, qui erat, & qui est, & qui uenturus est. Et cum darent illa animalia gloriam & honorem & benedictionem sedenti super thronum, uiuenti in sæcula sæculorum, procidebant uigintiquatuor seniores ante sedentem in throno, & adorabant uiuentem in sæcula sæculorũ, &* 10 *mittebant coronas suas ante thronum, dicentes: Dignus es domine deus noster accipere gloriam & honorem & uirtutẽ: quia tu creasti omnia, & propter uoluntatem tuam erant, & creata sunt.* Isaiæ. 6.a.

¶ARGVMENTVM Cap. 5.

¶ *Describitur liber intus & foris script⁹ ac sigillatus, quem nemo nisi leo de tribu Iuda dignus inuentus est qui aperiret. Similiter & agnus pro mundo occisus depingitur, libriq; per eum apertio: & vigintiquatuor seniorum animaliũmque quatuor laudationes & gratiarum actiones.*

tatem tuam sunt, vt codex eius Græcus habet, ἦσαν, Veronensis habet ἦσαν, quod significat erant vel fuerunt.

1. *Librum scriptum intus & foris.* hunc librũ penè oẽs interpretantur sacram scripturam: ego vetus testamentum, quod vnius libri nomine vocatur, quia vno spiritu dei inspirante scriptum est, scriptus est autem & foris & intus: quia & externum sensum habet, literalem scilicet, & internum spiritualẽ de Christo. Sigillatus est autem sigillis septem, quia septiformis spiritus intelligẽtia obsignatus est: sine cuius apertione sigilli veterem de Christo scripturam intelligere non possumus: hũc autem librum aperire, id est, ĩtelligẽtias eius explicare, & sigilla eius soluere, id est, spiritualem intelligentiam tradere, qui dignus esset nemo inuentus est, nisi leo de tribu Iuda, Christus scilicet dominus: qui vicit, resurgendo, & in cælum ascendendo: atque ita spirituales omnes veteris legis intelligentias quæ nos antea latebant, aperuit: Græca scholia hunc librum interpretantur omnia, scientem & incomprehẽsibilem dei memoriam. De qua Dauid, in libro tuo omnes scribentur: & Moyses, dele me de libro quem scripsisti: scriptus est autem intus & foris, quia intus sunt quos nouit deus, pij & fideles: foris, quos non nouit, impij & peccatores.

CAP. V.

A

Vidi in dextera sedẽtis supra thronum, 1 *librum scriptum intus & foris, signatum sigillis septem. Et uidi angelum fortem, & prædicantem uoce magna. Quis est dignus aperire librum, & soluere signacula eius? Et nemo poterat neque in cælo, neque in terra, neque subtus terram aperire librum, neque respicere illum. Et ego flebam multum, quoniam nemo dignus inuentus est aperire librum, nec uidere eum. Et unus de senioribus* B *dicit mihi, Ne fleueris: ecce uicit leo de tribu Iuda, radix Dauid, aperire librum & soluere septem signacula eius. Et uidi, & ecce in medio throni & quatuor animaliũ & in medio seniorum* 2 *agnum stan*

2. *Agnum stantem tanquam occisum.* Agnus iste Christus est ita à prophetis & ipso Ioanne baptista vocatus. bene autem dicitur tanquã occisus

occisus non planè occisus: quia iam reuixerat: quienim occisus est, non stat sed iacet: ideo ait, stantem tanquam qui antea occisus esset, id est, præseferentem figuram eius qui ante occisus esset, quasi dicas aliquando occisum, nunc autem viuum, *habentem cornua septem.* Cornua potentiam eius significant & gloriam, vnde Dauid, Omnia cornua peccatorum confringam: septem autem dicũtur, id est, perfecta propter septenarij numeri perfectionem & excellentiam in sacra scriptura. Et *oculos septẽ qui sũt septẽ spũs dei missi i oẽm terrã.* Hi septem spiritus vel septem septiformis spiritus dona sunt in omnem terram missa & fidelibus distributa: vel angelicæ potestates per omnem terram in ministerium hominũ missæ. Hic agnus ver⁹ & accepit librum & aperuit, quia omnia veteris legis sacramenta in se completa ostendit, dicendo in passione sua cõsummatũ est. Tũc aũt describuntur quatuor animalia & vigintiquatuor seniores procidisse adorantes coram deo, & habentes singuli citharas, hoc est deo laudes concinere, & *phialas aureas*, græca scholia phialas aureas interpretantur sensum & intelligentiam eorum qui piè & secundum deum degunt: odoramenta sunt vt ipse textus explicat, orationes ipsorum sanctorum quas pro viuis fundunt, vnde coniicitur euidenter, & eorum quæ hic agim⁹ sensum cognitionémque sanctos habere, & ideo pro nobis orare. Vt autem verum me dicere omnes intelligãt, explicationem græcorum scholiorum addam, ἃς δὲ χρύσας φιάλας, αἱ διάνοιαι εἰσὶ τῶν εὐεργαζομένων τὰ θεοφιλῆ, id est, phialæ autem aureæ, intelligẽtiæ sunt eorum, qui pia & deo placentia agunt opera: aureæ autem vocantur phialæ (vt ijdem Græci aiunt) propter dignitatem nostrorum operum.

tem tanquam occisum, habentẽ cornua septem & oculos septem: qui sunt septem spiritus dei, missi in omnem terram. Et uenit, & accepit de dextera sedentis in throno, librum. Et cum aperuisset librum, quatuor animalia & uigintiquatuor seniores ceciderunt coram agno, habentes singuli citharas, & C phialas aureas plenas odoramentorum, quæ sunt orationes sanctorũ: & cantabant canticum nouum, dicentes: Dignus es domine accipere librum & aperire signacula eius, quoniam occisus es, & redemisti nos deo in sanguine tuo, ex omni tribu & lingua & populo, & natione: & ³ fecisti nos deo nostro regnum & sacerdotes, & regnabimus super terram. Et uidi, & audiui uocem angelorum multorum in circumitu throni, & animalium & seniorum: & erat numerus eorum millia millium dicentium uoce magna, Dignus est agnus, qui occisus est, accipere uirtutem, & diuinitatem, & sapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriã, & benedictionem. Et omnem creaturam quæ in cælo est, & super terram, & sub terra, & quæ sunt in mari, & quæ in eo: omnes audiui dicentes: Sedenti in throno, & agno, benedictio, & honor, & gloria & potestas in sæcula sæculorum. Et quatuor animalia dicebant, Amen. Et uiginti quatuor seniores ceciderunt in facies suas: & adorauerũt uiuentem in sæcula sæculorum.

Deuit. 7. c.

3. Feciſti

3. *Feciſti nos deo noſtro, &c.* pro regnum codices Græci qui nunc extant, habent βασιλεῖς, id est, reges, Græca scholia explicant feciſti nos reges, vtpote per afflictionum tolerantiam, regni victoriæ corona insignitos: inquit enim Paulus. Si compatimur. & conregnabimus. Sacerdotes verò, vtpote qui nos noſtráque corpora deo hostiam viuam, sanctam, & bene placentem offerimus, & regnabimus super terrã. qui enĩ viciis superiores euaserunt, vtcunque opprimi videntur à mundo & impotentibus hominibus, regnãt tamen interim.

1. Et *vidi quod aperuisset agnus vnum de septem sigillis.* Agnus Christum significat. Septem sigilla mysteriorum & sacramẽtorum vniuersitatem insinuant: quorum apertio, est eorum per Christi aduentũ succedente tempore declaratio. Vnum autem hoc loco Hebraico more primum significat. Et *vidi vnũ de quatuor animalibus dicens, veni & vide.* Animal primum simile leoni Marcus, primum prædicantium ordinem designat, qui in prædicanda Christi resurrectione totus fuit. & bene vox eius quasi tonitrui, quia in primitiua

ARGVMENTVM. Cap. 6.

¶ *Apertio sex sigillorum describitur, & cum illis equorum quatuor & mortis atque inferni: & interfectarum animarũ querimonia. Deinde terræmotus & solis obscuratio subiungitur.*

A CAP. VI.

¹T uidi quòd aperuisset e agnus unum de septem sigillis, & audiui unum de quatuor animalibus, dicens tã-

ecclesia resurrectionem prædicantibus apostolis, prædicationũ tonitrua & miraculorum extiterunt fulgura. Et *ecce equus albus*, Equꝰ albus, electorum in primitiua ecclesia cœtus à peccatis vnda baptismatis ablutus, & donis spirituatibus super niuem dealbatus: sessor eius Christus est, qui in sanctis suis sedet & habitat: *Arcum habebat in manu*, id est, iudiciariã potestatem, vnde impios de lõginquo feriat: quia non statim in eos animaduertit, sed plerunque ad iudicium vsq; differens, tarditatem supplicij vindicta compensat. Sicut autem arcum habet in manu ad feriendos impios, sic *Data est ei corona*, vnde præmiet bonos. Et *exiuit vincens vt vinceret*. Hic Græca legunt καὶ ὡς νικήσῃ, id est, exiuit vincens & vt vinceret, hoc est, is qui iam victor erat, exiuit rursum vt vinceret: quidam etiam antiqui non malè exponunt exiuit vincens seu victor de Iudæis ex parte conuersis, vt vinceret gentiles eos ad fidem vocando.

quam uocem tonitrui, Veni, & uide. Et uidi: & ecce equus albus, & qui sedebat super illum habebat arcum, & data est ei corona, & exiuit uincens ut uinceret. 2 *Et cum aperuisset sigillum secundum, audiui secundum animal, dicens, Veni, & uide. Et exiuit alius equus rufus: & qui sedebat super illum, datum est ei ut sumeret pacẽ de terra: &*

2. Et *cũ aperuisset secundũ sigillũ, &c.* i. quũ crescẽte gratia amplꝰ cœpisset exhiberi & cõpleri, pmissio diuina: *Audiui secũdum animal*. qd sibi velint hoc loco hæc animalia fateor vt totam apocalypsin, me nõ itelligere: vnde aut nihil aut perparũ de meo hic expectãdũ est iudicio: plerique; docti exponũt hoc secũdũ animal diuũ Lucã, qui in vitulo imolatitio passionẽ Christi designat nostra gratia imolati, si militer & secundũ prædicantiũ in primitiua ecclesia ordinẽ, qui ad cõfirmãdos martyrũ animos totus erat in prædicãtis ecclesiæ Christi afflictionibꝰ. Et *exiuit alius equus rufus*. Equus rufus Roman. imperatorũ à Nerone ad Cõstantinũ vsq; chorus itelligitur, martyrũ sanguine rubefactꝰ & cruẽtatus. Et *qui sedebat super illũ*, agitator & impulsor illorũ est diabolus, & datũ est ei *vt sumeret*. i. tolleret pacẽ de terra: quia dissensionis, vt ita loquar, deus est, & *vt se interficiant*. i. data est ei potestas vt sublata de mundo pace, mutuis se odiis & homicidiis mortales iterficiãt, quod ante prædixerat Christꝰ Mat. 10. Tradet autẽ frater fratrẽ in mortẽ, & pater filium, Et *datus est ei gladius magnus*. i, magna nocendi potestas permissa.

3. Et *quum*

3. Et *quum aperuisset sigillum tertium*. per hoc tertium sigillum mysterij succedente tempore amplior intelligitur manifestatio. *Tertium animal* verò quòd hominis formam habet, Matthæus est, cui humanitatis Christi descriptio tribuitur: quo animali tertium ordinem prædicatorum qui in humanitate Christi aduersus hæreticos asserenda sudarũt, significari asserunt. Et *equus niger*, occultam hæreticorum versutiam, vmbris & tenebris obfuscatã, & ne agnoscatur palliatam indicat. Cernens enim diabolus nihil se martyrũ persecutione promouere, sed vno occiso multa millia repullulare, nouos ecclesiæ hostes suscitauit hæreticos, aptè per equum nigrum notatos, quippe qui reiecto verę fidei lumine non nisi in tenebris ambulare possunt. Et *qui sedebat super eum, habebat staterã in manu sua*. hæreticorũ quos inhabitat verè sessor est diabolꝰ: statera scriptura sacta est, ipsa qppe vera est regula ad quam tum in fide tũ in moribus librare se vnũquẽque verum Christianũ oportet. bene autẽ staterã hãc in manu sessor hæreticorũ habet diabolus, quia scripturis sanctis nõ ad ecclesiæ determinationẽ & cõsensionẽ, sed pro arbitratu suo vti docet hæreticos, quasi versatilẽ suopte iudicio scripturã in manu habẽs. quod verò ait. Et *audiui tanquam vocem in medio quatuor animaliũ dicentium*. interpres legit λεγόντων. i. dicentium referens ad τὸ animaliũ. Græca habent, λέγουσαν. i. dicentem: & referunt ad vocẽ. Vox autẽ in medio quatuor animaliũ, cõmunis est consensus quatuor euãgelistarũ fideles cõtra huiusmodi hæreticos & diabolũ sessorẽ confirmantiũ & cõsolantiũ ac dicentiũ, *Bilibris tritici denario vno, & tres bilibres hordei denario vno, & vinum & oleum ne læseris*. Typicè hæc intelligi necesse est, atq; ita oẽs accipiunt, ac multi multa adferũt: sed priusq; ad huiꝰ mysticã loci intelligentiã accedamus, grãmaticas difficultates excutiamꝰ. Pro bilibris græcè est χοίνιξ, mẽsura tritici aut leguminis quæ satis sit in cibũ diurnũ: Budæꝰ libris quatuor cõstare putat, Pollux tribꝰ, Georgiꝰ Agricola duabꝰ & quadrãte. Denariꝰ aũt, Budęi æstimatione tres solidos nostros cũ dimidiato valet, qd aũt iterpres de denario loquẽs addidit vno, græca quæ nũc extãt nõ habẽt vno.

nunc ad explicationem loci accedamus. mihi omissa multiplici veterum lectione is videtur esse sensus ad quem accedit liber quidã anonymus manu descriptus: Bilibris tritici siue frumẽti, quod suauius est & manducationi aptius, nouum instrumentum & euangelium significat: in quo granum frumenti Christus pro nobis mortuus, multum mundo fructũ attulit: & bene bilibris nomine appellatur, quia fidei & dilectionis precepto constat euãgeliũ. Tres autẽ bilibres siue chœnices hordei, qđ asperius est, legẽ & vetus instrumẽtũ significat, qđ oneribus cõstabat nõ ferẽdis: & bene tres bilibres eiꝰ dicũtur, quia legalibꝰ historicis & ꝓphetic̃is libris cõstabat vetus ĩstrumentũ. Porrò denariꝰ, pfectꝰ numerus oĩbus simplicibus numeris cõstãs, pfectionẽ significat fidei, quo tã bilibris tritici, q̃ tres hordei bilibres emũtur, quia scripturarũ omniũ tã noui instrumẽti q̃ veteris intelligẽtia nõ nisi denario fidei cõparatur: iuxta qđ in Esaia scriptũ est, Nisi credideritis, nõ intelligetis. Hæretici ergo q scripturas scindũt, & ad manũ eas habẽt ꝓprio eas arbitratu nõ ecclesiæ iudicio ĩterpretãtes, quia denariũ perfectæ fidei non habent, veram illarum intelligentiam habere non possunt. Vinum autem & oleum, fideles & ecclesiastici sunt doctores, vino comparati, dum palàm iniquè viuentes mordaciter increpant: oleo verò, dum pusillanimes consolantur, & spiritu lenitatis corripiunt: aut vinum dicuntur fideles omnes vino dominici sanguinis in baptismo potati, & de prælo dominicæ crucis tanquã mustum expressi, dicente Paulo Rom. 6. An ignoratis fratres, quia quicunque baptizati sumus in Christo in morte ipsius baptizati sumus? oleum quoque dicuntur tanquam in baptismo spiritus sancti gratia & oleo delibuti. In medio igitur quatuor animaliũ, id est, communi consensu quatuor euangelistarum & prædicatorum fidelium auditur vox consolatoria, dicens: Bilibris tritici, &c. quaꝰ diceret ne timete fideles, quamuis persecutioni tyrannorum impietates succedere videatis hæreticorum: non enim lædere vos poterunt, nec annonam scripturarum vobis imminuere, si quidem denarium perfectę fidei, quo illæ comparantur retinueritis. Certè Græca scholia triticum salutare verbum euangelij interpretantur, perfectis & in fide iam adultis vtile: hordeum asperam legis cognitionem, qua tanq̃ rationis expertia pecora ob carnalem sensum suum pascebantur Iudæi. Hæc sunt quæ ex multis de loco præsenti cõiicere potuimus.

ci denario uno, & tres bilibres hordei denario uno, & uinum & oleum ne læseris. 4 Et *cum aperuisset sigillum quartum, audiui uocem quarti animalis dicentis,* Veni, & uide. Et *ecce equus pallidus: & qui sedebat super eum, nomẽ illi* Mors, *& infernus sequebatur eũ, & data est illi potestas super quatuor partes terræ, interficere gladio, fame, & morte, & bestijs terræ.* 5 Et *cũ aperuisset sigillum quintũ: uidi subtus altare animas interfectorũ propter uerbum dei, & propter testimonium quod habebant, & clamabant uoce magna, dicentes:* Vsquequo *domine, sanctus & uerus, non iudicas & non uindicas sanguinẽ nostrum de his qui habitant in terra?* Et *datæ sunt illis singulæ stolæ albæ: & dictum est illis ut requiescerent adhuc tempus, modicũ, donec compleãtur cõserui eorum, & fratres eorum qui interficiendi sunt sicut & illi.*

4. Et *quum aperuisset sigillum quartum.* videns antiquus hostis manifestata per sanctos doctores hæreticorum suorum, quibus insidet semper, versutia & perfidia, non iam proficere posse: quò verè pios seducat, falsorum fratrum in hypocrisi degẽtium examina suscitat, quod ostendens Ioannes ait: Quum aperuisset sigillum quartum, id est, quũ procedẽte tẽpore & augescẽte fide, magis magisque occulta aperirentur mysteria. Vidit Ioãnes *equũ pallidum.* Equus pallidus hypocritarum & fallacium fratrum cœtus est, qui extermi nant facies suas vt appareãt hominibꝰ ieiunantes: Et *qui sedebat super eum nomen illi mors,* id est, diabolus sic appellatus quia inuidia diaboli mors introiuit in orbem, Et *infernus sequebatur eum,* id est, damnatorũ multitudo, sequuntur enim, & diabolũ imitantur qui sunt ex patre diabolo. Et *data est illi potestas,* diuina permissione, super quatuor partes terræ, id est, super omnem terrã mũdúmque vniuersum, vt ĩterficeret *gladio* detractionis *famæ* audiendi verbi dei, *bestijs terræ.* i. brutis & ratione carentibus concupiscentiis, & *morte.* i. alio quolibet nocendi & perimendi genere.

5. Et *cum aperuisset quintum sigillum,* id est, quum amplius manifestari sacramenta diuina cœpissent, *vidi subtus altare animas.* Altare Christus est, super quem deo patri per fidem bona quæ cogitamus, loquimur, aut facimus, offerimus sacramento sisi passionis ipsius. subtus altare verò sunt animæ interfectorum: quia sanctorum animæ martyrũ deo & Christo se semper submisere, & ob prædicatum euangelij, verbum &

annunciatum liberè de Christo testimonium morti sunt ab impiis tyrannis traditæ, à quibus zelo iustitiæ vindicari quærunt, vt eorũ exemplo resipiscant cæteri impij. *Et datæ sunt illis singulæ stolæ albæ.* per quas stolas albas singulas & indumenta candida, singulorũ beatificatio tantum quod ad animã attinet, intelligitur: interim verò iubentur quiescere tempus modicum vsque ad resurrectionis scilicet tẽpus, quod prę infinitate succedentis tẽporis perbreue est, donec cõpleantur conserui eorum & fratres eorum qui interficiendi sunt: quia per multas tribulationes oportet electos intrare in regnum cælorum: id autem non fiet antequam plenitudo gentium intrauerit, omnisque Israel saluus fiat: sitq; vnum ouile, & vnus pastor, quando singulis non iam singulæ, sed binæ dabũtur stolæ corpore & anima glorificatis. Rupertus interpretatur has interfectorũ animas veteris testamenti martyres, quos occiderunt Iudæi à sanguine Abel iusti vsq; ad sanguinem Zachariæ filij Barachiæ, quem occiderunt inter templum & altare, qui sub testamento & promissione dei tanquã sub altari reconditi voce magna clamant vindictam de inimicis postulantes.

cut & illi. Et uidi 6 *cùm aperuisset sigillũ sextum: & ecce terræ motus magnus factus est. & sol factus est niger tanquã saccus cilicinus: et luna tota facta est sicut sanguis: & stellæ de cælo ceciderunt super terram, sicut ficꝰ emittit grossos suos cùm à uento magno mouetur. & cælũ recessit sicut liber inuolutus. & omnis mons & insulæ de locis suis motæ sunt: & reges terræ, & principes, & tribuni, & diuites, & fortes, & omnis seruus, & liber abscõdebant se in speluncis, & in petris mõtium, & dicũt mõtibus & petris,* D

Ysaiæ 2.d. *Cadite sup nos, & abscõdite nos à facie sedẽtis super thronum, &* Osee 10.b. *ab ira agni. quoniam uenit dies magnꝰ* Luc. 23.d. *iræ ipsorum. Et quis poterit stare?*

6. *Et quum aperuisset sigillum sextum.* i. procedente tempore quum apertius se, pderet diuina mysteria, *ecce terræ motus magnus factus est.* bona pars veterum doctorum hunc locum explicant de tempore antichristi instante iudicio, quo tempore futurum etiã ad literam terræ motum magnum, & in sole, luna, & stellis signa & prodigia videtur innuere Christꝰ Luc. 21. & Matth. 24. iis verbis: Statim aũt post tribulationem dierum illorum sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum, & stellæ cadent de cælo. Terræ motũ verò hũc magnum penè omnes interpretantur, magnam hominum in terra degentium commotionẽ & tribulationem, qualis (inquit Christus Matth. 24.) non fuit ab initio. *Et sol factus est cilicinus.* sol, inquã, iustitiæ Christus, de quo Matth. 4. impij dicunt, & sol iustitię non luxit nobis. Hic factus est cilicinus, vel quia iusti, in quorũ cordibus lucebat

lucebat Christus, nihili habebuntur: aut quia antichristi tempore cessabit Christus claresc̃ere miraculis, ficta prodigia operante antichristo, adeóq; miranda, vt si fieri potest, moueantur etiam electi. *Et luna tota facta est sicut sanguis.* quia ecclesia, quæ per lunã significatur, à vero sole Christo lumẽ recipiẽs tunc tẽporis tota erit in suis martyribus sanguinolẽta. Hæc aũt fore Iohel prædixit dicẽs: Sol cõuertetur in tenebras, & luna in sanguinẽ, anteq̃ veniat dies dñi magnus. *& stellæ de cælo ceciderunt super terram.* i. cadẽt: ꝓphetia enim rem futurã tãq̃ factam exprimit. Stellæ autem sancti & iusti sunt tanquam stellæ in perpetuas æternitates, in huius sęculi nocte rectæ vitæ & sanctorum morum lumine aliis prælucentes: ij de cælo cadent, quãdo timore ducti de constantia fidei excident: cadent aũt non secꝰ atq; grossi. i. immaturæ ficus dum à vento valido agitantur: vtque tunc magno numero grossi defluunt, ita ea ætate persecutionum ventis agitati Christiani de cælo. i. fidei constantia cadent. *Et cælum recessit sicut liber inuolutus.* in libro inuoluto ceu conuoluto quid scriptũ sit ignoratur, nisi iis quibus aperitur & explicatur: cælum ecclesia est, vt in euangelio regno cælorum assimilatur, quæ aptè libro inuoluto cõparatur. quia qui in libro vitæ cõscripti sint electi, ignorant oẽs, nisi quibus reuelatum est à patre: bene autẽ persecutionis huius tempore recessisse ecclesia dicitur, quia ab impiorum se tunc consortio ecclesia cœtúsq; fidelium segregabit: nec sese omnibus passim ea ætate fideles manifestabunt, *& omnis mons & insulæ de locis suis motæ sunt.* Montes perfectiores in ecclesia significant, qui de loco suo mouebũtur, vel ꝓ à reproborũ & impiorũ societate inter quos habitabant, discedẽt, audiẽtes illud de Babylone, ꝓpheticũ, Exite de illa populo meus: vel ꝓ terrore pciti etsi fidem negaturi non sunt, ab illo tamen constantis fidei gradu nõnihil recedẽt. Insulæ autẽ à fluctibus agitatæ minus pfectos in ecclesia significant, tentationum procellis agitatos, quos etiam à fidei illa constanti firmitate persecutionum terror nõnihil dimouebit. *Et omnes reges terræ, & principes, & tribuni, & diuites, & fortes, & oĩs seruus & liber abscõdernnt se in speluncis & petris mõtium: & dicũt mõtibus & petris.* per hos maioris dignitatis fideles intelligũtur, fortes in fide, diuites bonis operibus, serui iustitię & liberi à peccato: qui deprehensi in vltima

persecutione fugient & abscondent se *in spelũcis & petris montium*. i. ad suffragia sanctorum, qui fidei & operum meritis tanquam non tes cæteris supereminent, confugient dicentes, *Cadite super nos*, id est, per misericordiã flectimini & cõdescẽdite ad preces nostras, vt nos vestris orationibus adiuuetis, & à facie æterni dei & viuentis, quem offendimus, vtcunque iusti simus, abscondite. Aliter contrario modo *montes* superbos & elatos significãt, *insulæ* quę marinis fluctibus agitantur, carnales & libidinosos, seculariumq; negociorum & ambitionum fluctib⁹ agitatos, qui mouebũtur de loco suo, .i. de fide percepta ad infidelitatem. Reges, principes, tribuni, varias reproborum potestates significant & conditiones, qui bonis imperare volunt, siue ipsi serui sint, siue liberi: ij montibus. i. dæmonibus quorum superbia ascendit semper, dicent: cadite super nos, ne nos dies domini viuos inueniat, Græca scholia explicant terræmotũ, solis & lunæ obscurationẽ de iis quę in passione gesta sunt. Rupertus ad euersionẽ Hierosolymitanam refert: sed quia non ad literam sed pleraque mysticè explicat, non libuit addere: lector si voles videbis ex eo.

1. *Et post hæc vidi quatuor angelos*. varij varia huc afferunt: nonnulli per quatuor angelos quatuor orbis principatus intelligunt, Assyriorum, Persarum, Macedonum, & Romanorum. alij quatuor ecclesię persecutores, Maximianum in Oriente, Seuerum in Italia, Maxentium Romæ, Licinium Alexandriæ, quorum insaniam & aduersus Christianos ferociam tanquã bonus & faustus dei angelus Cõstantinus imperator cohibuerit & ipse Christianus effectus: sed qa non aptè quadrant sequentia si de iis intelligamus, malui cum Dionysio Carthusiano & Victorino antiquissimo, & græcis scholiis, vnà cum explicatione sigilli sexti ad antichristi tempora referre. Itaq; angeli quatuor sup quatuor stãtes terrę angulos, peruersi sunt angeli, eorúmve ministri, antichristi satellites, super quatuor angu-

los

ARGVMENTVM *Cap. 7.*

¶ *Descriptio 4. angelorum super quatuor terræ angulos & potestatis eorum, signatorumq; electorum præseruatio ab illis, deinde turbæ innumeræ & angelorum seniorumq; deum collaudantium, laus & gratiarum actio, & omnium eorum per vnũ ex senioribus descriptio & numeratio hoc capite continetur.*

CAPVT VII.

1 *Post hæc uidi quatuor angelos stãtes super quatuor angulos terræ, tenẽtes quatuor uentos terræ, ne flarẽt*

los terræ stãtes. i. à quatuor orbis partibus, ortu, occasu, septentrione, & meridie, obseruãtes fideles, & cõtinentes quatuor ventos ne flarent super terram, neq; super mare, neque super vllam arborem: quatuor venti prędicantium doctorum cœtum significãt quatuor innixos euangeliis, qui salutari doctrinę suę aura terrã fideliũ perflant: & prædicationis suæ nubibus & imbribus irrigãt: seu terram & mare, hoc est, terrenis addictos possessionibus & concupiscentiis, seu mare tumidum, hoc est, fastu superbiáque elatos, quia quicquid est in mundo, aut est concupiscẽtia carnis, aut concupiscentia oculorũ, aut superbia vitæ: seu arbores, hoc est, spirituales homines: inhibebunt aũt quantũ valebunt antichristi tempore dęmones eorumq; instinctu, ministri ac satellites ipsius, hos prædicationum ventos: ne salutari aura malos perflent, vt ad meliorem frugem redeãt, sed vt qui sordẽt sordescãt adhuc: bonósq; & spirituales, ne fidei virtutũq; incremẽtis, pficiãt.

super terram, neque super mare, neque in ullam arborem. 2 *Et uidi alterum angelum ascendentem ab ortu solis, habentem signum dei uiui: & clamauit uoce magna quatuor angelis, quibus datũ est nocere terræ & mari, dicẽs: Nolite nocere terræ & mari, neq; arboribꝰ, quoadusque signemus seruos dei nostri*

2. *Et vidi alterum angelum*. hunc angelum quidam Christum, quidã administratorium quendam spiritum interpretantur: mihi aptius ad cõnexionem præcedentium Victorinus hoc angelo Helyam significari asserit, bene ab ortu solis ascendentem, quia à deo mitten dus est, & sole iustitiæ Christo, dicente Malachia cap. 4. Ecce ego mittam vobis Helyam prophetam antequam veniat dies domini magnus & horribilis, & cõuertet cor patrũ ad filios, & cor filiorũ ad patres eorum, ne fortè veniã & percutiam terrã anathemate. be ne ergo cũ præmisisset Ioãnes in visione venturos 4. angelos, quibus datũ & permissum sit nocere terræ, mari & arboribus, vt pios cõsoletur, quibus nihil illi nocituri sunt: dicit se Ioãnes in spiritu alterũ angelum, Helyã scilicet vidisse, *habẽtem signum dei viui*, symbolum scilicet fidei & charitatis: qui clamaturus est voce magna. i. pnicios os angelos & antichristi ministros ac nuncios inhibiturus, ne permissa sibi potestate abutãtur: vt cuiq; noceãt, impediẽtes, ne verbũ dei prędicẽ: nolite ergo, inqt, nocere terrę, mari, & arboribꝰ, *quoadusq; signemus seruos dei nostri in frontibus eorũ*. i. donec eis verbum dei prædicauerimus, & electos in fide confirmauerimus, ne

vnà

vnà cum prauis malè afficiantur à vobis boni & pij.

3. Et *audiui numerum 144. millia signati ex omni tribu filiorũ Israel.* pro signatorum græcè est ἐσφραγισμένων. i. sigillatorũ ceu sigillo obsignatorum, sicut paulò antè habentem signum, græcè est σφραγίδα. i. sigillum. Hîc autem numerus certus pro incerto ponitur, significaturq; ad prædicationẽ Helyæ Iudæos, quos tunc ille offendet, conuertendos. Nõ hic te detinebo lector in mystica harum nominum filiorum Israel significatione explicanda, ꝙ cuiq; pro captu suo etiã parũ in sacris literis versato facile est expositionẽ adferre nõ malã: tantũ sufficiat ex hoc loco intelligere multos ex Iudæis ad prædicationẽ Helyæ conuertendos, nec ex Iudæis modò, sed ex gentibus etiã plures: cùm enim definito numero pro Iudæis vsus esset, ait de gentibus.

4. *Post hæc vidi turbã magnã, &c.* Græci habent, post hæc vidi, & ecce turba magna stantes & amicti, ecce ex gentibus & Iudæis vnum ouile, quorum omnium post resurrectionem statũ in spũ vidẽs Ioãnes asserit, ꝙ eos viderit stantes ante thronũ gloriæ dei in cõspectu agni *in frõtib⁹.* 3 Et *audiui numerũ signatorũ cẽtũ quadragĩta quatuor millia signati ex oĩ tribu filiorũ Israel.* Ex *tribu Iuda, duodecim millia signati.* B *Ex tribu Ruben, duodecim millia signati. Ex tribu Gad, duodecim millia signati. Ex tribu Aser, duodecim millia signati. Ex tribu Nephthalim, duodecim millia signati, Ex tribu Manasse, duodecim millia signati. Ex tribu Symeon, duodecim millia signati. Ex tribu Leui, duodecim millia signati. Ex tribu Issachar, duodecĩ millia signati. Ex tribu Zabulon, duodecim millia signati. Ex tribu Ioseph, duodecim millia signati. Ex tribu Beniamin, duodecĩ millia signati.* 4 *Post hæc uidi turbã magnam quam dinumerare nemo*[1] *poterat, ex omnibus gentibus,* C *& tribubus, & populis, & linguis, stantes ante thronum: & in conspectu agni, amicti stolis albis, & palmæ in manibus eorũ, & clamabant uoce magna, dicẽtes: Salus deo nostro qui sedet sup thronũ & agno. Et omnes angeli stabãt in cũcũitu throni & seniorũ, & quatuor animalium: & ceciderunt in cõspectu throni ĩ facies suas, et adorauerũt deũ, dicẽtes: Amẽ. Benedictio & claritas, et sapiẽtia, et gratiarũ actio, honor & uirtus, et fortitudo deo nostro in sæcula sæculorũ. Amẽ.*

Et respondit unus de senioribus, & dixit mihi, Hi qui amicti sunt stolis albis, qui sunt? & unde uenerunt? D Et dixi illi, Domine mi, tu scis. Et dixit mihi,[5] Hi sunt qui uenerũt de tribulatione magna, & lauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine agni. ideo sunt ante thronum dei, & seruiũt ei die ac nocte in templo eius: & qui sedet in thro
Esaiæ no. 6 habitabit super illos. non esu- 49. c rient neque sitient amplius, nec cadet super illos sol, neque ullus æstus: quoniã agnus qui in medio throni est, reget illos, et deducet eos ad uiEsaiæ tæ fontes aquarũ, & absterget deꝰ 25. c. omnem lachrymã ab oculis eorum.

Christi. Et *amicti*, sub. erant *stolis albis*. i. vitæ innocentia aut duplici stola, animæ scilicet & corporis beatificatione, & *palmæ in manibus eorum*, triumphantis scilicet per eos mundo & diabolo cum satellitibus suis tyrannis, &c. dicentibus, *Salus deo nostro*, sub. sit, scilicet nostra salus illi sit accepta, qui nos sua gratuita liberalitate saluauit.

5. Hi *sunt qui &c.* per magnas enim tribulationes oportet ingredi in regnum cælorum. Et *lauerunt stolas suas in sanguine agni*. i. corpora sua in sanguine pro Christo effuso, si de martyribus tantum intelligas: vel si de electis omnibus, lauerũt corpora sua à peccatis suis in sanguine agni. i. in merito passionis Christi per baptismũ: Quicũque enim baptizati sumus in mortẽ Christi baptizati sum⁹, Paul. ad Ro. 6. *Habitabit super illos*. vt Paul⁹. 2. Cor. ait, Sicut dicit deꝰ qm̃ ĩhabitabo in illis, & inãbulabo ĩter eos: Et *nõ esuriẽt neq; sitiẽt*. i. rei nullius penuria afficiẽtur regẽte illos & pascẽte agno, & ad fõtes aquarum viuarũ deducẽte. 1. Et *quũ aperuisset sigillũ septimũ*. ĩ aptiõe sigilli septimi. i. nouissima ętate, appetẽte iudicio, post mortẽ antichristi *factũ est silẽtiũ magnũ ĩ cælo*. i. magna qes & pax ĩ ecclesia militãte: pteritũ autẽ, ꝑ futuro in prophetia hac sunnitur, facta itaque est quies cessante antichristi persecu-

ARGVMENTVM. Cap. 8.

¶ *Angelũ sanctorum orationes offerentem describit, & quatuor angelorum tuba canentium visione aperit.*

CAPVT VIII.

A [E]T cũ aperuisset sigillũ septimũ, factũ est silẽtiũ in cælo, quasi media hora.

2 Et uidi septẽ angelos stãtes in conspectione, ídque tantum media hora. i. breui tempore: quia cito post mortẽ antichristi veniet in iudicium deus. 2. Et *vidi septem angelos*

gelos ſtantes in conſpectu dei. per hoc vniuerſitas prædicatorum intelligit ſeptemplici ſpiritus ſancti dono inſignitorum, qui ſunt in conſpectu dei parati ad omnia illius mandata exequenda. *Et data ſunt illis ſeptem tubæ*, id eſt, tota prædicandi poteſtas & cura concredita.

3. *Et alius angelus venit & ſtetit ante altare, habens thuribulum aureum.* Hunc angelum nonnulli dicunt eſſe Chriſtū illum magni conſilij angelū, alij Michaelem principem & protectorē eccleſiæ, ſicut & olim fuit ſynagogæ, vti ex Daniele cōſtat. Primo modo angelus iſte Chriſtus eſt, altare crux, in quo ſe deo patri pro delictorū noſtrorū, expiatione victimam obtulit: Thuribulū aureum corpus ipſius, diuinitatis fulgore aureum quod bene thuribulum dicitur ob odorem ſuauitatis, quem odoratus eſt in eo pater: tū quia thus ſepeliendis mortuis aptum eius corpori aptè cōuenit & humanitati: Iſte angelus ante altare ſtetit, quando facturus voluntatem patris, promptum ſe ad immolandum in cruce exhibuit, habēs in manu ſua thuribulum aureum, id eſt poteſtatem habens ponendi animam & iterum ſumendi: oblatus eſt enim quia voluit. Et data ſunt illi incenſa multa. quæ ſint incenſa iſta locus ſequens declarat, quū ait, vt daret de orationibus ſanctorū omniū ſuper altare aureum quod eſt ante thronū dei: certe orationes ſanctorū quas pro nobis fundunt, niſi in illo thuribulo reponantur. i. niſi in Chriſto fundantur & ſuper altare aureū. i. prætioſiſsimum dominicæ crucis ſacramentū deo patri offerantur, ingratæ illi ſunt nec odoræ: vnde eccleſia orans & viuorum preces deo offerens ſemper cōcludit per dominū noſtrum Ieſum Chriſtū. *Et aſcendit fumus incenſorum de orationibus ſanctorum, de manu angeli coram deo.* i. ſuauiſsima affectio ſanctarum precum à ſanctis factarum per manus Chriſti deo patri oblatarū, aſcendit coram deo. i. illi grata & accepta fuit. Quod enim incenſi nomine oratio ſignificetur conſtat ex Dauide dicente, Dirigatur domine oratio mea: ſicut incenſum

ſpectu dei: & datæ ſunt illis ſeptem tubæ. [3] *Et alius angelus uenit, & ſtetit ante altare, habens thuribulum aureum: & data ſunt illi incenſa multa, ut daret de orationibus ſanctorum omnium ſuper altare aureum, quod eſt ante thronum. Et aſcendit fumus incenſorum de orationibus ſanctorum de manu angeli coram deo. Et accepit angelus thuribulum aureum, & impleuit illud de igne altaris, & miſit in terram, & facta ſunt tonitrua, & uoces, et fulgura & terræmotus magnus.* B

cenſum in conſpectu tuo. *Et accepit angelus thuribulum aureum, & impleuit illud de igne altaris:* quando ſcilicet corpus ſuum hoſtiam deo patri odoram pro nobis voluntarie illi in cruce obtulit, & de igne altaris. i. ardore & afflictione crucis & paſsionis impleuit. *Et miſit in terram.* quando ſepulturæ tradi ſe permiſit, ſi quidem de thuribulo intelligas quod miſit in terrā: ſin de igne altaris intelligis, ſenſus eſt, quod ignē altaris & crucis. i. meritum paſsionis ſuæ & crucis ſuper nos terrenos, vt ſpirituales efficeret, effudit. *Et facta ſunt tonitrua & voces &c.* ſi ad literā hæc intelligis, partim in paſsione moriente Chriſto impleta ſunt: ſin myſticè, tonitrua & voces prædicationum & fulgura miraculorum facta ſint, effuſo in terram paſsionis, igne & communicato terrenis hominibus paſsionis ſacramento: quibus ad fidem conuerſis & de terrenis ſpiritualibus redditis, terræ motus magnus & magna mutatio facta intelligitur. Si de Michaele explicas, ſic intelligendum: Angelus, Michael eſt, templum eccleſia, Altare aureum Chriſtus, ſuper quod deo patri ſacrificium corporis ipſius & alia laudum ſacrificia offerimus. Thuribulum aureū, fides Chriſtianorum & ſanctorum odora & deo placens: in quo bene incenſa orationum reponuntur, quia niſi in fide fundentur orationes, deo non ſunt acceptæ: quapropter bene Iacobus ait: Poſtulet in fide, nihil hæſitans. Michael ergo ſtans ante altare. i. ante Chriſtum ad eius exequenda mandata paratus, ſuper ipſum orationes ſanctorum in thuribulo fidei deo patri offert. *Et impleuit thuribulum de igne altaris,* quando ſanctorum preces deo patri offerens, charitatis in Chriſtum plenas oſtēdit: Et hoc igne miſſo in terram per angelum. i. inſpirata per angeli boni monitiones in terrenis cordibus noſtris dei & Chriſti charitate, facta ſunt tonitrua & voces prædicationū, & fulgura miraculorum, & terræ motus, conuerſis à terra in cælum cordibus, per fideles & deo Chriſtoque dilectos homines.

4. *Et ſeptem angeli qui habebant ſeptem tubas parauerunt ſe vt tuba canerent.* i. vniuerſi prædicatores ad prædicandum dei verbum ſe accinxerunt. *Et primus angelus tuba cecinit,* quando in Iudæa primi omnium apoſtoli & diſcipuli dominicæ reſurrectionis adeoque noſtræ iuſtificationis angeli fuerunt & nuncij. *Et facta eſt grando & ſanguis*

[4] *Et ſeptem angeli qui habebant ſeptem tubas, præparauerunt ſe ut tuba canerent. Et primus angelus tuba cecinit, & facta eſt grādo & ignis mixta in ſanguine: et miſſum eſt in terram, & tertia pars terræ* C

ſanguis mixta in ſanguine. grando extrinſecum perſecutionis flagellũ ſignificat, ignis, flammá phariſaicę inuidiæ & ęmulationis: ſanguis, crudelitatem occiſionis: ea autem omnia prædicantibus apoſtolis euenere, quando igne inuidiæ accenſi phariſæi omni genere perſecutionum ad mortem vſque Dei verbum prædicantes perſecuti ſunt. *Et miſſum eſt in terram,* pro miſſum eſt, græci habent ἐβλήθη, quod quãquam ſit numeri ſingularis, tamen propter neutrum plurale τὰ μεμιγμένα, id eſt, mixta, quod præceſsit in plurali, aptius erat vertere & miſſa ſunt in terram, id eſt, huiuſmodi flagellis agitari homines in terra permiſit deus. *Et tertia pars terræ combuſta eſt, & tertia pars arborum concremata eſt, & omne fœnum viride combuſtum eſt:* Terram & arbores homines vocamus, terram propter terræ molis noſtræ grauitatem: arboreș, propter inſtabilitatem noſtram & leuitatem: Fœnum viride autem quod ſpecioſum eſt & viuax, viuacis & viridis fidei homines ſignificat: Quum autem omnem hominum congregationem Iudæis, Paganis, & Chriſtianis conſtare certum ſit, bene in primitiua illa eccleſia tertia pars hominum Chriſtiani ſcilicet ac fideles combuſti ſunt, & ſimiliter tertia pars arborum qui iidem ſunt, & omne fœnum viride, id eſt, omnes quotquot viridi & viuaci fide erant, combuſti ſunt ardore afflictionum & perſecutionum: iuxta quod ſcriptum eſt: Omnes qui volunt piè viuere in Chriſto, perſecutionem patiẽtur. Senſus ergo eſt, quòd canente angelo, id eſt, prædicantibus apoſtolis, tertia pats hominum, id eſt, fideles igne perſecutionum & afflictionum combuſti ſunt, ſed non conſumpti, non ad deſtructionem & annihilationem, ſed ad probationem. Simile huic prophetiæ ſcribitur Zachariæ 13. Dicit dominus exercituum, percute paſtorem & diſpergentur oues, & conuertã manum meam ad paruulos. Et erũt in omni terra, dicit dominus: partes duæ in ea diſpergẽtur, & deficient: & ducã tertiã partem per ignẽ, & vrã eos ſicut vritur argentum: hic cõſtat futurum vt tertia pars terræ per afflictiones vti argentum igne probationis & explorationis comburatur. Multi varia huc adferunt: quantum tamen coniicere potui, non eſt ſenſus propius accedens ad literam: monitus, ſi quis meliorem ſenſum adferet, recipiam: & lubens meum reuocabo.

cõbuſta eſt, & tertia pars arborum concremata eſt, & omne fœnũ uiride cõbuſtũ eſt. 5 *Et ſecundus angelus tuba cecinit, & tanquã mõs magnus igne ardẽs, miſſus eſt in mare. & facta eſt tertia pars maris, ſanguis & mortua eſt tertia pars creaturæ eorũ quæ habebant animas in mari, & tertia pars nauiũ interiit.* 6 *Et tertius angelus tuba cecinit, et cecidit de cælo ſtella magna ardens tãquã facula, & cecidit in tertiam*

5. *Et ſecundus angelus tuba cecinit,* id eſt, ſecundus prædicantiũ ordo ſtatim à cæſis & mortuis apoſtolis & domini diſcipulis. *Et tãquam mons magnus igne ardens miſſus eſt in mare.* Mõs magnus & per ſuperbiam elatus diabolus eſt, bene igne ardens ſcilicet inuidiæ, quia inuidia diaboli mors introiuit in orbem. Hic miſſus eſt in mare, id eſt, amarum, inquietum, & ſuperbum hoc ſæculum, in quo variis omnes ventis agitamur, & diuerſis ſubiacemus periculis: & tunc *tertiæ pars maris facta eſt ſanguis,* quando fideles qui vix tertiam mũdi partem faciebãt, inſtigante ad hoc tyrannos principes diabolo, trucidati ſuo ſanguine cruentati ſunt, & variis perſecutionibus agitati. *Similiter & tertia pars animantium, & tertia pars nauium.* i. tertia pars hominum interiit. Nam ſi nomine creaturæ homo intelligitur in ſcripturis, multo magis animantium nomine: Et ſi mare ipſi ſcripturæ mũdus iſte dicitur, naues homines ſunt in hoc mundo tanquam in mari variis tẽtationum & afflictionum procellis agitati & fluctuantes, quorũ tertia pars interiit quando obuios quoſque fideles qui vix maris, id eſt mundi huius animantiumque & nauium, id eſt hominum tertiam partem faciebant, tyranni principes paſsim occidebant.

6. *Et tertius angelus tuba cecinit,* id eſt, tertius doctorum & prædicatorum ordo aduerſus hæreticos prædicare cœpit, *Et cecidit de cælo ſtella magna ardens tanquam facula,* id eſt, ab vnitate eccleſiæ (quæ regnum cœlorum dicitur) *receſſit ſtella magna,* id eſt, in oculis ſuis magnus ac ſuperbus hæreſiarcha ille Arrius, cum ſimilium ſui hæreticorum caterua: *ardens,* per inuidiam *tanquam facula,* quia dum alios ad prauitatem & hæreſin incendit, ſemetipſum conſumit & vrit. *Et cecidit in tertiam partem fluminum, & in fontes aquarum.* per fontes, diuina ſcriptura ſignificatur: cuius hauſtu mens humana veri boni ſitibunda recreatur: Flumina quæ inde fluunt, ſanctorum patrum ſunt in eam monimenta & ὑπομνήματα. In tertiam ergo partem fluminum & fontes aquarum cecidit ſtella illa magna quando in ſacras ſcripturas ſanctorúmque monumenta, vt ſuos errores ex iis male intellectis & perperam ſuo arbitratu interpretatis, tueretur incidit. Et nomen ſtellæ dicitur Abſynthium. ſicut enim verè Arrius omnéſque eius poſteri hæretici

hæretici propter amaritudinem hęreticæ doctrinæ Absynthium & dicuntur & sunt, ita in aquas scripturarum & sanctorum voluminũ ille cadens, tertiam eorum partem, magnam scilicet portionem in Absynthium vertit, hæretica prauitate inficiens: & quæ palatis omnibus verè Christianis sanè intellectæ scripturæ suaues erant, vbi hæreticorum Absynthio infectæ sunt, in amaricatę sunt adeò, vt multi hominum de aquis ita amaricatis bibentes mortui sint: nihil est enim quod Christianorũ animas (& simplicium maxime) tam perdat, quàm hæretico sensu ꝓpinatæ illis scripturæ sanctæ.

partem fluminum, & in fontes aquarum: & nomen stellæ, dicitur Absynthiũ. & facta est tertia pars aquarum in Absynthium: & multi hominũ mortui sunt de aquis, quia amaræ factæ sunt. 7 *Et quartus angelus tuba cecinit: & percussa est tertia pars solis, & tertia pars lunæ, & tertia pars stellarum, ita ut obscuraretur tertia pars eorum, & diei non luceret pars tertia, & noctis similiter.*

7. *Et quartus angelus tuba cecinit.* i. quartus ordo prædicatorum prædicare cœpit. *Et tertia pars solis percussa est, & tertia pars lunæ, & tertia pars stellarum.* Sol in ecclesia maiores prælatos (vt papã, cardinales, archiepiscopos, & episcopos) qui morum doctrinæque exemplo prælucere aliis debent, significat, Luna quę à sole lumen accepit, inferioris ordinis ecclesiasticos, curatos & religiosos: stellæ quæ minori sunt lumine, laicos fideles. bene ergo tertia pars solis percussa est, obscuritate scilicet, ita vt obscuraretur tertia pars eius. Prælatorum enim partim ardent vita & lucent doctrina, partim alterum illorum, partim neutrum. sunt enim qui neque charitate ardent, neque doctrina lucẽt, (atque vtinam tertia tantum pars) sed simulatam tantum verorum pastorum & rectorum personam gerunt: Istius solis & lunæ similiter, id est, inferiorum ecclesiasticorum, stellarum quoque, id est, laicorum fide'ium obscuritate percussa est pars tertia, aut per morum dissolutionem, aut per virtutum simulationem. vel intellige quòd ij quatuor, angelo tuba canente percussi sunt, quando prædicantibus veris prædicatoribus & eorum vitia simulatámque virtutem detegentibus, nihil inuentum est in eis lucidum. Quod verò ait, *vt diei non luceret pars tertia, neque noctis similiter*, puto idem intelligi per diẽ & noctem, quod per solem, lunam, & stellas: vt intelligas tertiam partem prælatorum maiorum qui per diem, quãdo sol lucet intelliguntur,

liguntur, & tertiam partem ecclesiasticorum inferiorum, tertiámque partem laicorum fidelium qui per lunam & stellas nocte lucẽtes accipiũtur, hypocrisi obscuratã, veræ fidei integritate, morúmque & vitæ puritate tunc non luxisse.

8. *Et vidi & audiui vocem vnius aquilæ volantis per medium cæli.* vna aquila vnionem fideliũ prędicatorũ significat, qui tanquam aquila per morum integritatem & doctrinæ sinceræ sublimitatem cæteris altius volare debent. Huius aquilæ *per medium cæli*, id est per mediam ecclesiam vox audita est dicentis, & voce magna clamantis, *Væ væ væ habitantibus in terra, de cæteris vocibus triũ angelorum qui erant tuba canturi.* Audita est inquam hæc huius aquilæ vox, quando terrenis hominibus & sæculi amantioribus quàm Dei magna audita est fidelium prædicatorũ affectio, multiplicem, quæ terrenos ipsos ac terrenis inhiantes maneret, maledictionem comminãtium: cuiusmodi væ & maledictiones ex vocibus trium angelorum qui postea cantaturi tuba erant præsentiebant. Sunt qui hæc verba, *de cæteris vocibus*, &c. puten separatim legenda vt quum de quatuor angelis, pluribus dixisset Ioannes, & obiter relicta angelorum mentione, aquilæ volantis meminisset, rursum ad angelorum mentionem reuersum dixisse, *de cæteris vocibus, & cætera.* quasi diceret, sed iam tempus vt ad cæteras voces trium angelorum redeamus: quod autem interpres habet de cæteris vocibus trium angelorum, græci addunt σάλπιγγος. id est de cæteris vocibus tubæ trium angelorum.

8 *Et uidi, & audiui uocem unius aquilæ uolantis per mediũ cæli dicẽtis uoce magna, Væ uæ uæ habitãtibus in terra: de cæteris uocibus triũ angelorum qui erãt tuba canituri.*

ARGVMENT. CAP. 9.

¶ In quinti angeli visione descriptio hæreticorum per stellam cælo delapsam, puteum abyssi & locustas ponitur: deinde in sexti angeli visione, 4. angelorum vinctorum solutio: postmodum equitum & equorũ in perdẽdis hominibus pernicies.

CAPVT IX.

A

E T *quintus angelus tuba cecinit,* 1 *& uidi stellam de cælo cecidisse in terram,*

1. *Et vidi stellam de cælo cecidisse in terram.* contenta in quinti angeli visione omnes penè de hæreticis intelligi dicunt, bona verò pars de hæreticis qui instante antichristi tempore tanquam eius

præcursores exorituri sunt: quales magno ecclesię damno penè innumeri hac nostra ætate surrexere. Stella autem prolapsa de cælo lucifer est, de quo scriptum legimus Esaiæ 14. Quomodo cecidisti de cælo lucifer qui mane oriebaris?

2. Et *data est illi clauis putei abyssi* .i. permissa potestas immensas & occultas nocendi vias moliendi. Et *aperuit puteũ abyssi*, quando in omnem malorum omnium licentiam erupit. Quia verò locum hunc de præcursoribus antichristi hæreticis proximè tẽpus illius futuris plæriq; ex antiquis intelligũt, non inepte fortassẽ per stellam cælo delapsam Lutherum intelligas: qui quondam in cælo, id est, dei ecclesia religionis & doctrinæ luce splẽdebat: de cælo autẽ decidit in terrã, quando ab vnitate ecclesiæ recedens, abiecta quã dudum professus erat monastica viuendi disciplina, in terrá decidit, terrenam magis & animalem vitã eligẽs. Huic data est clauis putei abyssi, quando ad probationem electorum omne genus hęresum machinari & ex abyssi puteo, id est. Husitarũ, Vvicleuitarum, Pigardorum, suiq; similiũ hæreticorum libris haurire permissus est, & orbi propinare. Aperuit autem puteum illum, quando omnibus viam fecit ac potestatem veteres hæreses innouãdi & excitandi. Et *ascendit fumus putei sicut fumus fornacis magnæ*: apertis enim & permissis ad legendum passim omnibus hæreticorũ libris, ascendit fumus putei, id est, obscura & tenebrosa hæresum doctrina promouere cœpit, non secus atque magna ex fornace ingens egreditur fumi copia, Et *obscuratus est sol & aer de fumo putei*, quando maiores in ecclesia (qui solis vicem gerunt aliis præluc entes) similiter & inferioris ordinis fideles (quos tanquam aerem à sole, à suis maioribus lucem vitæ integræ & sanæ doctrinæ recipere oportebat) afflatu huius fumi, id est, præbita in hæreticam doctrinam consensione, obscurati sunt.

3. Et *de fumo putei exierunt locustæ in terram*. statim enim atq; fumus hæresum ex hæreticorum voluminũ puteo nares adflauit plurimorum, *Exierunt locustæ in terram*, id est, prodierunt hęretici locustarum similes qui per elationem in altum saliunt. & per cupiditatẽ in terrã recidunt, terrenis voluptatibus & deliciis addicti. Et *data est illis potestas sicut habent potestatem scorpiones terræ*: qui quidem scorpiones

2 *& data est ei clauis putei abyssi.* Et *aperuit puteum abyssi: & ascẽdit fumus putei, sicut fumus fornacis magnæ: et obscuratus est sol & aer de fumo putei.* 3 Et *de fumo putei exierunt locustæ in terram: & data est illis potestas, sicut habẽt potestatẽ scorpiones terræ. & præceptũ est illis ne læderent fœnũ terræ, neque omne uiride, neque omnẽ arborem: nisi tantum homines qui nõ habent signum dei in frõtibus suis,* 4 *& datum est illis ne occiderent eos: sed ut cruciarẽtur mẽsibus quinque & cruciatus eorum ut cruciatus scorpij cum percutit hominem.*

nes blandi sunt in speciem, sed cauda feriunt venenata: ita hæreticorum sermone nihil blãdius, nihil sanctius, quibus in ore nihil est præter suæ fragilitatis agnitionem, Christum, fidem, & similia: sed interim recessus venenosus: quos enim per apertam sæuitiam nequeunt, per occultam malitiã perimunt. Et *præceptum est illis ne læderent fœnum terræ, neque omne viride, neque omnem arborem.* Sunt qui per fœnum terræ, incipientes: per viride, proficiẽtes: per arborem perfectiores Christianos intelligunt. mihi simplicius fœnũ & omne viride significare videtur eos qui virorem & viuacitatem fidei habent, arbores autem eos, qui spe elati bonorum operum fructum faciunt: quos inhibentur locustæ lædere, quia charæ sunt deo veri fideles, ne ab impiis hæreticis seducantur & lædantur. *Nisi tantum homines qui non habent signum dei viui in frontibus suis*, vel græcè σφραγίδα, id est, sigillum, symbolum nempe verę fidei & charitatis: qui enim hoc insigniti sunt symbolo, immunes sunt ab hæreticorum dolis & sæuitiis. qui verò inanem tantum fidem præseferunt, ab hæreticis facile læduntur & seducuntur.

4. Et *datum est illis ne occiderent eos, sed vt cruciarent mensibus quinque*, vel vt cruciarentur: nam græcè est βασανισθήσονται: quidam τὸ eos referunt ad fœnum viride, & arborem, veros scilicet fideles, quos permissum est hæreticis vexare quidem & cruciare, sed non occidere, id est, tentare ad defectionem, sed non seducere: at mihi videtur potiꝰ ἐς eos referẽdũ ad homines sigillo dei nequaquã insignitos, quos nõ vult occidi sed vexari & cruciari, vt vel sic cruciati resipiscant: cruciari autem mensibus quinque, id est, toto vitæ tẽpore quæ quinque sensibus regitur, aut quinque ætatibus: infantia, pueritia, adolescentia, iuuentute, & senectute continetur. Et *cruciatus eorum vt cruciatus scorpij quum percutit hominem.* scorpius de genere vermium est, suauis ac dulcis in speciem, sed cauda venenata feriens. bene autem quos hæretici possedere & impia doctrina infecere, cruciantur, tanquam ictu scorpij: punguntur enim verme conscientiæ, intelligentes impia esse sua dogmata, sed præ superbia descisc ere ab iis nolentes: & interim cruciat eos venenata

scorpij cauda.i.inferni qui eos manet ita perseuerantes memoria.

5 Et *in diebus illis quærent homines mortem & nõ inuenient eam.* Omnes penè intelligunt de veris Christianis qui propter importunam hæreticorum vehementiam tam misere affectam ecclesiam videntes, mori optabant cupientes dissolui & esse cum Christo, sed optata morte non peribunt, seruãte adhuc eos aduersus hæreticam perfidiam deo.

6. Et *similitudines locustarum similes equis paratis ad prælium*. similes inquam mole corporea, hoc est tã magnæ hæ locustæ quàm æqui fortes & veloces: alioqui nulla equorum & locustarum similitudo. Sunt enim hæretici instar equorum veloces & fortes ad impugnandum veritatẽ, semper parati, vtcunque illa inferiores sunt.

5 *Et in diebus illis quærent homines mortem, & non inuenient eã: & desiderabunt mori, & fugiet mors ab eis.* 6 *Et similitudines locustarũ, similes equis paratis in præliũ: & super capita earũ tanquã coronæ, similes auro: & facies earũ tãquã facies hominũ. & habebãt capillos sicut capillos mulierũ: & dẽtes earũ, sicut dẽtes leonũ erãt: & habebãt loricas sicut loricas ferreas & uox alarũ earũ sicut uox curruum equorum multorum currentium in bellum: & habebant caudas similes scorpionum: & aculei erant in caudis earum: & potestas earum nocere hominibus mensibus quinque:* Esaiæ 2.d. Osee 10.b. Sap. 16.b.

7 *& habebant super se regem angelum abyssi, cui nomen Hebraicè Abbadon, Græcè autem Apollyon: & Latinè habens nomen Exterminans. Væ unum abiit, & ecce ueniunt adhuc duo uæ post hæc.* 8 *Et sextus angelus tuba cecinit: & audiui uocem unã ex quatuor cornibus altaris aurei, quod est ante oculos dei, dicentẽ sexto angelo qui habebat tubam. Solue quatuor angelos, qui alligati sunt in flumine magno Euphrate. Et soluti sunt quatuor angeli, qui parati ad bellum parata diuersarum rotarum impetu, diuersis quidem stridoribus resonat, sed tamen adunata contra aduersarios properat. sic hæretici in cõfusione disceptationum & strepitu verborum discordes, ad impugnandam ecclesiam & veritatem inueniuntur cõcordes. Et habebant caudas, &c. superius hæc exposita sunt.*

Et super capita eorum coronæ tanquam coronæ similes auro. gerunt hæretici instar coronarũ aurearum supra capita, quia dum decertant, desudant, resistunt, contendunt, victos se nunquam agnoscunt, sed victores se simulant & mentiuntur, hoc est enim coronas gestare, mentiri se victores: at illas gerunt non aureas, sed aureis similes: tanquam iuxta Paulum.1.Timoth.2.formam quidem pietatis habentes, virtutem autem eius abnegantes. Et *facies earum tanquam facies hominum, & habebant capillos sicut capillos mulierum.* bene tãquam facies hominum habere dicuntur, quia non nisi humanitatem præseferũt in faciem, quum tamen instar scorpionum pungant & feriant: Capillos autem sicut mulierũ habebãt propter effœminatam eorum mollitiem. Et *dentes earum vt leonum.* dicuntur autem dentes leonum fœtere: bene ergo earum dentes vt leonum dentes, quia hæreticorum doctrina non modo animas laniat ac vorat, sed & fœtida est ac mortifera, qui in circuitu sunt, id est, qui consuetudinem cum illis habẽt, inficiens, Et *habebant loricas sicut loricas ferreas*, id est, indurata contra veritatem præcordia: Loricis enim ferreis obdurata & obstinata illorum peruicacia ostenditur. Et *vox alarum earum sicut vox curruum equorum multorum currentium in bellum.* Multitudo curruum ad bel-

7. Et *habebant super se regem angelum abyssi, cui nomen Hebraicè Abbadon. Græcè autem ἀπολλύων, Latinè habens nomen Exterminãs.* Rex & princeps hęreticorum diabolus, qui bene Hebraicè Abbadon dicitur: Abbad enim perdere significat, Abbadon perdẽtem siue perditorem: quia omne illius studium est secum omnes perdere: græcè enim est ἀπολλύων, ἀπὸ τοῦ ἀπολλύειμι, quod perdere & destruere significat: quod sequitur væ vnũ abiit, & ecce veniunt adhuc duo væ posthæc, sic intelligendum est: de primo væ, id est, prima malectictione dictum est, supereſt de duabus dicendum.

8. Et *sextus angelus tubæ eccinit, & audiui vocem vnam ex quatuor cornibus altaris aurei quod est ante oculos dei*, vna vox, vniuersa est Christianæ doctrinę concordia ex quatuor procedens cornibus altaris aurei, id est, ex quatuor euangeliis ipsius Christi qui est altare aureum, in quo Deo patri & corporis ipsius sacrificium, & alia laudis offerimus sacrificia: quod aurcum vocatur ob diuinitatis fulgorem, cuius plenitudo Paulo teste in Christo etiam corporaliter inhabitat. Rectè verò ante oculos Dei est altare istud: quia Deo patri semper assistit Christus pro nobis interpellans, & illi gratissimus · Sunt qui non male altare aureum ecclesiam interpretãtur, cuius cornua

quatuor, quatuor sunt euangelia, nam quatuor euangeliorum fidei sancta innititur ecclesia. Vox ergo ex quatuor altaris aurei cornibus prodiens, vnitas est & sanctorum prædicatorum concordia: quam quidem vocem audiuit Ioannes, dicentem sexto angelo qui habebat tubam. *Solue quatuor angelos qui alligati sunt in magno flumine Euphrate*, id est, solutos aut breui soluendos vniuersos dæmones annuncia: qui à quatuor mundi partibus veniente Antichristo aduersus fideles sæuient. Antè verò ligati erant in magno flumine Euphrate baptismi figuram gerente: nobis enim in Christi mortem baptizatis & extincto per baptismum originalis delicti fomite, refrenatur & coercentur, ne planè vim suã, qua valẽt aduersum fideles, exerãt, & crudeli⁹ sæuiãt dæmones: veniẽte aũt Antichristo soluẽtur, maiore illis pmissa potestate. *Et soluti sunt*, pmissa illis amplio re nocẽdi potestate, *quatuor angeli*. i. dæmonũ vniuersitas, *qui parati erãt in diẽ, mẽsem & anñũ*. i. omni tẽpore, hora, & occasione, *vt occiderẽt tertiam partem hominũ*. i. fideles & verè Christianos, qui præ aliis vix tertiam partem efficiunt, testãte Christo: multi sunt vocati pauci verò electi: parati autem erãt occidere fideles, seu anima, prauis doctrinis & illicitis desideriis ad noxia persuadẽdo: seu corpore etiam, minis, terroribus & occisione ad deum negandũ cõpellendo. 9. *Et numerus equestris vicies millies dena millia*. i. huius equestris exercitus equites dæmones, equi puersi hæretici, tyrãni & oẽs ĩpij quos ille inequitat, in qbus insidet. Hic autẽ puto numerũ definitũ, p̃ indefinito sumi: nõ enĩ iuuat neq; fert scholiorũ breuitas in mystica numerorũ significatione ludere. *Et ita vidi equos in visione: & qui sedebãt super eos*, dæmones scilicet, *habebant loricas igneas & hyacinthinas & sulphureas*, ob fœtorẽ ĩfamię, *& hyacinthinas*, per simulationẽ cælestis iustitiæ: nã hyacinthus cæli habere similitudinẽ dicitur, & angelus sathanæ nõnunquã se trãsfigurat ĩ angelũ lucis. *Et capita equorum erãt tanquã capita leonum*: equi dicti sunt tyrãni & hæretici, habẽtes capita instar leonũ efferata, ad deuorãdos & laniãdos simplices & fideles. *Et de ore eorum procedit ignis, & fumus, & sulphur*. eorum referre

erant in horam & diem & mensem & annum, ut occiderent tertiã partem hominum. 9 *Et numerus equestris exercitus, uicies millies dena millia. Et audiui numerum eorum. Et ita uidi equos in uisione: & qui sedebant super eos, habebant loricas igneas, & hyacinthinas, & sulfureas. & capita equorum erãt tanquam capita leonum:* C *& de ore eorum procedit ignis, & fumus, & sulfur. Et ab his tribus plagis occisa est tertia pars hominum de igne & de fumo & sulfure, quæ procedebant ex ore ipsorum. Potestas enim equorum in ore eorum est, & in caudis eorum, Nam caudæ eorum, similes serpentibus, habentes capita: & in his nocent.* 10 *Et cæteri homines qui non sunt occisi in his plagis,*

rũ referre potest vel equos vel equites dęmones, sed textus sequẽs docet referendum ad equos, vt de ore eorum. i. suggestione ignis inuidiæ fumus excæcationis, & sulphur prodire dicatur fœtidæ libidinis, ad similia enim iis quibus tenentur vitia pertrahere quoscunque possunt nituntur. vel ignis iræ rabidus, furens contra fideles, & fumus inanis ac vanæ & supbæ iactãtiæ, & sulphur i. fœtor blasphemię. *Et ab iis tribus plagis occisa est tertia pars hominũ*, videlicet, igne, fumo, & sulphure: numerus certus pro incerto: sensus est autem quòd bona pars hominum iis plagis occidetur. si de peruersis itelligitis, spĩritualiter intelligendum: q̃ ad paria excitati & incitati vitia, animas suas perdẽt: si de electis, (nã postea de reprobis loqui videtur) quòd corporaliter occidentur, p̃curantibus illis multa suppliciorum genera, vt ve sic à fide resiliant, dæmonibus. *Potestas enim equorum in ore eorũ* est, id est, in eloquentia. præcursores enim Antichristi fidelium seductores vi humanæ eloquentiæ à fide Christianos abalienare nitentur, omnem in sua eloquentia fiduciam suam ponentes. Quòd si persuadendo pertrahere ad se nequeunt: est vis ac potestas *& ĩ caudis eorum, nam caudæ eorum similes serpentibus habentes capita, & in his nocent*. bene serpentibus similes, qui blande se insinuant & quasi assentantur, sed occulte venenata cauda feriunt: ita seductores blandis initiis vt simplicibus imponant, aggrediuntur: aggressos veneno suo, praua scilicet suggestione inficiunt: habentes in caudis capita, vel occasiones nocendi, vel suæ iniquitatis & peruersitatis doctores ac magistros, *& in iis nocent*, vel in iis caudis, vel in iis capitibus: vtrouis enim modo etiam Græcè referri potest.

10. *Et cæteri homines qui non sunt occisi iis plagis*. videtur de occisione corporali locus intelligendus, quia occisione spirituali perempti sunt de quibus hic agitur: iis ergo qui per tyrannos & hæreticos

ticos ac cæteros Antichristi satellites, non sunt ad mortem petiti, quos neque pœnituit adorasse dæmonia, &c. hoc loco eclipsis est & supplendum: ij omnes inquam similiter peribunt.

1. *Et vidi angelum fortem descendentem de cælo, amictum nube.* Angelus Christus est magni consilij angelus ab apostaticis angelis longè alius ac diuersus, fortis sanè, quia dei virtus: qui de cælo descendit, quando semetipsum vsque ad suscipiendã serui formã exinaniuit, amictus nube humanitatis assumptę, quæ deitatem, nequaquam oculis hominum aspectabilem, tegeret: bene autem è cælo descẽdit, quia teste Dauid à summo cælo egressio eius. Et *iris in capite eius*, caput Christi deus pater, in cuius capite aptè iris esse dicitur, id est, propiciatio diuinitatis & reconciliatio humani generis, quia deus erat in Christo mundum reconcilians sibi. Iris enim cęlestis arcus propitiationis est & fœderis signum. Et *facies eius sicut sol*: quippe qui splendor est paternæ gloriæ, & ipsemet sol iustitiæ, de cuius lumine omnes per gratiam participamus. Et *pedes eius tanquam columna ignis*, siue columnæ, Græcè enim est στύλοι in plurali. Pedes eius, prædicatores sunt ipsius, qui tanquam pedes corporis per vniuersum mundum illum ferunt, sicut ipse de Paulo ait, vas electionis est mihi iste, vt portet nomen meum coram gentibus & regibus: & bene sunt ij pedes tanquam columna, id est, firmi nec fide vacillantes: tanquam columna ergo, & ea ignea, vtpote afflictionum & probationum igne probati. Et *habebat in manu sua libellum apertum*, libellum inquam diuinæ scientiæ Ioanni apertum & manifestatũ, quem deuorare postea iussus est, qui bene apertus dicitur, vel quia Ioanni tunc manifestatus, vel quia in iudicio palàm fiet omnibus diuinæ scientiæ liber, cunctis quæ de Christo scripta erant tũc cõpletis, atque omnibus qui reprobi & electi erant cognitis.

neque pœnitentiam egerunt de operibus manuum suarum, ut non adorarent dæmonia & simulachra aurea, & argentea, & ærea, & lapidea, & lignea, quæ neque uidere possunt, neque audire, neque ambulare, & non egerunt pœnitentiam ab homicidiis suis, neque à ueneficiis suis, neque à fornicatione sua, neque à furtis suis.

ARGVMENTVM Cap. 10.

¶ *Angelus fortis cum voce tonitruorum describitur, & eius iuramentum, deinde libri per Ioannem deuoratio.*

CAP. X.

A c 1 *Et uidi alium angelum fortem descendentẽ de cælo, amictũ nubæ, &*

2. *Et posuit pedem suũ dextrũ super mare, sinistrum autem super terram.* quidam interpretantur quòd prædicatores, terra marique, id est, insularibus prædicatum miserit. Alij per mare fluctuantia variis idolorum cultibus & superstitionibus gẽtilium corda interpretantur, sup quos pedem dextrũ posuit, quando ad fidem eos vocauit & elegit. Per terram quæ stabilior est, gentem Iudaicam in vnius olim dei cultu solidatam & firmã, super quos sinistrum pedem posuisse dicitur, quando assumptis gẽtibus ad tempus eos abiecit & reprobauit, donec plenitudo gentium intrauerit, & tũc omnis Israel saluus fiet. Et *clamauit uoce magna quẽadmodum cum leo rugit.* clamauit voce magna futuræ dãnationis pœnas comminando, & pœnitentiam nunciando. Et *quũ clamasset*, id est, per se ipse prædicasset, *locuta sunt septem tonitrua voces suas*, quia post eius prædicationem apostoli & euangelistæ septiformi spiritus sancti gratia repleti terrorem iudicij prædicauerũt, & mysteria alia multa docuerunt: voces autem horum, tonitruorum signare tantum & non scribere iubetur, quia mysteria dei sic debemus electis & idoneis propalare, vt reprobis & inidoneis maneant abscondita.

iris in capite eius, & facies eius erat ut sol, & pedes eius tanquam columna ignis, & habebat in manu sua libellum apertum: 2 *& posuit pedem suum dextrũ super mare,* B *sinistrum autem super terram,* & *clamauit uoce magna, quemadmodum cum leo rugit,* Et *cum clamassent: locuta sunt septem tonitrua uoces suas.* Et *cum locuta fuissent septem tonitrua uoces suas, ego scripturus eram: & audiui uocem de cælo dicentem mihi, Signa quæ locuta sunt septem tonitrua: & noli ea* Dan. 12. c *scribere.* 3 Et *angelus quem uidi stãtem super mare & super terram, leuauit manum suum ad cælũ, & iurauit per uiuentem in sæcula sæculorum, qui creauit cælum & ea*

3. Et *angelus quem, &c.* leuauit manum suam ad cælum, habitum præseferens

præferens iurantis, & iurauit, *Quia tempus non erit amplius*, omnes penè hunc locum exponunt quòd peracto iudicio, iam tempus non erit, id est, mutabilitas cessabit temporum in eadem beatitate perpetuò manentibus electis: alij quòd iam tempus pœnitentiæ non erit appetente iudicio, quia post vocē tubæ septimi angeli consūmabitur mysteriū de remuneratione bonorum & punitione malorum, neque iam vllus erit pœnitentiæ locus. Et *in diebus septimi angeli cum cœperit tuba canere*, in resurrectione, consummabitur mysterium dei, omnia scilicet quæ de Christo ante prædicta sunt, & nobis de consummatione seculi & bonorum ac malorum remuneratione promissa. *vade & accipe librum.* Iussus est Ioannes librum accipere ab angelo, id est, secretum diuinæ scientiæ & præscientiæ à Christo intelligere, quem iubetur deuorare, id est, cum auiditate intelligendi percipere: eum autem cum deuorasset, sicut illi prædictum erat, dulcem in ore reperit: nihil enim diuinorum verborum intelligentia dulcius in prædicatione, vnde & Dauid ait: Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo: sed amaricari ventrem faciunt, id est, mentem, vel quando in digestione & executione eorum quæ secundum diuinam sciētiam præ-

quæ in eo sunt, & terram & ea C
quæ in ea sunt: & mare & ea
quæ in eo sunt, Quia tempus non
erit amplius, sed in diebus uocis
septimi angeli, cum cœperit tu-
ba canere, consummabitur my-
sterium dei, sicut euangelizauit
per seruos suos prophetas. Et *au-*
diui uocem de cælo iterum loquen-
tem mecum, & dicentem, Va-
de, & accipe librum apertum de
manu angeli stantis super mare D
& super terram. Et *abij ad ange-* Exo.
lum, dicens ei, ut daret mihi li- 3.d.
brum. Et *dixit mihi, Accipe librū,*
& deuora illum, & faciet amaricari uentrem tuum, sed in ore tuo erit dulce tanquam mel. Et *accepi librum de manu angeli, & deuoraui illum: & erat in ore meo tanquam mel, dulce.* Et *cum deuorassem eum, amaricatus est uenter meus, & dicit mihi, Oportet te iterum prophetare gentibus, & populis, & linguis, & regibus multis.*

dicantur, qualis est carnis mortificatio, amaritudo & difficultas sentitur: vel intellige, quòd deuorato libro diuinæ præscientiæ & scientiæ amaricatus est venter Ioannis, id est, mens indignata, quum tot videret futuras ecclesiæ persecutiones, sic locutū Ezechielem legimus, quum oblatum librum deuorasset: Abij, inquit, amarus indignatione spūs mei. nec nouū est q̄ ventrē mentē expono: sic Ezechiel. 2. Fili accipe sapientiam quæ tibi pulchra erit, quum in vētre tuo eā acceperis: & Christ⁹ in psalmis, ex vtero patris, id est, mente paterna ante luciferum scribitur genitus.

1. Et *datus est mihi calamus similis virgæ.* Calamus sanctæ scripturæ cognitio vel diuinæ est scientiæ reuelatio. quia sicut per calamum in membranis & mortuorum animalium pellibus, hominum testamenta mortalium scribimus: sic in membranis spiritualibus &, vt cum Paulo loquamur, in tabulis cordis carneis, æterni dei scribimus testamentum. Aut fortasse calamus cum Ruperto scribendi prædicandique euangelij facultatem cum magisterij auctoritate significat: quo legem dei in cordibus hominum scribit euangelista, & qui euangelium fidelibus prædicamus, aut ipse magis cælestis scriba spiritus sanctus, nostra opera tanquam organo scribit, de quo Dauid: Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis. sanctorum enim euangelistarum & prophetarum manu & lingua ad inscribendam fidelium cordibus dei legem spiritus sanctus vtitur, bene velociter scribens: nescit enim tarda molimina spūs sancti gratia. Is autem calamus siue diuinæ scripturæ notitiam, seu scribendi prædicandíve euangelij facultatem & auctoritatem intelligimus, rectè dici *similis virgæ*: tū obsui rectitudinē, tū ob increpādi corrigēdiq; hominū vitia libertatē, *Et dictum est mihi, Surge.* iubetur surgere

ARGVMENTVM Cap. II.

¶ *Declaranda ad mensuram fidelibus mysteria, infidelibus aūt & hæreticis celanda ostendit: dein futuram sub Antichristi tēpora ecclesiæ persecutionē: sed venturos ad Christianorum consolationē prophetas duos aperit, quorum etsi immensa futura est potentia, fore tamen vt à bestia occisi insepulti iacent & inglorii, sed maiore posthæc gloria excitandi: demum septimi angeli tuba, futuriq; iudicii tēpus describitur.*

CAPVT XI.

A

ET *datus est mihi calam⁹ similis uirgæ: & dictū est mihi, Surge, & metire tēplū dei, & altare, & adorātes*

surgere Ioannes, neque ipse solus, sed quotquot prædicandi euangelij cura credita est, hoc est, fide ac bonis operibus in cælum erectus esse. *Et metire templum & altare, & adorantes in eo.* Templum dei congregatio est fidelium, dicente Paulo 1. Corin. Templū dei sanctum est, quod estis vos. *Altare*, in quo deo patri offerimus, perfectiores sunt, prælati scilicet, curati & sacerdotes: qui pro inferioribus laudum & eucharistiæ sacrificia deo in ecclesia offerunt. *Adorantes*, cæterum vulgus fideliū: bene autem hæc metiri Ioannes iubetur. i. dei verbum & sacra mysteria pro cuiusque captu aperire: non passim omnia omnibus. Neque enim temerè omnia scripturarum arcana omnibus sunt communicanda: nam & Paulus cùm dixisset 1. Cor. 2. Sapientiam loquimur inter perfectos: capite 3. subdit, Tanquam paruulis in Christo lac vobis potum dedi, non escam: nondum enim poteratis, sed ne nunc quidem potestis. & ad Hebræos 6. Perfectorum est solidus cibus, idest, perfecta altiorum mysteriorum intelligentia: eorum qui pro ipsa consuetudine exercitatos habent sensus ad discretionem boni ac mali. vnde miror quid in mentem hac ætate venerit nouarum doctrinarum studiosis, vt vniuersa sacrarum literarum volumina in vernaculam linguam verti tantopere contẽdant, quum ad lectionem Geneseos non admitterentur olim Hebræis qui triginta annos nondum attigissent: & multa sint in scripturis sanctis quę si in linguam vernaculam versa passim omnibus proponuntur legenda, multorum errorum tum in doctrina, tum in moribus generandorum causam præbeant. Nónne enim futurum est vt ex Ecclesiaste & Canticis ad literam malè intellectis plærique offendantur? quid ꝙ Nouatum, hominem alioqui peritū & in scripturis exercitatum, neque moribus adeo corruptis, sic epistola ad Hebræos offendit malè intellecta, vt negauerit semel in peccatū post baptismum, plapsos ad pœnitentiam recipiendos? nimirum quum legeret in ea capite 6. Impossibile est eos qui semel sunt illuminati & prolapsi sunt, rursum renouari ad pœnitentiam: & cap. 10. Voluntariè enim peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis, iã non relinquitur pro peccatis hostia? quorum locorum interpretationem in nostris scholiis inuenies. Quòd si vir alioqui eruditus & scripturarū peritus sanctarum tam fœdè & grauiter lapsus est: quis spondere sibi audeat, fabros, cerdones, mulierculas, pueros, nequaq̃ ex

in eo. atrium autem quod est intra templum, eiice foras, & ne metiaris illud: quoniam datum est genti-

scripturis offensum iri malè intellectis, subque idiomate versis: præsertim quum nullam sacrarum literarum expositionem admittant, neq; admittentes recipiant nostræ tempestatis hæretici, nudamque velint apprehendi scripturarum literam? quis, inquam, & eos securos reddat, & nos suæ securitatis certos faciat, præsertim quum dicat apostolus, Qui stat, videat ne cadat? Sed inquient, neminem suæ salutis vult esse Christus nescium: neminem sanè. At sunt quæ explicitè tenere & credere oporteat: ea multos ante annos vernacula lingua edi passa est ecclesia, vt decalogi: & ecclesiæ præcepta, symbolum fidei, & similia. Vniuersorum autem bibliorum lectionẽ & intelligentiã qui necessariã fore ad salutẽ dixerit, multos indubiè viros bonos & simplices dãnationis reos fecerit. Rem ergo nõ necessariã quum videret rex Christianissimus, & prudentissimus Parisiorum senatus grauẽ afferre in negocio fidei errorum materiã, iustè inhibuit ne passim sacra biblia venirẽt aut ederentur vernaculo sermone conuersa. Quòd si coacto in Christi nomine legitimo vniuersæ ecclesiæ cõcilio cõmodũ videbit ea in vernaculã linguam transferre, per viros bonos & Christianos non sectarios, & linguarum peritos facere id poterit, adiectis in locos vnde offendi quis posset breuibus scholiis. fiétq; indubiè, si è republica Christiana fuerit: alioqui nõ id feret spiritus sanctus ecclesiæ suæ dux & rector. Sed longius ob præsentium temporum malitiã euagati, eò vnde se nostra deflexit oratio, redeamus. Iussus est templũ & altare & adorantes metiri Ioannes .i. cuiq; fidelium pro sui ingenij captu sacrorum mysteriorum intelligentiam aperire. *Atrium autem* (inquit) *quod est foris templum eiice foras, & ne metiaris illud, quoniam datum est gentibus*: atrium quod est foris templũ, hæretici sunt & Iudæi, qui se à cõmuni ecclesiæ congregatione subtrahunt, idq; de industria agnitã veritatem impugnando: eos (inquit) qui iam foris sunt, eiice foras. i. declara abiectos ab ecclesia & reiectos, ne se aliis ad peruertendos illos immiscеant: quoniam huiusmodi atrium *datum est gentibus*, id est, ecclesiæ rebelles habẽdi sunt pro ethnicis & publicanis, eos, inquit, *ne metiaris*, id est, noli eorum numero accensere, quibus prædicandum est euangelij verbum, vnde Paulus in Actis, Iudeis prædicationem reiectantibus, vobis, inquit, oportebat primùm loqui verbum dei, sed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes, sic idem hæreticum hominem iubet post vnam & alteram correptionem vitari.

2. *Et ciuitatem sanctam.* ciuitatem sanctam, ecclesiam scilicet, non habentem maculam neque rugam *calcabunt*, id est, quantum in se erit oppriment persequendo & veritatem impugnãdo, gentes scilicet, id est, pagani & ethnici, quíque atrij nomine antè descripti sunt Iudæi & hæretici. calcabunt autem mensibus 42. id est, tribus annis cum dimidiato, quanto tempore regnaturum ferunt antichristũ. *Et dabo duobus testibus meis*, os scilicet & sapiẽtiam, cui non poterunt resistere aduersarij. *Et prophetabunt*, vel futura prędicentes, vel prædicantes & scripturas interpretantes: vtrunq; enim significat prophetare. prophetabunt autem *diebus mille ducentis sexaginta*, qui constituunt circiter annos tres cum dimidiato, quanto tempore prædicaturos illos reuera asserunt: neque enim videtur aptè hic quadrare mystica expositio numeri, cùm reuera antichristi temporibus venturum Helyam & prędicaturũ ex Malachiæ testimonio indubiè compertum habeamus dicentis, Ecce ego mittam vobis Helyam prophetam anteq̃ veniat dies domini magnus & horribilis, & conuertet corda patrum ad filios, & cor filiorum ad patres. prędicabũt aũt *amicti saccis*, habitu enim & facto vti & verbo pœnitentiã prędicabũt. *Hi sunt duæ oliuæ*, oleo spũs sancti per gratiã vncti, *Et duo candelabra in conspectu domini terræ stantes.* bene cãdelabra dicuntur, qui hominibus per bonorum operũ exẽpla lucent, stantes per fidei & iustitiæ rectitudinẽ: *Et si quis voluerit eos nocere*, inhibendo à prędicatione, *ignis exiet de ore eorum*, ignis, inq̃, diuini verbi qui consumpturus est aduersarios, qui bene de eorũ ore. i. prędicatiõe exibit, & deuorabit eos, dãnatione dignos eos iudicando. bene aũt de ore Helyę ignis exire dicitur, de quo Ecclesiast. 48. scribitur, Surrexit Helyas quasi ignis, & verbũ eius quasi facula ardebat. alludit aũt Ioannes ad historiam Helyę 4. Reg. 1. vbi dicitur, quia duobus quinquagenariis ex mandato Ochozię eũ ad mortem quęrentibus, & hominem dei appellantibus: Si homo dei (inquit) ego sum, descẽdat ignis de cęlo, & deuoret te & quinquaginta tuos, descenditq; ignis de cęlo, & deuorauit eũ & quinquaginta qui cum eo erant. Et qui voluerit eos lędere, sic oportet eum occidi, *sic.* i. igne diuini verbi ab illorum ore prodeunti. *Hi habent*

bus, [2] *& ciuitatem sanctam calcabunt mẽsibus quadraginta duobus: & dabo duobus testibus meis, & prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta, amicti saccis. Hi sunt duæ oliuæ & duo candelabra, in conspectu domini terræ stantes. Et si quis voluerit eos nocere: ignis exiet de ore eorum, & deuorabit inimicos eorum. & si quis voluerit eos lædere, sic oportet eum occidi.* B *Hi habent potestatem claudendi cælũ, ne pluat diebus prophetiæ ipsorum: & potestatem habent super aquas conuertendi eas in sanguinẽ, & percutere terram omni plaga*

bent potestatem claudendi cælum ne pluat diebus prophetiæ ipsorum, & potestatem habent super aquas conuertendi eas in sanguinem, & percutere terram omni plaga quotiescunque voluerint. Non immorabor in explicandis mystico sensu his verbis, quum simplicior sensus ac verior mihi videatur, si ad literã intelligas: non quòd huiusmodi potestate antichristi tẽpore vsi sint: sed quum futurum esset, vt duos istos testes mox Ioannes scriberet à bestia, ipso scilicet antichristo, occidendos: ne quis ex virtute ipsius antichristi magis quàm dei permissione, occisos putaret: præmisit vim illorum ac potestatem, nimirum qua prędicturos aduersus antichristum, imò aduersus omnem orbem possent: ij (inquit) habent potestatem claudendi cælum, &c. alludit ad id quod 3. Regum 17. scribitur, & Iacobi. 5. apertius: Helyas homo erat similis nobis passibilis, & oratione orauit, vt non plueret super terrã, & non pluit annos tres & menses sex: si enim hanc habuit Helyas potestatem nondum in cælum raptus, non similem habebit ad conuincendum Antichristum missus? Quod verò ait, potestatem habent super aquas conuertendi eas in sanguinem, & percutiendi terram omni plaga quoties voluerint, id Moysi vim ostendit, qui aduersus Pharaonem similia patrauit: vnde licet hos duos testes nonnulli & bona pars Helyam & Enoch intelligant: Victorinus Helyam & Hieremiam, certè quum de aduentu vnius Helyæ scriptura tantum loquatur, de altero certi nihil habeamus: non ineptè mihi videntur sentire, qui Moysem alterum fore putent, vt sicuti primi aduentus in carnem testes adfuere Helyas & Moyses in monte illo, ita secundi aduentus in iudicium, testes sint & præcursores: nihil enim contra hoc facit, quòd mortuus est Moyses: sicut enim verè in euangelio suscitatus legitur, ita rursum adprænunciandum Christi aduentum suscitabitur. porrò potestas hæc vertendi aquas in sanguinem, & plaga terram percutiendi Moysi propria, facit vt non incommode Moysem alterum ex testibus fuisse coniiciamus, ita tamen vt certi nihil diffiniamus.

3. Et

3. Et cùm finierint testimonium suum, id est, quum officium prædicandi aduentus Christi & pœnitentiæ, ad quod missi erant, compleuerint. *Bestia quæ ascendit de abysso.* id est, antichristus bestia ob bestiales mores, qui ascẽdit per superbiam: quia, vt Paulus testatur, extolletur supra omne quod dicitur deus: ita vt in templo dei sedeat: hæc, inquam, bestia quæ de abysso .i. profundo iniquitatis & malitiæ ascẽdit, *faciet aduersus eos bellũ*: primũ disceptationibus, deinde blãdiciis & illectamentis, neq; verò sic vincet, demum gladio & persecutionibus pugnabit, & hoc modo cedentibus violentiæ tyrannorũ fidelibus, *vincet illos, & occidet eos, & corpora eorum iacebunt, &c.* in plateis ciuitatis magnæ, quam Hierusalem esse constat, q̃ illic dominũ esse dicat crucifixum, & ibi dicatur antichristus sedem habiturus & in templo dei sessurus. quam vocat spiritualem Aegyptum & Sodomam ob imitationem flagitiorum quæ olim in Sodoma & Aegypto fiebant: asserit autem futurum vt inhumata eorum corpora triduum iaceant spectaculo omni nationi & genti proposita, vt tantæ crudelitatis spectaculo deterriti Christiani à fide deficiant, impij autem in errore confirmentur:

quotiescunque uoluerint. 9 *Et cùm finierint testimonium suum: bestia quæ ascendit de abysso, faciet aduersum eos bellum: & uincet illos, & occidet eos. Et corpora eorum iacebunt in plateis ciuitatis magnæ, quæ uocatur spiritualiter Sodoma, & Aegyptus, ubi & dominus eorum crucifixus est. Et uidebunt de tribubus, & populis, & linguis, & gẽtib⁹ corpora eorũ p̃ tres dies, & dimidiũ: & corpora eorũ non sinent poni in monumentis, & inhabitantes terram gaudebunt super illos, & iucundabuntur: & munera mittent inuicem, quoniam hi duo prophetæ cruciauerunt eos, qui habitabãt super terram. Et post dies tres & dimidium, spiritus uitæ à deo intrauit in eos: & steterũt super pedes suos, & timor magnus cecidit super eos qui uiderunt eos. Et audierunt uocem magnam de cælo dicentem eis, Ascendite huc. Et ascenderunt in cælum in nube: & uiderunt illos inimici eorum. Et in illa hora factus est terræmotus magnus: & decima pars ciuitatis cecidit. & occisa sunt in terræmotu nomina hominum septem millia, & reliqui in timorem sunt mis-*

firmentur: omnésque magistrum antichristum sectantes. *& inhabitantes terram*, id est, terrenis addicti concupiscentiis mutuo se mu neribus afficient de nece prophetarum inuicem sibi congratulantes. *Quoniam ũ duo prophetæ cruciauerunt eos qui habitabant super terrã*, id est, terrenos homines sua ipsorum flagitia carpendo & palàm faciendo, ac vermem conscientiæ quo cruciarentur, ingenerando. Hos autem prophetas post tres dies & dimidium exuscitatos ad vitam, videntibus inimicis in cælum ascendisse asserit in nube, vt qui Christum morientes imitati erant, imitarentur ascendentes in nube, iis autem ascendentibus ter ræmotum fuisse asserit, commotis terrenis hominibus, aliis ad pœnitentiam, aliis ad maiorem duritiem: & decima pars ciuitatis cecidit, numerus certus pro incerto. quidam exponunt decimam partem reprobos, qui rectè contra decalogum studio egere. Et occisa, inquit, sunt nomina hominum septem millia, i. septies mille homines: reliqui timore correpti, deo gloriam dederunt ad fidem conuersi.

sti, & dederũt gloriã deo cæli. 4 *Væ secundũ abiit: & ecce uæ tertiũ uenit cito. Et septimus angelus tuba cecinit: & factæ sunt uoces magnæ in cælo, dicentes, Factum est regnũ huius mũdi domini nostri & Christi eius, & regnabit in sæcula sæculorum. Amen.* 5 *Et uigintiquatuor seniores qui in conspectu dei sedent in sedibus suis, ceciderunt in facies suas, & adorauerunt deum, dicentes, Gratias agimus tibi domine deus noster omnipotens qui es, & qui*

4. *Væ secundum abiit*, in antichristi persecutione: *& ecce væ tertiũ uenit cito.* vel venit in præsenti, nam græcè est ἔρχεται: quod tamen frequenter pro futuro ponitur. *Et septimus angelus tuba cecinit.* i. septimus ordo virorum bonorum & prædicatorum, qui post mortem antichristi instans iudicium futuramq; bonorum & malorum remunerationem prædicabit. *Et factæ sunt voces.* i. laudes & gratiarum actiones *in cælo.* i. in ecclesia militante ac triumphante, *dicentes factũ est regnũ mũdi dei nostri & Christi eius, & regnabit deus in sæcula.* quum enim antichristum spiritu oris sui Christus interfecerit, sopita & extincta antiqui hostis, quam totam exeruerat, malitia: verè regnum in hoc mundo vnà cum patre obtinebit Christus: neq; enim ante plane regnabat, consortium imperij cum eo, imò maiorem imperii partem obtinente diabolo.

5. *Et uigintiquatuor seniores, &c.* i. tota beatorum cohors qui sedẽt in

æternę beatitudinis ſedibus,ceciderunt in facies ſuas habitũ præſe ferentes adorantiũ, & adorauerunt dicentes, *Gratias agimus, &c. quia accepiſti virtutem tuam magnam, & regnaſti.* i. quia manifeſtata vi potentiáque tua, regnum victo hoſte diabolo & Antichriſto adeptus es, regémque te oſtendiſti & præſtitiſti.

6. *Et iratæ ſunt gentes*, id eſt, infideles ac reprobi, *& aduenit ira tua*, in eos, *& tempus mortuos iudicari.* i. tempus in quo iudicium ferendum de mortuis, quando non iam pœnitẽtiæ & miſericordiæ, ſed iræ & iudicij locus eſt, ſimiliter tempus præmiandi bonos, puſillos & magnos, id eſt, perfectiores & imperfectiores, *& tempus exterminandi eos qui corruperunt terram*, vel corporis ſui terram, ſordibus peccati maculando vel aliorum etiam terrã, id eſt, ſimiles ſui terrenos homines ad ſimilia ſecum flagitia illiciendo.

eras, & qui uentuarus es: qui accepiſti uirtutem tuam magnam, & regnaſti. 6 *Et iratæ ſunt gentes & aduenit ira tua & tempus mortuorum iudicari, & reddere mercedem ſeruis tuis prophetis & ſanctis, & timentibus nomen tuum puſillis & magnis, & exterminãdi eos qui corruperunt terram.* 7 *Et apertum eſt templum dei in cælo: & uiſa eſt arca teſtamenti eius in templo eius, & facta ſunt fulgura, & uoces, & terræmotus, & grãdo magna.*

7. *Et apertum eſt templum dei in cælo.* hic omnes aſſerunt denuò à capite repeti myſteria. Itaque cælum ſcripturam ſanctam interpretãtur multis ſententiarũ luminibus ſplendeſcẽtem, templum in eo vniuerſum Chriſti myſterium, quod incarnatione Chriſti apertum eſt: & eo templo aperto. i. cognito incarnationis humanæ ſacramento, viſa eſt arca veteris teſtamenti. i. veteris teſtamenti & legis ænigmata reſerata, quæ Chriſtum obumbrabant, venturum: *& facta ſunt fulgura* miraculorum, & voces prędicationũ, *& terræmotus* hominum, conuerſorum & auerſorum, *& grando magna* vehementis perſecutionis, perſequentibus ad mortem Chriſtianos tyrannis: vel dic quòd cælum eſt eccleſia militans, templum Chriſtus eſt, in quo deo patri ſacrificia ſua offert eccleſia: hoc templum apertum, id eſt, Chriſtus ipſe in eccleſia manifeſtatus eſt, quando teſte Paulo ad Eph. principatibus & poteſtatibus in cęleſtibus per eccleſiam innotuit multiformis ſapientia dei: *& tunc viſa arca*, id eſt, apertè cognita in Chriſto veteris teſtamenti ænigmata.

1. *Et ſignum*

1. *Et ſignum magnum apparuit in cælo, mulier amicta ſole.* mulier amicta ſole ab omnibus penè exponitur ſancta eccleſia, quippe quæ ſignũ eſt, quo collimare omnes fideles oportet: & bene apparet in cælo, quia noſtra fideliúmque omnium conuerſatio in cælis eſſe debet, dicente Paulo eccleſiæ nomine: Noſtra autem conuerſatio in cælis eſt. Et bene hæc mulier *amicta ſole* dicitur, quæ ſolẽ iuſtitiæ Chriſtum per fidem in baptiſmo induit, dicente Paulo Galat. 3. Quicunque enim baptizati eſtis in Chriſto, Chriſtum induiſtis. *Et luna ſub pedibus eius*, quia terrena omnia quæ velut luna per defectum quotidie decreſcunt propter amorem Chriſti caleauit: vel vt Rupertus exponit, Luna hæretici ſunt vagi & inſtabiles, imò nuſquam penè inter ſe præ opinionum diuerſitate concordes. bene autem ſub pedibus ſunt eccleſiæ, quia quantumcũq; præualere ad tẽpus videãtur hęretici, præualebit tamẽ tandem eccleſia, neque ſponſam ſuam cui ſe perpetuò affore promiſit, Chriſtus vinci ſinet? *Et in capite eius corona ſtellarum duodecim*: quia in capite & primordio naſcentis eccleſiæ Chriſti duodecim apoſtolorum cœtu tanquã corona ornata eſt: vel caput eccleſiæ Chriſtus eſt. dicente Paulo ad Colloſſ. Ipſe eſt caput corporis eccleſiæ, in hoc eccleſiæ capite corona erat ſtellarũ duodecim apoſtolorũ ſcilicet 12. qui radicati & fundati in Chriſto aptè ſtellæ nũcupantur: quia teſte Daniele qui ad iuſtitiam erudiunt multos, tãquã ſtellæ in ppetuas æternitates. *Et in vtero habẽs, & clamabat parturiens: in vtero habens*, id eſt, prægnans & grauida, Hebraiſmus eſt: Quum autem ipſe Chriſtus in euangelio dicat, Qui facit voluntatem patris mei, hic frater, & mater, & ſoror eſt: Sancta eccleſia,

ARGVMENTVM Cap. 12.

¶ Hoc capite eccleſiæ deſcriptio nomine mulieris parturientis, & draconis contra eam filiumq; eius inſidiæ contimentur: deinde ipſius & filij ab eo præſeruatio, poſtmodum Michaelis angelorumq; eius aduerſus draconem & eius apoſtatas angelos pugna & victoria, eámq; ob rem gratiarum per fideles actio. Demum draconis aduerſus mulierem, quæ ob id in deſertum volauit, aduerſúſque omnes fideles exacerbatio.

CAPVT XII.

A

1 ET *ſignum magnum apparuit in cælo: mulier*
E *amicta ſole, & luna ſub pedibus eius, & in capite eius corona ſtellarũ duodecim, & in utero habẽs: & clamabat parturiẽs, et*

ea quæ æterno patri placita sunt faciendo, fœcundante eam spiritus sancti gratia Christum concipit, eiúsque mater efficitur: concipit, inquam, in suis fidelibus, & vnusquisque fidelium in se, per fidem: parturit per bonam voluntatem, parit per actionem: bene autem clamat vt parturiens, *Et cruciatur vt pariat*, ac de filiis mundi & diaboli, filios dei efficiat, Christum in eis pariens: nec temerè dictū est, ꝙ crucietur: quum scriptum sit, Oēs qui pie volūt viuere in Christo (hoc est enim Christū parere) persecutionē patiētur: & hoc nouissimū, parturire est. Si enim Paulus ille viuum ecclesiæ membrum parturire se testetur ad Galat. dicens: Filioli mei quos iterum parturio, donec formetur in vobis Christus, quanto magis pia mater ecclesia parturiens, per assiduas orationes & prædicationes, cruciatur continuis vigiliis & ieiuniis, vt Christū in fidelibus suis pariat?

cruciatur ut pariat. [2] *Et uisum est aliud signum in cælo, & ecce draco magnus, rufus, habens capita septē, & cornua decem, & in capitibus eius diademata septem, & cauda eius trahebat tertiam partem stellarum cæli, & misit eas in terram.* [3] *& draco stetit ante mulierē quæ erat paritura: ut cùm peperisset, filium eius deuoraret. Et peperit filium masculum, qui recturus erat omnes gentes in virga ferrea: & raptus est filius eius ad deum & ad thronum eius, & mulier fugit in solitudinem, ubi habebat locum paratum à deo, ut ibi pascat eam diebus mille ducentis sexaginta.* [4] *Et factum est prælium magnū in cælo. Michael & angeli eius præliabantur cum dracone, & draco pugnabat & angeli eius, & nō ualuerūt, neq; locus inuētus est eorū amplius in cælo. & proiectus est draco ille magnus, serpens antiquus, qui*

2. *Et uisum est aliud signum in cælo.* i. ecclesia, & bene aliud est, quia longè diuersum à priore. *Et ecce draco magnus*, diabolus scilicet, draco per ferociam magnus, per superbiam & potestatem: ipse est enim rex super omnes filios superbiæ: & teste Iob, non est potestas super terrāquæ cōparetur ei: hic draco erat *rufus*, id est, crudelitate sua qua in primitiua ecclesia martyres affecit, sanguinolentus, *habens capita septem*, id est, septem peccata capitalia, qui sunt septem spiritus nequam, contrarij septem donis spiritus sancti. *Et in capitibus eius septem diademata*, id est, de singulis capitalibus & mortiferis septem peccatis aduersus eos quos superat victoriā: ipse est enim princeps mundi huius, & rex super omnes filios superbiæ: de superatis per septem capitalia peccata, mortalibus, septem victoriæ coronas & diademata gestans. *Et cauda eius trahebat tertiam partem stellarum cæli*: quos enim non valet per apertam sæuitiam, per occultam fraudulentiam quæ cauda designatur, perimit: stellas autem cæli, fideles voco: qui fide ac bonis operibus lucent in ecclesia. Alij per tertiam partem stellarum, tertiam angelorum partem quos secum Lucifer abduxit, accipiunt: sed de primis præstat intelligere. *Et misit eos in terram.* dum terrenis eos concupiscentiis & delectationibus tenet incensos.

3. *Et draco*

3. *Et draco stetit ante mulierem quæ erat paritura, vt cùm peperisset, filium eius deuoraret.* diabolus enim ecclesiam, Christum per fidem fructúmque bonorum operum in fidelibus & fideles in Christo parere cupientem, instanter impugnat: imò Christum quem illa in cordibus fidelium parit, quod ad electos attinet, deuorare cupit, illum per peccati suggestionem, in cordibus eorum recens natum extinguendo, *Et peperit filium masculum*, ipsum videlicet in cordibus fidelium, Christum: bene masculum & virilem, non mollem, quippe qui gentes & omnes impios in virga ferrea austero scilicet damnationis iudicio reget. Alij per masculum filium, cœtum fidelium intelligunt, qui quū animi robore fideique fiducia valeant, gentes & impios in virga regent ferrea. i. vitæ austeritate & disciplina, quam præse ferunt ad se imitandum allicient, & tanquam cogent. *Et raptus est filius eius ad deum & thronum eius.* Christus eñ is quē in nobis parit ecclesia, raptꝰ est ad deum & thronum eius in ascensione, vnde matrem & sponsam aduersus draconis sæuitiam & malitiam tueatur: ipse quoque fidelium cœtus ecclesię filius, raptus est ad deum & thronum eius, quando aduersus draconis insultus & insidias mente in deum tanquam propicium patrem fertur, & gratiam robúrque impetraturus ad thronum fugit gratiæ & gloriæ ipsius.

4. *Et factum est prælium magnum in cælo.* i. ecclesia. Michael & angeli eius præliabantur cum dracone, non enim sanctarum modò prædicationum & euangeliorum documenta, sed & angelorū suffragia aduersus inimicos habet ecclesia: præliātibus inter se Michaele & dracone: illo, vt ecclesiam iuuet: isto, vt perdat: illo, salubria suggerēdo: isto, noxia cōsulēdo: angeli aūt Michaelis nō modò ministra-

torij ſpiritus angelici intelliguntur, ſed & viri boni qui angeli in cohortandis fidelibus adiuuant, ſicut & dæmonum angeli, ſimiles ſunt ipſi, homines peruerſi. Sunt qui prælium hoc de Michaele & lucifero intelligũt ab initio creationis ipſorum initum. *Et non præualuerunt draco & angeli eius*: quia vtcũque vexentur à dæmonibus & reprobis electi: tandẽ tamen præualẽt, neque hæreticorũ impiorúmve collu-

uocatur diabolus & ſathanas, qui ſeducit uniuerſum orbem: & proiectus eſt in terrã: & angeli eius cũ illo miſſi ſunt. 5 *Et audiui uocem magnam in cælo dicentem, Nunc facta eſt ſalus & uirtus, & regnum Dei noſtri, & poteſtas Chriſti eius: quia proiectus eſt accuſator fratrum noſtrorũ, qui accuſabat illos ante conſpectũ dei noſtri die ac nocte.* 6 *Et ipſi uicerunt eum propter ſanguinem agni, & propter uerbum teſtimonij*

ctationibus vnquã ſuccũbit eccleſia, ſupra firmã petrã fundata. *Et non eſt inuentus locus eorum in cælo*. i. in eccleſia, in iis ſcilicet quorum cõuerſatio in cælis eſt, implentibus illud Pauli ad Ephe. 4. Nolite locum dare diabolo. *Et proiectus eſt draco ille magnus*: diabolus ſcilicet, draco magnus, p ferociã & ſuperbiã. *Serpens* propter caliditatem, *antiquus* propter vetuſtã pec

candi conſuetudinem, vel quia ab initio, ſerpentis facie mulierẽ ſeduxit. *qui vocatur diabolus*. i. calũniator. Διαβόλων nempe calũniari ſignificat, & *ſathanas*. i. aduerſarius, bonis omnibus aduerſans: is inquam cum angelis ſuis apoſtaticis de cælo *proiectus eſt in terrã*. i. de fidelium cordibus, in quibus tanquam Deus in cælo habitat, proiectus eſt & abire permiſſus in terrena reproborum corda.

5. *Et audiui vocem magnam in cælo*. i. in eccleſia militante ac triũphãte, dicentẽ: *Nunc facta eſt ſalus*, per remiſsionem peccatorum, & *virtus*, id eſt, robur bene operandi ac diabolo reſiſtendi: & *regnum Dei noſtri*: quum enim deſierit regnare peccatum in noſtro mortali corpore: regnum in eo Deus & Chriſtus obtinebunt, quum ſcilicet tos nos illis obedientes exhibebimus. & facta eſt *poteſtas Chriſti eius*, id eſt proiecto dracone manifeſtata vis & poteſtas Chriſti: quæ nõ ante ſe totam exeret quàm perempto antichriſto regnum diaboli peſſundederit totũ: de cuius euerſione prophetans Ioãnes ait, quia proiectus eſt accuſator fratrum noſtrorũ, qui die ac nocte. i. inceſſanter, accuſabat illos ante conſpectum dei noſtri.

6. *Et ipſi uicerunt illum* non vi ſua, ſed *per ſanguinem agni*. i. per fidẽ ac meritum paſsionis Chriſti: ipſe eſt enim verus agnus qui abſtulit peccata

peccata mundi. *Et per verbum teſtimonij ſui*, id eſt, per apertam fidei de Chriſto cõfeſsionẽ. *Et non dilexerunt animas ſuas vſque ad mortem*. i. nequaquam concupiſcentias ſuas ac libidines proprias ſectati ſunt, adeò vt mortem peccati incurrerent audientes dicto Chriſti. Qui odit animam ſuam in hoc mundo, in vitam æternam cuſtodit eam: vel intellige, quod vſque ad mortem nõ dilexerunt animas ſuas. i. quòd vitæ propriæ pro Chriſto nõ pepercerunt: ſed ad mortẽ vſque expoſuerũt: nã animã p vita frequẽter ſcriptura ſumit.

ſui, & non dilexerunt animas ſuas vſque ad mortem. propterea lætamini cæli, & qui habitatis in eis. Væ terræ & mari, quia deſcendit diabolus ad uos habens iram magnam, ſciens quòd modicum tẽpus D *habet. Et poſtquã uidit draco quòd proiectus eſſet in terram: proſecutus eſt mulierem quæ peperit maſculum. & datæ ſunt mulieri alæ duæ aquilæ magnæ, ut uolaret in deſertum in locum ſuum, ubi alitur per*

Propterea lætamini cæli. i. eccleſia triũphans & eccleſia militans, & *qui habitatis in eis*, ſiue iã beati in triũphãte, ſiue iuſti & pij in militãte, lætamini inquam de proiectione diaboli & angelorum eius: contra autem, *Væ terræ ac mari, quia deſcendit diabolus ad vos*. *Terræ*, id eſt, iis quorum obſtinata eſt & fixa vt terra malitia: & *mari*, id eſt, iis qui animum vagum, inquietum, & inſtabilem habent, ac diuerſis fluctuantem vitiis aut hæreſum doctrinis: væ vobis inquam, *quia deſcendit diabolus ad vos* nam expulſus ab electis, atrocius in cæteros ſæuit diabolus: *Habens iram magnam, ſciens quòd modicum tempus habet*, id eſt, tanto magis indignatus, quanto breuiorem eſſe nouit ad eos tentandos & male afficiendos, ſuęque perfidiæ exercendas artes, hominum vitam. *Et poſtquam vidit draco quod proiectus eſt in terram, perſecutus eſt mulierem, quæ peperit maſculum*, quanto enim fortius ab eccleſia fideliúmque cordibus diabolus eiicitur, tanto eos acrius perſequitur: ſed non deſunt eis aduerſus illum auxilia. vnde ſubdit: Et datæ ſunt mulieri duæ alæ aquilæ magnæ, id eſt, duo teſtamenta, vetus ſcilicet ac nouum, quibus ipſa ſe per contemplationem ſubleuat: quæ duo teſtamenta aquilæ magnæ alæ dicuntur, quia vt aquila ſublimius volat cæteris animantibus, ita ſcriptura ſancta fidelium mentes in cælum calcatis terrenis ac ſub ſe longè relictis eleuat. datæ ergo ſunt illi *duæ alæ vt volaret in deſertum locum*, id eſt, ſolitudinis & contemplationis locum, & procul à turba ſeculi

carnaliúmque hominum. *Vbi*, id est, in qua solitudine *alitur* doctrina Christi, *per tempus & tempora & dimidium temporis*. i. per tres annos cum dimidio quantum temporis prædicauit Christus.

7. *Et misit serpens ex ore suo post mulierem*, id est, suggestione sua aduersus ecclesiam concitauit *aquam tanquam flumen*, id est, flumina & gurgites persecutionum: aquis enim persecutiones significari, inter mille locos, docet locus Psal. Saluũ me fac Deus quoniam intrauerunt aquæ vsque ad animã meam. misit ergo aquã post mulierem tanquam flumen, *vt faceret eam trahi à flumine*, id est, vt per multam persecutionem à fide cogeret deficere: sed *adiuuit terra mulierem*, terra inquam viuentium, ipsi scilicet pij ac fideles nunquam æterna morte morituri, & instar terræ fide firmi ac solidi, *aperuit enim terra os suum*, id est, persecutionis tempore clamauerũt instante & iugi oratione fideles ad dominum, vt ecclesiæ suæ adesset. *Et absorbuit flumen quod misit draco de ore suo*, absorbúit inquam siue terra, siue mulier, vtrocunque enim referri potest, flumen .i. persecutionum gurgites, quando vim persecutionum fortiter ferendo & durando, ecclesiæ fideles deuorarunt, ne minimo quidem gradu inde à fidei constantia prolapsi: imò amplius confirmati. *Et iratus est draco in mulierem*, id est ecclesiã, quòd expugnare eam non posset ob perfectorum firmam solidámque constantiam, & in aduersis patientiam. *Et abiit facere prælium cum reliquis de semine eius*, id est, cum imperfectioribus, qui etsi non sunt equalis meriti ac fidei cum martyribus, semen tamen sunt ecclesiæ: *quia custodiunt mandata dei*, per bonorum executionem operum: *& habent testimonium Iesu Christi*, fidem scilicet ipsam, quia neutrum sine altero prodest. *Et stetit super arenam maris*, id est, in hominibus vanis, leuibus & infructuosis conquieuit, principatúmque obtinuit.

tempus & tempora, & dimidium temporis à facie serpentis. 7 *Et misit serpens ex ore suo post mulierem aquam tanquam flumen: ut eam faceret trahi à flumine. Et adiuuit terra mulierem, & aperuit terra os suum, & absorbuit flumẽ quod misit draco de ore suo. Et iratus est draco in mulierem: & abiit facere prælium cum reliquis de semine eius, qui custodiunt mãdata dei, & habent testimonium Iesu Christi. Et stetit supra arenam maris.*

Expositio

Expositio capitis de uirgine Maria.

HActenus de hoc capite: quoniã verò & Rupertus, & græca scholia ipsum etiam de virgine & matre Maria explicant, nos ad eorum imitationem paucis de eadem ex scripturarum collatione explicemus. Signum apparuit in cælo. *Signum inquam hoc Maria virgo, de quo olim Esaias cap. 7. Propterea dabit vobis dominus ipse signum, Ecce virgo concipiet & pariet filium.* Et recte apparuisse in cælo signum hoc dicitur, quòd tum animi tum corporis insigni puritate longe aliena esset à terrenis mulieribus virgo. Mulier itaque amicta sole, *ipsa virgo fuit, quæ tota solem iustitiæ Christum induta fuit: si enim quotquot baptizati sumus in Christo, Christum induimus, quantò magis ipsa creaturarum omnium excellentissima mater?* Et luna sub pedibus eius, *quippe vaga & instabilia vt luna terrena hæc omnia, cælestis facta virgo calcauit.* Et in capite eius corona stellarum 12. *quia Christo qui non modo virginis sed, teste Paulo ad Ephesios caput omnium ecclesiarum fuit 12. apostolorum cœtus tanquam corona in circuitu semper adhæsit.* Et in vtero habens, & clamabat parturiens, & cruciatur vt pariat, *in vtero habens. i. impregnata à spiritu sancto, est enim Hebraismus: clamabat autẽ & cruciabatur vt pareret, id est, anxia erat & sollicita quomodo pareret: quia (vt inquiunt græca scholia) verebatur ac suspicabatur ne forte eam sponsus adulterij postularet nullo virili semine impregnatam.* Draco autem visus in cælo qui secum tertiam stellarum partem traxit, *lucifer intelligitur: qui secum tertiam & magnam angelorum partem de cælo in terram traxit & abduxit, quando inde à Michaele abiectus est, quod nunc quum taceat, paulò post explicabit.* Et draco stetit ante mulierem quę paritura erat: vt quum peperisset, filium eius deuoraret. *neque enim ignorabat ex prophetiis veterator ille diabolus nasciturum ex virgine filium, per quem euersum iri principatus sui oportebat imperium: itaque postquam eam sensit, nullo viri semine grauidam: nullum non mouit lapidem, vt statim natum Christum extingueret & deuoraret, quod mox à puero nato per infanticiadam Herodem facere molitus est.* Et peperit mulier filium masculum. *Maria scilicet Christum, virilem ac fortem, de quo Esaias:* Et vocabitur nomen eius admirabilis, *Deus fortis.* Qui recturus erat omnes gentes in virga ferrea, *id est, iudicij austeritate, iuxta quod illi in psalmis à patre dicitur, Reges eos in virga ferrea. Quum autem recens natum Christum per Herodem moliretur extinguere draco diabolus,* Raptus est filius eius ad Deum & thronum eius, *id est, ablatus est à furore Herodis, & in tutissimum diuinæ prouidentiæ & custodiæ locum receptus: sic enim dei thronum græca scholia explicant. Raptus est autem & ablatus ab Herodis ira: quando ad-*

do admonitus in somnis Ioseph audiuit, Surge & accipe puerum & matrem eius, & fuge in Aegyptum scilicet desertum, vbi habebat locū paratum à Deo, *qui enim mittebat Deus, indubiè locum illis vbi habitarent parauerat, licet de hoc nihil in scripturis sanctis caueatur.* vt ibi pascat eam diebus mille ducentis 60. *id est, tribus ferè annis cum dimidio: tantum enim temporis aiunt graeca scholia fluxisse à recessu Mariæ in Aegyptum vsque ad mortem Herodis: & ex historiarū collatione coniicitur. Prælium autem magnum in cælo factum, id est, cum Michaele ecclesiæ protectore, & dracone, similiter & proiectio ipsius draconis intelligi potest facta fuisse in ipso incarnationis Christi articulo: nato enim Christo, imperium diaboli eneruatum est, & virtus eius contrita: de quo gloriari & lætari fideles iubētur. Et quum vidisset draco se per virginis partum deiectum & in terram proiectum*, Persecutus est mulierem quæ peperit masculum. *hic graeca scholia repetitionem esse dicunt eorum quæ paulò ante recitauerat Ioannes: est enim frequens ecclesiasticis scriptoribus eadem repetere: persecutus est autem mulierem in filio suo, dum eum (vti nuper diximus) per Herodem ad mortem petiit.* Sed datæ sunt mulieri duæ alæ, vt à facie serpentis in desertum volaret. *Duas alas graeca scholia duas monitiones explicant: priorem, quando admoniti in somnis Magi recesserunt per aliam viam in regionem suam: Alteram, quando admonitus in somnis Ioseph audiuit ab angelo: Accipe puerum & matrem eius, & fuge in Aegyptum: his admonitionibus tanquam alis inixa duabus volauit in desertum Aegypti, secessitque in locum sibi illic à deo præparatum, vbi alita est & diuina prouidentia pasta, per tempus & tempora & dimidium tēporis, id est, tres annos cum dimidio, tot enim anni aut circiter fluxere à nece infantium & fuga Christi vsque ad mortem Herodis. Vbi autem nihil se per Herodem profecisse serpens intellexit,* Misit ex ore suo aquam tanquam flumen post mulierem, vt faceret eam attrahi à flumine. *aquarum nomine persecutiones & afflictiones intelligi docuimus, ex loco Psal. Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ vsque ad animam meam: Verba enim sunt filij ad patrem in cruce clamantis. Videns ergo frustra tentatam sibi viam per Herodem diabolus,* ex ore suo, *id est, suggestione sua per Iudæos, scribas, & Pharisæos afflictionum & tribulationum gurgites mulieri immisit. ex afflictionibus filij in se redundantes, quibus enim putas dolorum vorticibus pulsatam fuisse pendēte filio piam matrē? tum certe veram agnouit pij illius senis prophetiam, Et tuam ipsius animam doloris pertransibit gladius. Hoc ergo dolorum flumen mulieri diabolus illisit, vt faceret eam attrahi à flumine, id est, vt hoc dolorum flumine illam obrueret:* Sed adiuuit terra mulierem, *quomodo autem adiuuerit, subdit:* Et terra aperuit os suum, *quādo in monumento Christum recepit:* Et absorbuit

sorbuit flumen quod misit draco de ore suo. *flumen enim dolorū quod ex innumeris Christi persecutionibus, quotidie Mariam angebat, missō in terram Christi corpore absorptum est, quia cessantibus à Iudæorū inuidia, Christi persecutionibus, cessauit & mulieris dolor.* Et iratus est draco in mulierē, *quòd prævalere aduersus eam & filiū eius nō posset.* Et abiit facere prælium cum reliquis de semine eius. i. *cum cæteris fidelibus, qui semē sunt Christi, quia fratres Christi per adoptionem: quum enim aduersus Christum non prævaleret, aduersus eos qui dei mandata custodiunt, & testimonium Iesu Christi habent. i. eum confitentur, prælium iniuit, communis humani generis pernicies. Hactenus lector quatenus græcis scholiis adiuti conicere etiam per nos ipsi potuimus, quàm proximè ad literam & scripturarū consonantiā fieri potuit, de virgine matre dixerimus, si quis aptiora & concinna magis afferet, libenter accepturi.*

ARGVMENTVM Cap. 13

¶ Nomine *bestiæ*, Antichristi cæterorumque eius & diaboli satellitum habitus describitur, eorúmque blasphemia, & impietas, & pugna aduersus sanctos: deinde specialiter Antichristi satellites & prædicatores manifestantur, cum potestate etiam insolita miracula faciendi. vnde ad simulacri bestiæ adorationē, & eius characterem gestandum penè omnes compellent.

CAP. XIII.

A 1 Et vidi de mari bestiam
c ascendentem habentem
capita septem, & cornua decem, & super cornua eius, decem diademata, & super capita eius nomina blasphemiæ. Et bestia, quam vidi, similis erat pardo, & pedes eius sicut pedes ursi, & os

1. Et *vidi bestiam ascendentem de mari*, Bestia ista antichristus est, & eo principe reproborum cœtus, bestiarū more degens: qui de mari ascēdit, quādo de sęculo hoc nequam & vitiorum profunda abyssō in superbiam & ferociam se erigit: quæ bestia *habebat capita septem* sicut & draco. i. septenarium vitiorum capitalium: imò quia septenarius numerus perfectus est, vitiorum omnium vniuersitatem: *& cornua decem.* i. decem sub se reges & acies rectà contra decalogū agētes. Et *super capita bestiæ nomina blasphemiæ*, quia nō modo antichristus ipse sed oēs etiā illius principes satellites aduersus deū & Christum eius blasphemare non verebuntur. Et *bestia quam vidierat*

vidi, erat similis pardo, ob peruersorũ morũ varietatem. *Et pedes eius sicut vrsi*, per sanctorum conculcationem: vrsis enim vis est in pedibus calcandi, *& os eius vt leonis*, per apertã in dilaniandis sanctis ferociam, vis enim leonis in ore est & rictu. *Et dedit illi draco virtutẽ suam*, quia nõ Antichristo modo, sed ministris suis omnib⁹ vim nocẽdi tribuit diabolus. Et dedit etiam illi potestatẽ suã, Græci addunt, καὶ θρόνον αὐτῦ, id est, sedem suam. Sedit enim in sede draconis Antichristus, quia sicut & ille voluit esse similis altissimo: ita teste Paulo extollet se iste supra omne quod dicitur de⁹, ita vt ĩ templo dei sedeat. *Et vidi vnum de capitibus eius quasi occisum in morte.* Capita diaboli omnes reprobi sunt, sed vnum ac præcipuũ caput ipsius Antichristus erit, quod vidit Ioãnes quasi occisum, finget enim se mortuum, vt simulata resurrectione fidelibus imponat, vnde subdit, *Et plaga mortis eius curata est*: plaga quidem nõ vera sed apparens, finget enim se mortuum & occisum quemadmodum occisus est Christus, vt simulata resurrectione Christum se mẽtiatur.

eius sicut os leonis. Et dedit illi draco uirtutem suam, & potestatẽ magnam. Et uidi unũ de capitibus suis quasi occisum in mortem: & plaga mortis eius curata est. ² *Et admirata est uniuersa terra post bestiam.*

Et adorauerunt draconem qui dedit potestatem bestiæ, & adorauerunt bestiam, dicentes: Quis similis bestiæ? & quis poterit pugnare cũ ea? Et datum est ei os loquens magna & blasphemias: & data est ei potestas facere menses quadraginta duos, Et aperuit os suum in blasphemias ad deum blasphemare nomen eius, & tabernaculum eius, & eos qui ĩ cælo habitãt. Et est datum illi bellum facere cum sanctis: & uincere eos. Et data est illi potestas in omnem tribum, & populum, & linguam, & gentem: & adorauerunt eam omnes qui inhabitabant terram, quorum non sunt scripta nomina in libro uitæ agni, qui occisus est ab origine mundi. Si quis habet aurem, audiat. Qui in captiuitatem duxerit, in captiuitatem uadet: qui in gladio occiderit, oportet eum gladio occidi. Hic est pa

2. *Et admirata est vniuersa terra post bestiam.* i. vniuersi terreni & luxuriæ dediti homines: adeò autem, vt draconem & bestiam adorauerint, putantes neminem ei posse resistere. *Et datum est ei os loquẽs magna.* i. fastosa, & superba, *& blasphemias*: nam deo & Iesu maledicet. *Et data est ei*, id est, permissa *potestas facere.* quidlibet *menses* 42. i. annos tres cum dimidio, quantò tempore regnaturus fertur Antichristus. *Et aperuit os suum in blasphemias ad deum.* i. non nisi blasphemiis apertum os habuit, vt blasphemaret nomen eius. i. nomen vel fidẽ quia mundo innotescit *& tabernaculum eius.* i. ecclesiam militantẽ, quæ hic adhuc peregrinatur ad dominum: & eos qui habitant in cælis. i. apostolos ac martyres, cæterósque beatos: seductores eos & impostores appellando. *Et datum est ei.* i. à deo permissum, *facere bellum cum sanctis.* i. contra sanctos *& vincere eos*: quos enim blanditiis aut suasionibus & disputationibus ad se allicere non poterit, vi armorum & afflictionum adducere nitetur. Et qui duobus modis non præualuit, tertio præualebit: vincet enim occidẽdo, sed nõ peruertendo: nulla autem erit gens aut natio ab eius impetu secura: data est enim illi potestas in omnem tribum & nationem. *Et adorauerunt eum omnes qui habitabant terram.* i. terreni homines, de iis enim intelligi

intelligi docet locus sequens: *Quorum nomina non sunt scripta in libro vitæ Agni qui occisus est ab origine mundi.* i. qui nõ sunt scripti in libro æternæ præscientiæ & prædestinationis qui est liber agni, qui antea dictus est sigillatus, quia ante iudicium non constabit qui prędestinati fuerint & qui reprobi: quidam sic ordinant lectionem, quorum nomina ab origine mũdi. i. ab omni æuo non sunt scripta in libro vitę agni: alij legunt, in libro vitæ agni q occisus est ab origine mundi: quem locum ĩtelligas oportet quòd occisus erat in mente & idea diuinæ præscientię ab origine mundi & ab æterno, quia effectus sequentes nihil mutãt in idea diuinæ præscientiæ, vel dic quòd per figurã occisus est ab origine mundi in Abel, quando Abel à Cain fratre occisus Christum præfigurabat à Iudæis fratribus occidendum: priori tamen vt intelligentiæ assentiar persuadet me locus sequẽs cap. 17. Et mirabuntur inhabitantes terram, quorum nõ sunt scripta nomina in libro vitæ à constitutione mundi. Quoniam verò præmiserat fore vt in electos bellaret, & eos vinceret Antichristus, & opprimeret: ne desperandi occasio fidelibus daretur, consolationem subdit dicens: *Si quis habet aurem audiat: qui in captiuitatem duxerit: in captiuitatem vadet.* futurũ est enim vt quosdam exilio multet Antichristus & ad seducẽdum, captiuos teneat: sed qui captiuos fideles tenuerit, ipse in tenebras exteriores captiuus ibit. *Et qui gladio occiderit, oportet eum gladio occidi*: qui enim gladio

C Gen. 4. a. Mat. 26. c.

dio corporali innocentes occiderit, vt facturus est Antichristus, vel corporali occidetur, vel spirituali vti Antichristus, quem spiritu oris sui Christus interficiet. *Et hic est patientia & fides sanctorum*, id est, in hoc patientiam habere debent, & fidem credentes: quia scilicet si nullum malum impuniti, nullū etiam bonū, futurū est irremuneratum.

3. *Et vidi aliam bestiam ascendentem de terra*: altera bestia falsorum Antichristi prædicatorum caterua est, quæ de terra ascendit, quia de terrenis suis concupiscentiis, vnde terrenā suam fragilitatē agnoscentē humiliari oportebat, in altum superbiæ & singularitatis licet occultæ & per hypocrisin se erigit. *Et habebat cornua duo similia agni*. duo cornua agni, duo sunt scripturæ testamenta. quæ agnum Christum, & nasciturum prædicunt, & natū proferunt: bene autem dicitur nō quòd duo cornua agni sed similia agni cornib⁹ habet hæc bestia: simulatam enim tantū agni Christi, pbitatem præseferunt, licet impietatem suam, duobus cornibus ipsius, vtriusque scilicet testamenti authoritate tueri frustra contendunt. Hæc autem bestia loquebatur sicut draco, blasphema & impia: & potestate eadem vsa est qua & bestia coram ipsa, ficta enim miracula quæ per Antichristum faciet diabolus, per Antichristi ministros & prædicatores etiā facturus est: tanta enī facturi sunt ficta miracula vt habitantes in terra. i. terrenos homines cogant adorare primā bestiam Antichristum scilicet, *cuius curata est plaga mortis* apparēter, quando se finxit à morte resurgere, quinimò educto cælit⁹ igne, & patratis in cōspectu bestiæ miraculis, coget eos facere imaginē bestiæ, cui spiritū vitæ dabūt & loquelā, apparēter quidē, loquēte per eā atq; illam mouente diabolo: quin edictum faciet, vt qui eam imaginē

tientia & fides sanctorum. 3 *Et vidi aliam bestiam ascendētem de terra: & habebat cornua duo similia agni, & loquebatur sicut draco. Et potestatem prioris bestiæ omnem faciebat in conspectu ei⁹: & fecit terram & habitantes in ea, adorare bestiam primam cui⁹ curata est plaga mortis. Et fecit signa magna, ut etiam ignem faceret de cælo descendere in terram in conspectu hominum. Et seduxit habitantes in terra propter signa quæ data sunt illi facere in conspectu bestiæ, dicens habitantibus in terra, ut faciant imaginem bestiæ, quæ habet plagā gladij, & uixit. Et datum est illi ut daret spiritum imagini bestiæ: & ut loquatur imago bestiæ: & faciet, ut quicunque non adorauerint* D

non adorauerint, occidantur: hæc omnia quia corporaliter futura dicunt, non morabor in mystica expositione. Victorinus ait, aureā Antichristi imaginē in tēplo Ierosolymis vt adoretur, collocandā. 4. *Et faciet oēs pusillos, &c.* quemadmodum Christiani Christi charactērē crucē ipsā gestamus, sic oēs planè ī dextra manu aut frōte Antichristi notā aliquā insignē vnde se Antichristianos appellent gestare cogēt, interdicentes ne qspiā emere possit aut vēdere q nō eū characterem aut bestiæ nomē, aut numerū nominis bestiæ habuerit. i. qui non dederit nomē in nomē ipsius, aut nō accēseatur inter eius satellites. *Hic est sapientia, qui habet intellectū cōputet numerū bestiæ.* numer⁹ enī hoīs est quasi diceret: noīari potest, hoīs enī numer⁹ est nō dei, cui⁹ sapiētiæ nō est numer⁹, qq̄ ille se deū mētiatur. *Et numerus ei⁹. 666.* ego sanè q sit iste numerus planè me ignorare fateor, & nec dū ea donatū sapiētia quę reperire id possit, multi hic græca noīa fingūt Antichristo apta, quorū literæ dictū numerū faciāt, ego me hic torquere nolo ad alia properās, si quādo pl⁹ erit ocij, & nos in eo aliquot horas collocabimus.

imaginem bestiæ, occidantur. 4 *Et faciet omnes pusillos, & magnos, & diuites & pauperes, & liberos, & seruos habere characterē. in dextera manu sua, aut in frontibus suis. & ne quis posset emere, aut uendere, nisi qui habeat characterem, aut nomen bestiæ aut numerum nominis eius. Hic sapiētia est. Qui habet intellectum: computet numerum bestiæ. Numerus enī hominis est: & numerus eius sexcenti sexagintasex.*

ARGVMENTVM Cap. 14.

¶ *Agni & virginei cœtus agnum collaudantis hoc capite descriptio habetur, deinde angeli prædicatio ad deū adorandū cohortantis, & instans iudicium proclamantis: postmodum per alterum angelū spiritualis Babylonis euersio, & per tertium angelum eorum qui bestiam adorauerunt damnatio, & mortuorum in domino quies, deinde iudicij per angelū in falce metētis & vindemiantis executio.*

CAP. XIIII.

A 1 *T uidi, & ecce agnus*
E *stabat supra mōtem Sion, & cū eo centum quadraginta quatuor millia habētes nomē*

1. *Et vidi*, spūali visione. Et ecce agn⁹ Christus, ppter vitę puritatē & innocētiā stabat paratus ad auxiliādū: *Supra montē Sion*, id est, ecclesiā cui præsidebat. Quid enim Sion (quæ speculans interpretatur) aliud significat, quàm triumphantem illam ecclesiam, quæ iam reuelata facie

facie domini gloriam speculatur? *Et cum eo centum quadraginta quatuor millia.* est autem numerus definitus pro indefinito. *Habentes nomen eius & nomen patris eius scriptum in frontibus suis.* i. fidem & charitatem qua filij & hæredes dei, cohæredes autem & fratres Christi dicuntur, palàm & intrepidè præferentes: hoc enim significat τὸ in frontibus: hic autem ex literæ sequentis contextu non vniuersus beatorum cœtus, sed eorum qui vnà cum reliquis virtutibus virginitate insignes fuerãt describitur. *Et audiui vocem de cælo.* in visione enim audiebat, sanctorum laudes, & quas deo agebant gratiarum actiones: vocem autem audisse se dicit. *tanquam aquarum multarum,* quia aquarum nomine populi nonnunq̃ intelligũtur, quidam interpretantur tanq̃ multorum populorum, mihi videtur alludere Ioannes ad impetum multarũ aquarum cum rupi aut saxo illidunt, tunc enim sonũ edunt vehementem: vocem ergo aquarum multarum. i. vocẽ sonoram valde, & plenã affectionum: quod etiã significans ait, & tanquam vocem tonitrui: nec sonoram modo & vehementis affectionis vocem significauit, sed & suauitatis plenam, cum citharœdorum eam cantibus comparauit.

ei⁹, & nomẽ patris ei⁹ scriptũ in frõtibus suis. Et audiui uocem de cælo, tanquam uocem aquarum multarum, & tanquam uocem tonitrui magni: & uocem quam audiui, sicut citharœdorum citharizantium in citharis suis. ² *Et cantabant quasi canticum nouum ante sedem & ante quatuor animalia, & seniores: & nemo poterat discere canticum, nisi illa centum quadraginta quatuor millia, qui empti sunt de terra. Hi sunt qui cum mulieribus nõ sunt coinquinati, uirgines enim sunt. Hi sequuntur agnum quocunque ierit. Hi empti sunt ex hominibus primitiæ deo & agno: & in ore eorum non est inuentum mendacium. Sine macula enim sunt ante thronum dei.* ³ *Et uidi alterum angelum uolantem per medium cæli, habentem euangeliũ æternũ, ut euãgelizaret sedẽtibus super terrã, & super omnem gẽtem, & tribũ, &*

2. *Et cantabant quasi canticum nouum.* hic τὸ quasi, non negat veritatẽ rei, sed asseuerat potius, vt in euangelio Ioannis de Christo ait, Vidimus gloriam eius quasi vnigeniti, id est, tanquam vnigeniti, hoc est, gloriam quam habere par est verè dei vnigenitum: ij *cantabant canticum nouum,* de nouis ac recentibus beneficiis sibi per Christum in nouo testamento adlatis: cantabant autem *ante sedem.* i. ante angelos qui sedes dei dicuntur, & *quatuor animalia.* i. quatuor euangelistas,

listas, & *seniores.* i. reliquos, Apostolos, patriarchas, & pphetas. *& nemo poterat discere canticũ, nisi illa cẽtum quadraginta quatuor millia, qui empti sunt de terra,* id est, precioso sanguine agni de terrena & carnali conuersatione redempti, vt cum Paulo in carne degentes extra carnem viuerent: canticum autem quod nemo alius discere poterat canticum est, quo de cõcessa sibi virginitatis gloria deo gratias agebant: vnde subdit, *ὅ sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati, virgines enim sunt.* sunt qui de virginitate animi omnium beatorum explicent, quam interpretari vel per baptismum vel per pœnitentiam dicunt, mihi cum mulierum commixtionẽ proponat, simplicius de vera virginitate loqui videtur, vt ad eam homines incitet: de quibus ob meritum virginitatis ait. *Hi sequuntur agnum,* id est, Christum *quocunque ierit.* Si enĩ de ministris suis in genere ille dicit, Si quis mihi ministrat me sequetur, & vbi sum ego, illic & minister me⁹ erit: rectè sequi illum dicuntur, qui virginitatis exemplo illi ministrarunt. *Hi empti sunt ex hominibus.* i. de impudica hominum conuersatione redẽpti, vt ne vnà cum hominibus & carnalibus polluerentur, empti sunt autẽ tanquã primitię deo & agno. i. agni sanguine, vt ipsius ac dei essent tanquã primitiæ. i. præcipui fructus & deo gratiores, *neque in ore eorum inuentum est mendacium.* quidã græci codices habẽt δόλος. i. dolus, Dionysianus codex ψεῦδος. i. mendacium.

3. *Et uidi alterum angelum,* siue angelum simpliciter, nam Dionysianus codex nõ habet ἄλλον. i. aliũ, neq; de quoq̃ angelo adhuc hoc capite facta est mẽtio. Vidi ergo angelũ. i. cœtũ prædicatorũ, *volãtem per mediũ cælum.* i. per mediã ecclesiã prædicationis munus celeriter & alacriter obeuntẽ. *Habentem euangeliũ æternũ,* doctrinã scilicet Christi quæ ob fausturn lętúmq; iustificationis & redẽptionis nũcium mortalibus mortuis adlatũ, rectè euãgeliũ dicitur: & æternũ, quia non sicut olim Iudæis temporaria, sed æterna bona pollicetur. Vidi ergo illum habentem euangelium *vt euangelizaret sedentibus in terra.* i. terram & orbem habitantibus, ne immoremur in mystica significatione, id enim sequentia verba explicant, super omnẽ gentem & tribum, &c. *Dicebat autem voce magna,* id est, affectione multa, & reuera apparebat Ioanni tanquam voce alta loquens & dicens

dicens, *Timete dominum, & date illis honorem, &c.* quia venit dies iudicij eius, siue in morte particularis cuiusque, siue vniuersalis omnium post resurrectionem: hoc autem subdit vt qui non ducuntur virtutis amore, agantur saltem iudicij timore, quos iubet adorare omnium conditorem, etiam & fontium, vt minima quæque nostri gratia illi curæ esse ostẽdat,

4. Et *alius angelus secutus est dicẽs*, inuitatis per priorẽ angelum ad deum adorãdum & honorandum hominibus, alterum proponit, qui terrenorum hominum & dei negligentium ruinam prædicet, dicens: *Cecidit Babylon illa magna.* quidam Græci codices addunt πόλις. i. ciuitas, Dionysianus non addit. Babylon autem quæ confusio interpretatur, ciuitatem diaboli & reproborũ significat communionem, quæ cũ se per superbiam aduersus fideles erexisset, nunc cecidisse dicitur. i. extincto principe suo diabolo & Antichristo vim potestatémque suã perdidisse: *Quæ à vino iræ fornicationis suæ potauit gentes.* i. quæ impietatis & idololatriæ furore inebriata, & cũ deis alienis (vero deo cui vni adhærere debebat relicto) fornicata, potauit omnes gentes: quando se inuicem Babylonis illius ciues.

linguã, & populũ, dicens uoce magna: Timete dominũ, & date illi honorem, quia uenit hora iudicij eius: & adorate eum, qui fecit cælũ & terram, mare & fontes aquarum. 4 Et *alius angelus secutus est, dicens: Cecidit cecidit Babylon illa magna: quæ à uino iræ fornicationis suæ potauit omnes gẽtes.* 5 Et *tertius angelus secutus est illos, dicens uoce magna: Si quis adorauerit bestiam & imaginem eius, & acceperit characterem in frõte sua, aut in manu sua: & hic bibet de uino iræ dei, quod mixtum est, mero, ĩ calice iræ ipsius: & cruciabitur igne* C *& sulfure in conspectu angelorum sanctorum, & ante conspectum agni: & fumus tormentorum eorũ ascendet in sæcula sæculorum: nec habent requiem die ac nocte, qui adorauerunt bestiam & imaginem eius, & si quis acceperit characterem nominis eius. Hic patiẽtia sanctorum est, qui custodiunt mandata dei & fidem Iesu.* 6 Et *audiui uocẽ de cælo dicentem mihi, Scribe, Beati mortui qui in domino moriũtur. Amodò iam dicit spiritꝰ, ut requiescant à laboribus suis. opera enim illorum sequuntur illos,* 7 Et *uidi: & ecce nubem candidam: & super nubem sedentem similem filio hominis, habentẽ in capite suo coro-*

i. membra diaboli, ad impietatẽ & idololatriam prouocauerunt.

5. Et *tertius angelus secutus est illos, dicens voce magna: Si quis adorauerit.* i. si quis quoquo pacto ĩ illius ĩpietatẽ cõsenserit ac nomẽ dederit, *hic bibet de vino dei, quod mixtũ est mero, ĩ calice iræ ipsiꝰ.* græc. hab. καὶ αὐτὸς πίεται ἐκ τοῦ οἴνου τοῦ θυμοῦ τοῦ θεοῦ τοῦ κεκερασμένου ἀκράτου, ἐν τῷ ποτηρίῳ τῆς ὀργῆς αὐτοῦ, id est, hic bibet de vino mero iræ dei, quod sibi scilicet mixtũ est, in calice iracundiæ ipsius: & sic ordinanda lectio ĩterpretis est, hic bibet de vino iræ dei mero in calice irę ipsiꝰ, quod quidem vinum iræ dei mixtum est sub. illi: non enim intelligas vinum esse mixtum mero, sed quod merum vinum iræ dei nulla temperatum aqua miseri cordiæ, illi mixtũ est, id est, datum ad bibendum. miscere enim dicitur non modo qui aqua diluit, sed qui vinũ fundit: iis autem verbis nil aliud vult Ioannes, q̃ bestiæ adoratores grauem dei irã & vltionem manere. Et qui adorauerit bestiam *Cruciabitur igne*, vel gehennæ reali scilicet igne, vel igne suę cõscientiæ perpetuò illum vrẽtis, aut vtroq; potius: *& sulphure.* i. fœtore suarum libidinum, quæ tanto illi erunt fœtidiores, q̃to in carne videbantur suauiores: cuius ignis & cruciatus fumum dicit coram Christo & angelis in sæculum ascendere, quia Christo & beatis videntibus in perpetuum torquebuntur impij: nec vlla erit illorũ requies. Hic *patientia sanctorũ est, qui custodiunt mãdata dei & fidem Iesu.* vides nõ sufficere fidẽ nisi adiungãtur & opera, & mãdatorum dei obseruatio. Hic autem. i. in hoc est, sanctorũ patiẽtia, ꝙ dum malos & impios puniri audiunt, se præmiatũ iri confidunt.

6. Et *audiui vocem dicentem mihi, scribe.* i. diligenter nota & attende, & tanq̃ annotatione dignum in libro tuo scribe, *Beati mortui qui in domino moriuntur.* i. qui in fide & confessione Christi domini moriũtur. Græca scholia exponunt mortuos in domino, mortuos peccato & mundo, mortificationẽ scilicet Iesu in suo corpore circũferẽtes. *Amodò dicit spiritus.* Græci addũt ναὶ. i. sanè, hoc est, amodò sanè, vel posthac dicit, sub. fore, aut dicit. i. iubet spiritus, vel spiritus ille angelicꝰ, vel spiritus sanctus qui per angelum reuelabat Ioanni, dicit inq̃ fore vt requiescant à laboribus suis, quos Christi nomine pertulerunt. *Opera enim illorum sequuntur illos.* i. merces per gratuitã dei liberalitatem illorum promissa bonis operibus.

7. Et *vidi & ecce nubem cãdidã.* post enumeratã beatorũ quietẽ, subdit malorũ dãnationẽ, asserens se vidisse nubẽ candidã, *& similẽ filio hominis.*

hominis. Christum scilicet aut alium similitudine Christi angelum *super nubem sedentem*, nubem inquam candidam: per quã nubẽ Christi carnem quidam intelligunt innocentiæ puritate candidam: mihi simplicius videtur velle Ioannes dicere, vidisse se illũ in nube venientẽ. sicut enim in nube eáq; lucida assumptus est in cælum, vnde ascẽdenti nubes nõ obstitit quin aspectabilis videretur, & ita eum venturũ quomodo erat assumptus angeli testati sunt, sic eum in nube venientem vidit Ioãnes, & sedentem: quippe qui ad iudiciũ veniret. stare enim Christus dicitur interpellans, sedere iudicãs. Viditigitur eũ sedentem *& habentem in capite coronam auream*, per quam regia Christi dignitas & auctoritas designatur. Et in manu eius falcem acutam: per quam iudiciaria significatur potestas: potest etiam intelligi habere coronam ad præmiandum bonos, falcem ad perdendum impios.

nam auream, & in manu sua falcẽ acutam. 8 *Et alius angelus exiuit de templo clamans uoce magna ad sedentem super nubem, Mitte falcem tuam & mete, quia uenit hora, ut metatur, quoniam aruit messis terræ. Et misit qui sedebat super nubẽ, falcem suam in terram: & demessuit eam.* 9 *Et alius angelus exiuit de templo quod est in cælo, habens & ipse falcem acutum.* 10 *Et alius angelus exiuit de altari, qui habebat potestatem supra ignem: & clamauit uoce magna ad eum qui habebat falcem acutam, dicens: Mitte falcem tuam acutam, & uindemia botros uineæ terræ: quoniã maturæ sunt uuæ eius. Et misit angelus falcem suam acutam in terram, & uindemiauit uineam terræ, & misit in lacũ iræ dei magnum: & calcatus est lacus extra ciuitatem, & exiuit sanguis de lacu usque ad frenos equorũ per stadia mille sexcẽta.*

Matt. 13.c. Ioel. 3.c. D

ARGVMETVM. Cap. 15.

¶ *Exultatio electorum & gratiarum actio de victoria in bestiam describitur, deinde 7. angeli, septẽ plagas orbem perdere parati.*

8. *Et alius angelus exiuit de templo.* per alium angelum angelicas innuit potestates de tẽplo ecclesię triũphantis exisse obuiam Christo super nubem sedenti, *& voce magna.* i. ardenti desiderio ad eũ clamasse *mitte falcem.* i. exere iudicium: falx enim iudiciariam potestatem significat: nam sicut falce omnem messor amputat segetem bonam ac malam, vnà scilicet cum tritico zizaniã, vt postmodum triticum in horreum, zizania foras mittat: ita angelorũ ministerio tanquam falce omnes succidet ante generalem resurrectionẽ bonos & malos Christus. mitte ergo (inquit) falcem, *quia venit hora vt metatur. i. vt iudiciũ exeratur: quoniam aruit messis terræ.* Quũ enim plenitudine gentium ingressa saluus erit Israel, factúmq; fuerit vnum ouile & vnus pastor Iudæorum scilicet & gentiũ: iam aruisse terra dicetur. i. ad perfectam bonorum maturitatem peruenisse: quia cõpleto electorum numero nullũ amplius de nouo fructũ faciet. Sãcti ergo angeli & beati ad consummationẽ suę beatitudinis studiis omnibus accelerationem iudicij expetunt: vnde ad eorum preces misit Christus falcem suam in terram, & messuit eam per mortem omnes succidendo, & bonos purúmque triticum in æterni patris horrea collocando, malos autem & zizania in baratrum, vbi perpetuò ardeant, præcipitando.

9. *Et*

9. *Et alius angelus, &c.* mihi omissa interpretationum varietate magis arridet ea quæ scripturis est conformior, vt per hunc angelũ intelligamus angelorum cœtum quorum ministerio in iudicio vsur⁹ est Christus. Et cũ ille Matt. 13. in parabola zizaniarũ testetur quòd messis est consummatio sęculi, messores autem sunt angeli, & quòd mittet filius hominis angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala, & mittent in caminum ignis: rectius per hunc angelum falcem habentem in manu, cœtus ille angelorum videtur intelligendus, ad peragẽdum Christi iussu & imperio, iudicium paratus. vnde & iudiciariam falcem habere in manu dicitur. i. paratã.

10. *Et alius angelus exiuit de altari templi.* Quum superius, templum cælũ, altare, Christũ esse dixerimus: alius angelus visus est Ioanni de altari exiens, id est, à Christo vero altari in quo sacrificia ecclesiæ offeruntur, missus: qui quidem angelus, *habebat potestatem supra ignem*, ignem scilicet conflagrationis, quia angelico ministerio ignis cõflagrationis per terrã & aërem effundetur: & clamauit ad angelum falcem habentem, *Mitte falcem tuam acutam*, id est, exere iudiciariam potestatem, *Et vindemia botros vineæ terræ.* i. amputa malos & impios, qui per botros terrestris & carnalis vineæ intelligũtur: electi enim botri sunt vineæ dei: reprobi, botri vineæ terræ: vindemia ergo vineæ terrestris botros, quoniam maturæ sunt vuæ ei⁹. i. cõsummatæ iniqtates Amorrhęorũ: maturę nẽpe dicũtur vuę reproborũ, quãdo vsq; ad cõpletã malitiã & pfundũ malorũ puenerũt. Et misit angel⁹ falcẽ suã & *vindemiauit vineã terræ*, auferẽdo de terra malignos & ipios *Et misit in lacũ iræ dei.* La

cus autem hic vas significat ad excipiendam vindemiam factum, quo metaphoricè infernus significatur. hoc loco, græcum verbum ληνὸς torcular significat: vnde subdit, & calcatus est lacus .i. ipsi in lacu positi reprobi, calcati sunt à diabolis: calcati sunt autē *extra ciuitatē* .i. extra ecclesiā, à cui⁹ cōsortio se subduxerūt impij. *Et exiit sāguis de lacu vsq; ad frenos equorū per stadia mille sexcēta.* hypbolica est locutio, significans immensam & propè infinitam fuisse dānatorum pœnam & vltionem. Tunc enim immensa est prælij quantumcunque asperi & immanis crudelitas, quando per stadia mille sexcenta vsque ad fræna equorum præ occisorum multitudine, sanguis ascendit.

1. *Et vidi septem angelos.* i. angelorum vniuersitatem: septenarij enim nomine ferè in scriptura significari solet vniuersitas: septem ergo angelos, inquit, vidi, *habentes septem plagas nouissimas* .i. paratos omni plagarum & suppliciorum genere reprobos perdere: plagas autem has nouissimas vocat, vtpote nouissima ætate inferendas, & quia post hæc nullis plagis orbem affecturus est deus, vnde & subdit: *Quoniam in illis consummata est ira dei.* per has enim plagas ablatis de area mundi & ecclesiæ improbis, post vniuersale videlicet iudiciū, nulli supererūt in mūdo, erga quos denuo vindicta diuina sæuiat.

2. *Et vidi tāquam, &c.* Mare istud baptismus est, quo in regenerationis lauacro immergimur: nec abs re mari comparatur, sicut enim omnes mundi sordes mare excipit & eluit, ita omnes omnium peccatorum sordes & maculas baptismus eluit, nec inde inficitur: vitreum autem dicitur, propter synceram, puram & lucidam fidei claritatem, quæ sicut & vitrum ab impuro tāgi non admittit: bene autem baptismi mare igne mixtum dicitur, igne videlicet spiritus sancti, qui in baptismo mittitur, & ignis à Ioanne baptista dicitur Ioā. 3, de Christo loquente: ille vos baptizabit spiritu sancto & igne.

3. *Et eos qui vicerunt bestiam, &c.* subaudi, vidi stantes: illos, inquam, qui se passi non sunt à bestia vinci, vt illam colerent, aut in fidē eius nomen darent, vidi ergo, inquit, eos qui bestiam spiritualiter vicerunt, quanquā ab ea corporaliter victos & occisos, *stantes supra mare vitreum*, id est, gratiæ baptismali sacramentorúmque fidei firmiter innitentes: *habentes cytharas dei.* Cytharas quæ fidibus constent ex intestinis mortuorum animātium confectis: græca scholia explicant, mortificationes membrorum quas in corpore suo fideles circunferunt. Mihi cythara nonnunquam pro gaudio & exultatione sumi videtur, vt Iob 3. Versa est in luctū cythara mea .i. lætitia, & hoc modo sensus esset, habentes cytharas dei .i. gaudentes & exultātes in deo. *Et cantantes canticum Moysi, & canticum agni*, id est, Christi, hoc est, vtriusque, noui scilicet ac veteris testamenti scripturis deum laudantes ac dicentes, *Magna & mirabilia sunt opera tua*. huius cantici facilis est intellectus. *Iustæ & veræ sunt viæ tuæ rex sæculorum*. i. rex æterne. Viæ autē dei mandata sunt ipsius per quæ vt in regnū cælorū perueniamus, ingredi nos oportet. Iustę istæ sunt dicēte Dauid, Iustus dominus in omnibus viis suis: similiter & veræ, dicēte eodē Psal. 118. Oēs vię tuę veritas: nihil enī nisi iustū præcipit, nil nisi verū & certū pollicet de⁹. *Quis non timebit te domine?* .i. oēs timebunt. sic Esaias: Quis non timebit te ō rex gētium? vnde subdit, *Quoniam oēs gentes venient & adorabunt in conspectu tuo.* quod longè antè præuidens Dauid dicebat: Omnes gētes quascunq; fecisti venient, & adorabunt corā te domine: quod indubiè tum fiet, quum in vnum ouile Christi plenitudo gētium intrauerit.

4. *Quoniam iudicia tua manifesta sunt.* nequaquam de iudiciis .i. consiliis dei in se, intelligendus est locus, iis scilicet quibus alios assumit, alios derelinquit: quum de eis dictū sit, iudicia dei abyssus multa: sed de illo finali iudicio, quo & bonos præmiabitur, & malos damnabit, accipiendus est locus.

5. *Et post hæc vidi, & ecce apertum est templum tabernaculi testimonij in cælo.* Græca scholia tabernaculum testimonij, cælū ipsum exponūt, vnde testimonia, leges & mandata dat dominus. hoc modo is mihi videtur

CAPVT XV.

1 *Et vidi aliud signum in* A
c *cælo magnū & mirabile: angelos septē, habētes*
plagas septem nouissimas. Quoniam
in illis consummata est ira dei: 2 *Et*
vidi tanquam mare vitreum mixtū
igne, 3 *& eos qui vicerunt bestiam,*
& imaginem eius, & numerum
nominis eius stantes super mare vi-
treum, habentes cytharas dei: &
cantantes canticum Moysi serui dei, B
& canticum agni, dicentes, Magna
& mirabilia sunt opera tua domi-
ne deus omnipotens: iustæ & ueræ
Hier. *sunt uiæ tuæ rex sæculorum* Quis
10.a. *non timebit te domine, & magni-*
C *ficabit nomen tuum? quia solus pius*
es, quoniam omnes gentes uenient,
& adorabūt in cōspectu tuo, 4 *quo-*
niam iudicia tua manifesta sunt.
5 *Et post hæc uidi, & ecce apertum*
est templū tabernaculi testimonij in

videtur sensus esse: Quòd egresso ad iudicandum Christo, apertũ est cælum.i.omnia quæ de Christo prædicta fuerunt mysteria manifestata: superat enim ex omnibus vt iudicaturus veniret, egresso itaq; ad iudicandum illo, apertum est templum cæli.i. palàm facta sunt quæcunque de illo prædicta fuerant mysteria.

6. *Et exierunt septem angeli.*

vniuersi scilicet ipsi, Christo ad iudicium peragendũ ministraturi, *habentes septem plagas.*i. omni genere vltionum & suppliciorum armati. *vestiti lapide mundo & candido:* pro *lapide*, interpres legit λίθου, quod lapidem significat, & hoc modo sensus est, quòd Christum qui lapis angularis & electus dicitur, induti erant per puritatis ipsius imitationem. græca tamẽ quæ nunc extant constanter legunt λίνου, vestiti scilicet lino: & commodior sensus, induti scilicet lino mundo & candido, propter virginitatis angelicæ candorem & mundiciam. *Et præcincti circa pectora zonis aureis*, id est, fulgore sapientiæ & radianti auro charitatis.

cælo: & [6] exierũt septẽ angeli, habẽtes septem plagas de templo, uestiti lapide mũdo & cãdido, & præcincti circa pectora zonis aureis. [7] *Et unũ de quatuor animalibus, dedit* D *septẽ angelis septẽ phialas aureas, plenas iracũdiæ dei uiuẽtis i sæcula sæculorũ. Et impletũ est templũ dei fumo à maiestate dei, & de uirtute eius: & nemo poterat introire in templum, donec consummarentur septem plagæ septem angelorum.*

7. *Et unum de quatuor animalibus*, quos superius quatuor euangelistas diximus, vnus scilicet Christus, à quatuor euãgelistis descriptus, *dedit septem angelis, septem phialas aureas iræ dei viuentis in sæculum*, id est, dedit potestatem effundendi è vasis diuinæ iracundiæ vltiones & plagas in terram aduersus reprobos: phialas autem iræ idem est quod superius vocauit calicem iræ dei. *Et impletum est templum fumo*, id est ira & indignatione ipsius dei, sicut scriptum est, ascẽdit fumus ab ira eius: exibat autem hic fumus à maiestate dei & virtute ipsius, hoc est, potentia ipsius, per hominum impietatem ac non toleranda flagitia irritati. *Et nemo poterat introire templum*.i. cælum ingredi, cum corpore scilicet & anima, *donec consummarentur plagæ*.i. donec consummato iudicio & extinctis penitus impiis, vniuersalis omnium corpore & anima resurrectio fieret. Hunc locum quanquã omnes de ecclesia militãte exponunt, & angelos prædicatores accipiunt: quia tamen per veros angelos peracturum se iudicium Christus

Christus testatus est, tum verò ob contextum sequentis capitis mihi videtur non incongruè, vt exposuimus, intelligi.

1. *Et audiui vocem magnam de templo*, id est, cælo, dicentem septem angelis: *Ite, & effundite septem phialas iræ dei super terram*, id est, in terrenos ac reprobos homines vltionis diuinæ ministerium exercete. Græca scholia aiunt idem esse, phialam iræ dei quod suprà Ioannes nominauit calicem irę dei. Et exiuit prior angelus: & effudit phialam, id est, iram dei *in terrã*, terrenos scilicet homines: *& factum est vulnus sæuum & pessimum.* græcè est ἕλκος κακὸν καὶ πονηρόν, id est, vulnus prauum & noxium, quo percussi sunt adoratores bestiæ, & oẽs qui quoquo modo consensum dederunt in impietatem ipsius. Terram autem hoc loco quidam non malè intelligunt non reproborum vniuersitatem, sed Iudæos, qui terræ nomine censentur ob firmitatem in vnius dei cultu, quum contrà, variis idolorum cultibus semper instabiles fuerint gentiles.

ARGVMENTVM *Cap. 16.*

¶ *Septem angelorum, septem plagæ aduersus impios & Babylonem describuntur: & interim Christi aduentus in iudicium.*

CAPVT XVI.

A [1] ET *audiui uocem magnã de templo, dicentem septem angelis*, Ite, *& effundite septem phialas iræ dei in terram. Et abiit primus angelus, et effudit phialam suam interram: & factum est uulnus sæuum & pessimum in homines qui habebant characterem bestiæ, & in eos qui adorauerunt bestiam & imaginẽ eius.* [2] *Et secũdus angelus effudit phialã suam in mare, & factus est sanguis*

2. *Et secundus angelus effudit phialam in mare.* per mare gentiles intelligunt ob multiplicem variorum deorum cultum, instar maris vagos & instabiles, in quos effusa diuinæ iræ phiala. *Factus est sanguis tanquam mortui*: pro *factus est*, Græci habent ἐγένηθη, quod mihi referendum videtur ad τὴν θαλάσσαν, id est, mare: vt sit sensus, quòd effusa in se iræ diuinæ phiala, mare factum est sanguis tanquam mortui, id est, niger & densus. in hoc autem hyperbolicè significat Ioannes, immensam effusionem sanguinis reprobatarũ gentium, siue ea corporaliter facta est ab exterminatore angelo, siue spiritualiter ob immensam peccatorũ suorũ vim damnatis illis: tãtã aũt asserit fuisse vltionẽ, vt nullũ mãserit animãs viuũ in mari.

3. *Et*

3. Et *tertius angelus effudit phialam super flumina & fontes aquarum*: hic plærique vltionem significari aiunt hæreticorum, quos nihil mirũ flumina seu fontes vocari, quum Petrus epist. 2 cap. 2. de iis dicat, Ij sunt fontes sine aqua, & nebulæ turbinibus agitatæ. Mihi autem videtur non modò de hæreticis, sed in genere de vniuersis fidelium persecutoribus locus intelligendus, qui materiali gladio etiam fideles persecuti sunt. Nam si flumina & aquarum gurgites in scripturis persecutionum abundantiam significare ostendimus, quur non & persecutores significabunt? Effusa igitur iræ dei phiala in flumina & fontes aquarum, i. ecclesiæ persecutores. *Factus est sanguis*, græcè γέγονε, qđ referri potest ad aquas. Q scilicet ipsæ aquæ factæ sunt & versæ in sanguinem, siue corporaliter perimente persecutores ecclesiæ angelo, siue spiritualiter in æternas tenebras proiiciente. De qua diuina vltione audisse se Ioannes asserit, *Angelum aquarum*, id est, populorum, hoc est, angelorum multitudinem populis & singulis è populo deputatorũ, gratias agentem & dicentem, Iustus es domine, &c. aquarum autẽ nomine populos aliquando intelligi, docet cap. sequenti Ioannes dicens, aquæ quas vidisti populi sunt: agunt aũt angeli deo gratias de iustitia ipsius, qui sanguinarios illos & prophetarum interfectores nimirũ Helyæ & Enoch ac similium, suomet sanguine potauerit, eos pessundando, sicut digni erant. i. commeriti. *Et audiui alterum*, angelum scilicet, græci addunt ἐκ θυσιαστηρίου, id est, ex altari. sub. exeuntem, nimirum iussu Christi, qui est verum altare, in quo patri sua sacrificia offert ecclesia, egressum, & dicentem: Domine deus omnipotens vera & iusta iudicia tua.

tanquam mortui: & omnis anima uiuens mortua est in mari. 3 Et *tertius effudit phialam suam super flumina & super fontes aquarũ: & factus est sanguis. Et audiui angelũ aquarum dicentem, Iustus es domine, qui es, & qui eras sanctus, qui hoc iudicasti: quia sanguinem sanctorum & prophetarum effuderunt, & sanguinem eis dedisti bibere. digni enim sunt. Et audiui alterum dicentem, Etiam domine deus omnipotens, uera & iusta iudicia tua.* 4 Et *quartus angelus effudit phialã suã in solẽ. & datũ est illi æstu affligere homines & igni. & æstuauerunt homines æstu magno, & blasphemauerunt nomẽ dei*

4. Et *quartus angelus effudit phialam suam in solem*, id est, iram & vltionem

tionem diuinam in antichristum, qui se solem iustitiæ, id est, Christum esse mentietur, & se sua claritate mundum illuminare finget. Et *datum est ei*, id est à deo permissum *affligere homines æstu & igni*, id est, variis persecutionum generibus fideles pro tempore credentes ac baptizatos quidem, sed non electos tamen, quia de istis dicitur,

habentis potestatem super has plagas, neque egerunt pœnitentiam, ut darent illi gloriam. 5 Et *quintus angelus effudit phialam suã super sedem bestiæ, & factum est regnum eius tenebrosum, & cõmanducauerũt linguas suas præ dolore: et blasphemauerunt deum cæli præ doloribus & uulneribus suis, & nõ egerunt pœnitentiã ex operibus suis.*
C 6 Et *sextus angelus effudit phialam suam in flumen illud magnum*

quòd deficient neque pœnitentiam agẽt. Et *æstuauerunt homines æstu magno*, id est, graiter oppressi sunt ab antichristo, & blasphemarunt nomen dei habentis potestatem in plagas, pro eo quòd orare debebãt, & has ab eo plagas deprecari, in blasphemias conuersi sunt, neque pœnitẽtiã egerunt aut propositum consiliúmve mutarunt, vt pro blasphemia deo gloriam darent.

5. Et *quintus angelus effudit phialam*, id est, vltionem diuinam *super sedem bestiæ*, græca scholia sedem bestiæ regnum antichristi exponunt, id est, satellites eius ac ministros. vnde subdit, Et *factum est regnum eius tenebrosum*, excæcatis illis sua perfidia & ignorantia, ne verum lumen viderent. Et *commanducauerunt linguas suas præ dolore*, illati scilicet sibi vlceris, vel præ inuidia, quum viderent nullis minis, nullis afflictionibus posse se electos à fide auertere. & blasphemarunt Deum cæli *præ dolore & vulneribus suis*, vel vlceribus. nam græcè est ἐκ τῶν ἑλκῶν αὐτῶν.

6. Et *sextus angelus effudit phialam in flumen magnum Euphraten*. si per aquas & flumina recte significari persecutores diximus, apte per Euphraten flumen magnum qui Babylonem præterfluit, principes antichristi satellites, confusæ Babylonis, id est, huius mundi negociis se inuoluẽtes intelligere possumus: in quod flumen effusa iræ diuinæ phiala. *siccauit aquas eius*, id est, cessare persecutiones fecit: principibus antichristi satellitibus vindicta dei correptis. Vt *præpararetur via regibus ab ortu solis*, quia finitis persecutionibus & persecutoribus extinctis, libera erit regibus & gentibus ad deum & Christum accedendi facultas: bene autem ait præpararetur ab

ortu

ortu solis, nisi enim in cordibus eorum sol iustitię Christus oriatur, nunquam ad eum accedent.

7. *Et vidi de ore draconis, & de ore bestiæ, & de ore pseudoprophetæ tres spiritus immũdos exire in modum ranarum.* draconem, agitatorem, antichristi diabolum: bestiam, antichristum ipsum: pseudoprophetam, pseudoprophetarum ipsius cœtũ intelligimus. quid autem per tres spiritus immũdos intelligat, subdit, dicẽs: *Sunt enim spiritus dæmoniorũ facientes signa*, quia ad eorũ inuocationem dæmones signa ficta facient & miracula, sed qualia electos etiam penè moueant: nec ineptè ranis assimulantur lutulentis & loquacibus animantibus, quia eorũ doctrinæ & suggestiones vanæ & in libidinem semper carnísque libertatem tendentes erunt.

Euphrãten: et siccauit aquã eius, ut præpararetur uia regibus ab ortu solis. 7 *Et uidi de ore draconis, & de ore bestiæ, & de ore pseudoprophetæ exire spiritus tres immundos in modum ranarum. Sunt enim spiritus dæmoniorum facientes signa,* 8 *& procedebant ad reges totius terræ congregare illos in prælium ad diem magnum omnipotẽtis dei.* Sup. 3.d. *Ecce uenio sicut fur. Beatus qui uigilat & custodit uestimenta sua, ne* Mat. 24.d.

8. *Et præcedebant ad reges terræ congregare illos in prælium omnipotentis dei*, id est, regibus terrenis & sæculi amantibus inspirabant vt aduersus fideles prælium inirent, *ad diem magnum omnipotentis dei.* quia fortè tanta fuit eorum & capitis sui antichristi superbia & dementia, vt se putarent aduersus Christum, quem venturum audierant, terrenorum regum auxilio posse resistere & prævalere. Quum autem præmisisset quod fidelibus terrori esse poterat, armandos scilicet contra se reges terræ, subdit vnde fiduciam illis generet, dicẽs: *Ecce venio sicut fur*, id est, ego autem de improuiso veniam vti fur solet, & eos intercipiam necopinantes in quo & confidere eos, & sibi cauere admonet: ne dormientes illos & ociosos offendat dicens: *Beatus qui vigilat*, id est, sibi cautè prospicit ne fallatur, ne ab illis pseudoprophetis seducatur, ab illis regibus terræ opprimatur. *Et custodit vestimenta sua ne nudus ambulet & videant turpitudinẽ eius.* vis scire quæ vestimenta iubeat custodire? nimirũ ea quæ induere nos Paulus admonet Colos. 3. Induite ergo vos sicut electi dei sancti & dilecti viscera misericordiæ, benignitatem, sanctitatem, modestiã, patientiam, &c. sanctis enim operibus Christianorum fidem oportet indui, quibus exuti, nudi, id est, dei gratia destituti apparent, & cum

cum iis exclusis sordida sint & immunda nostra omnia, tunc appareret turpitudo nostra.

9. *Et congregabit illos.* sub. antichristus, græci habent συνήγαγεν. i. & congregauerunt. refertur enim ad neutrũ plurale scilicet τνεύματα δαιμονίων. i. spiritus dæmoniorum qui congregauerunt. i. congregabunt (prophetia enim præteritũ pro futuro sumit) reges terræ in locũ qui vocatur Hebraicè Armageddon, *armageddon* Hiero. interpretatur montem furũ, per quẽ non incongruè antichristus intelligitur, quo se impij reges q deo debitũ honorẽ furari, & illi tribuere conabunt recipiẽt: ipse autẽ mõs furũ, qui præ aliis dei honorẽ furabitur, sinẽs se coli vt deũ.

Lucæ 12.c. 1. Corinth. 3.a.

nudus ambulet, & uideant turpitudinem eius. 9 *Et congregabit illos in locum qui uocatur Hebraicè Armageddon.* 10 *Et septimus angelus* D *effudit phialam suam in aerem: & exiuit uox magna de templo à throno, dicens, Factum est. Et facta sunt fulgura, & uoces, & tonitrua, & terræmotus factus est magnus qualis nunquam fuit, ex quo homines fuerunt super terram, talis terræmotus sic magnus.* 11 *Et facta est ciuitas magna in tres partes: & ciuitates gentium ceciderunt. Et Ba-*

10. *Et septimus angelus effudit phialã suã in aerẽ.* i. dæmones aerios, & ad tentandos hoĩes ĩ aere diuersãtes, quos Paulꝰ appellat spiritualia nequitiæ in cælestibus: græca scholia simplicius exponũt, quòd instante tuba septimi angeli proximè tẽpus iudicij, effundetur phiala diuinæ indignationis in aerem, sic quod totum aerem angelus mouebit & turbabit, vnde fiẽt fulgura, tonitrua, & terræmotus, quales non fuerunt ab initio conditi hominis, ad terrorem scilicet eorũ qui supererunt. Asserit quoque Ioannes exiuisse vocem à templo & throno, id est, à maiestate iudicaturi dei, dicentem, *factum est*, id est, consummatum est, & iam de mundo actum.

11. *Et facta est ciuitas magna in tres partes, & ciuitates gentium ceciderunt.* Ciuitatem magnam, collectionem & communionem aiũt esse reproborum quæ in tres partes diuiditur, planè infideles, hæreticos, & falsos Christianos. Ciuitates gentium, collectionem quoque infidelium gentilium significare dicunt. *Et Babylon magna venit in memoriam ante deum dare illi calicem vini iræ indignationis eius*, id est, venit in mentem deo potare & inebriare vino furoris sui Babylonem illam, impiorum scilicet & reproborum confusionem. græca scholia per

lia per Babylonem veterem Romam martyrum tempore significari aiunt. *Et omnis insula fugit, & montes non sunt inuenti.* quidam per montes perfectiores ecclesiæ vētis persecutionum agitatos, per insulas imperfectiores significari aiunt, qui fugientes ab ira venientis iudicis, à Babylone, id est, consortio impiorum se subduxerunt. Possunt & contrario modo per insulas quæ marinis fluctibus agitantur, libidinosi & carnales intelligi, per mōtes, elati per superbiam homines: qui suæ mentis conscij ab ira venientis iudicis fugere dicūtur. *Et grando magna sicut talentum* .i. vehemēs persecutio descendit in homines, propter quā deū blasphemauerunt.

bylon magna uenit in memoriā ante deum, dare illi calicem uini indignationis iræ eius. Et omnis insula fugit, & montes non sunt inuenti. Et grando magna sicut talentū, descēdit de cælo in homines, & blasphemauerunt deum homines propter plagam grandinis: quoniā magna facta est uehementer.

ARGVMENTVM. Cap. 17. ¶ *Meretricis magnæ mulieris que illius fatosæ & Babylonis visio, earundemq; expositio, hoc capite continetur: deinde agni victoria & earum ruina.*

CAPVT XVII.

1 *Et uenit unus de septem* A
E *angelis qui habebant septem phialas, & locutus*

1. *Et venit ad me vnus de septē angelis qui habebāt septē phialas.* i. quibus data erat & permissa potestas plagis vniuersam terrā afficiendi: *& locutus est mecum, dicens: Veni*, per attentam considerationē, *Et ostēdam tibi damnationem meretricis magnæ*, Babylonis scilicet, quam omnes penè interpretantur ciuitatem diaboli, reproborum vnitatem & collectionem: quæ bene meretrix dicitur, quia relicto creatore deo & spōso Christo fornicata est cum diabolo & mundo, & spiritualiter per idololatriam, & corporaliter per lasciuiam. *Quæ sedet super aquas multas*, id est, super populos multos: sic enim postea Ioannes aquas multas interpretatur: de omnibus enim populis gentibus ac nationibus, sunt huius Babylonis ciues: *cum qua fornicati sunt reges terræ*, id est, ij qui principem locum inter terrenos obtinent, & regere alios debebant deuiantes ac lapsantes erigere. quum enim regis ad exemplum totus orbis componi soleat, pro eo quòd subditis rectè viuendi exemplo esse debuerant, vitiis illorum conformes, & ipsi à deo primi defecere, & cum diabolo ac mundo fornicati fuere: *Et inebriati sunt qui inhabitabant terram*

terram de vino prostitutionis eius, id est, qui immobiliter ac nō cursim in amore terrenorum morantur, inebriati sunt ac supra modum ebriorum instar ingurgitati, de vino prostitutionis eius, id est, de fornicationibus ac libidinibus ipsius tam spiritualibus, quàm corporalibus: bene autem ait *inebriati*, scilicet perinde ac ebrij pondus mali quo præcipites ruunt, nequaquā præuidentes.

est mecum, dicens: Veni, & ostendam tibi damnationem meretricis magnæ quæ sedet super aquas multas, cū qua fornicati sunt reges terræ, & inebriati sunt qui inhabitabant terram de uino prostitutionis eius. 2 *Et abstulit me in spiritu in desertum. Et uidi mulierem sedentem super bestiam coccineam, plenā nominibus blasphemiæ, habentē capita septem, & cornua decem.* 3 *Et mulier erat circundata purpura et coccino, & inaurata auro & lapide pretioso, & margaritis, habens* B *poculum aureum in manu sua, plenū abominatione et immūditia fornicationis suæ. Et in fronte eius nomen scriptum, mysterium, Babylon*

2. *Et abstulit me in desertum in spiritu*: fortassē vel quòd ad literam Ioānes spirituali visione tanquam in desertum quendam locum ferri se viderit, vel in desertū & solitudinem, hoc est in remotiorē segregati à carnalibus & mūdanis negotiis animi cōtemplationem. *Et vidi mulierem sedentem super bestiam*: Hanc mulierem non dicerem eandem esse cum meretrice magna Babylone, nisi id paulo pòst Ioānes doceret. iis autem nominibus multis, reproborum collectio propter varios ac multiplices impietatis effectus, appellatur. Bestia autem super quam mulier sedet .i. impiorum congregatio nititur, aut diabolus est aut antichristus: quā vtriusq; nomine, aptè *coccineam* depinxit. i. martyrum sanguine rubicundam & cruentatam, ac *plenam nominibus blasphemiæ* .i. omne blasphemiarū genere aduersus deum & Christum scatentem. *habentem capita septem, & cornua decem*, quorum postea significatio dicetur.

3. *Et mulier erat circundata purpura & coccino*, &c. sicui visum est mysticè ista exponere, & ex variis commentariis & per se ipse fortassē poterit: mihi ad literam significari videtur, luxu & pompa ac fastus impiorum & delicatorum huius sęculi, qualē luxuosam vitam, & omne deliciarum genus quærentē vidit Ioannes hanc mulierem: omni scilicet libidinum ac luxus genere diffluentem. quæ etiam ab illo describitur, *Habens poculum aureum in manu sua*, plenam abomina-

abominatione & immunditia fornicationis eius. Poculum blasphema est impiorum doctrina & peruersum exemplum, quo sui imitatores inebriat, vt in abominanda flagitia & similem secum damnationem pertrahat. quidam poculum aureum hypocrisin interpretantur impiorum, qui dissimulatis vitiis & auro sapientiæ diuinæ simulatæ tecta doctrina, probitatis ac sanctitatis prætextu plures seducunt & inebriant quàm apertè impij. *Et in fronte nomen eius scriptum mysterium*: hic mihi τὸ mysterium, nõ videtur à Ioante poni tanquam nomen mulieris: sed esse potius videtur aduertentia quedam per parethesim: quasi dicat, attendite mysterium istud: nomen eius, Babylon, &c. In fronte ergo nomen eius scriptum. *Babylon magna, mater fornicationum & abominationum terræ*: Babylon magna, propter multiplicẽ diabolicæ ciuitatis confusionẽ, in qua nihil rectũ, nihil est ordinatũ, sed cõfusa omnia. *mater fornicationum & abominationum terræ*, id est, fons & origo omnium fornicationum & impietatum, bene autem mater dicitur, quòd multos ad illa flagitia gignat & pariat filios. *Et vidi mulierem ebriam de sanguine sanctorũ & de sanguine martyrum Iesu*, id est, ingurgitatam & quasi in illorum natantem sanguine. Rupertus sanguinem sanctorum refert ad impiam reproborum Iudæorum collectionem, qui prophetarum olim se sanguine inebriarunt: sanguinẽ verò martyrum Iesu, ad impiam tyrannorum principum collectionem, Christi martyrum sanguine inebriatam & exuberantem. *Et miratus sum*, &c. mirantem de mulieris huius habitu Ioannem vetat angelus mirari, promittens significationem eius & bestiæ illi se dicturum. dicam tibi, inquit. *sacramentum*, id est, referabo arcanum & occultam eius significationem.

magna, mater fornicationum & abominationum terræ. Et vidi mulierem ebriam de sanguine sanctorum, & de sanguine martyrum Iesu. Et miratus sum cum uiderem illam, admiratione magna. Et dixit mihi angelus: Quare miraris? Ego dicam tibi sacramentum mulieris, & bestiæ quæ portat eam, quæ habet capita septem, & cornua decem. 4 *Bestia quam uidisti, fuit, & non est, & ascensura est de abysso, & in interitũ ibit: & mirabuntur inhabitantes terram (quorũ nõ sunt scripta nomina in libro uitæ à constitutione mundi) uidentes bestiam quæ erat & non est.* 5 *Et hic est sensus, qui habet sapientiam. Septem*

4. *Bestia quã vidisti fuit & nõ est, & ascensura est de abysso & in interitũ ibit*, siue it, nam græcè est ὑπάγει, id est, abit. Si per hanc bestiã diabolum intelligis, sensus est: hæc bestia & diabolus fuit olim per immensam auctoritatem, & regnauit ante Christum: Regnauit enim mors,

mors, id est, diabolus per mortiferum peccatum, ab Adam vsque ad Moysen inclusiuè, id est, vsque ad Christi aduentum: Et iam *non est*, id est, nõ est tantæ auctoritatis post Christi aduentũ & passionem: dicente Christo, Et nunc princeps mundi huius eiicietur foras. Extincta est enim per baptismum magna ex parte vis imperij ipsius. *Et ascensura est de abysso*, id est de profundo vitiorum in altum superbiæ. nam vt scriptum est, superbia eorũ qui te oderunt, ascendit semper, *& in interitum ibit*, quia cum apostolicis angelis suis post iudicium æternis flãmis addicetur. Si verò per hanc bestiam antichristũ intelligimus, quũ ait, fuit & non est, indicat & modũ regnaturus est: quẽadmodũ de impio, Dauid inquit: Vidi impium superexaltatum & eleuatum sicut cedros Libani, & transiui, & ecce non erat. Nec mirum si de antichristo nõdum nato dicat, fuit & non est, quum de eodem ipse Ioannes epistolæ 1. cap. 2. dicat: Filioli, nouissima hora est, & sicut audistis quia antichristus venit, & iam antichristi multi facti sunt. & eadẽ epistola capite 4. Omnis spiritus qui soluit Iesum, ex deo non est, & hic est antichristus, de quo audistis quoniam venit, & nunc iam in mundo est. Et Paulus de antichristo loquens, 2. Thessaloni. 2. Et nũc iam, inquit, mysterium operatur iniquitatis: hæc ergo bestia fuit in Cain & cæteris ecclesiæ persecutoribus & hæreticis, & non est modo in persona. *Et ascensura est de abysso*. i. de profundo Iudaïcæ impietatis puteo, nam de tribu Dan nasciturus dicitur, *Et mirabuntur omnes inhabitantes terram*, id est, reprobi & terrenis dediti homines non scripti in libro vitæ, *Videntes bestiam quæ erat & non est*: quidam græci codices addunt καίπερ ὄντ, id est, quanquam est in suis scilicet satellitibus. Dionysianus codex καὶ πάρεσιν. i. & adest ac prope est, siue de diabolo intelligas iudicio instãte soluendo, siue de ipso antichristo.

5. *Et hic est sensus, qui habet sapientiam*, τὸ *hic* non pronomen, sed aduerbium est: nam græca habent ὧδε, id est, hoc loco, *est sensus ὁ νοῦς*, id est, intelligentia habens sapientiam absconditam: quasi diceret, loci huius intellectus sapientia nõ vacat. *Septem capita 7. montes sunt super quos mulier sedet, & septem reges sunt.* 7 ergo capita, septem mõtes, id est, septem reges sunt, qui ob animi elationem non ineptè montes appellantur. Hoc autem septenario, regũ significatur vni-

uersitas, qui 7. ætatibus regnauerũt, dei persequentes ecclesiam: super quos sedere mulier dicitur, quia impiorum regum suorum præsidio niti solet reproborum collectio. Et *quinque ceciderunt, & vnus est, & alius nondum venit.* Primus rex vniuersitatem impiorum principũ significat, qui ab Adam vsque ad Noë regnauerunt: de quibus scribitur. Videtes filii dei filias hominũ quòd essent pulchræ, acceperũt sibi vxores ex oĩbus quas elegerant: vbi per filios dei, filios magnatũ & principũ qui nomine dei ei significantur, plerique Hebræorũ intelligũt, qui filias hominum, & Hebraicè Adã .i. pauperum ac è vili plebecula hominum, quæ sibi pulchræ videbantur rapiebant & eis vxorũ vtebantur loco, de hac reproborum collectione quę in primo rege significatur, dicitur Ge. 6. Omnis quippe caro corruperat viam suã. ii ceciderũt in diluuio. Secũdus rex, significat eos qui regnauerunt in omni impietate à Noe vsq; ad Abrahã, quando ædificabatur turris Babel: qui ceciderũt p linguarũ cõfusionẽ, & eorũ dispersionẽ. Tertio rege significãtur ij, qui regnauerũt ab Abrahã vsq; ad Moysen, qui se infinitis flagitiis cõspurcarũt, & in euersione ciuitarũ cecidert vt reges Sodomæ & Gomorrhæ, & eorũ similes. Per quartum innuũtur, qui à Moyse vsq; ad exiliũ Babylonicũ regnauere, impij reges Israel, Iuda & Samariæ, quo tẽpore inualuit idololatria etiam in populo dei. Isti ceciderũt, quãdo per exiliũ Babylonicũ desierũt esse reges, & in Assyriorũ manus captiui venerũt. Quintus, significat eos qui ab exilio Babylonico vsq; ad Christũ, legẽ dei persecuti sunt: maximè Machabæorũ tẽpore, impij græcorũ reges: ij magna ex parte euerso Antiocho cecidere. Et *vnus est.* i. sextus rex superest, ij scilicet, qui à Christo vsq; ad antichristũ dei persecuti sunt & persequẽtur ecclesiam: quales ab initio tyranni principes & hæretici, nũc etiã Turcæ. Et *alius nondũ venit*, septimus scilicet, qui antichristũ significat. Et *quum venerit, oportet illum breue tẽpus manere*, tres enim tantum annos cum dimidio fertur regnaturus antichristus.

capita: septem montes sunt, super quos mulier sedet, & reges septem sunt. Quinque ceciderunt, unus est, & alius nõdum uenit, & cum uenerit, oportet illum breue tempus manere. 6 *Et bestia quæ erat & non est: & ipsa octaua est, & de septem est, et in interitũ uadit. Et decẽ cornua quæ uidisti, decem reges sunt, qui regnum nondum acceperũt, sed potestatem tãquam reges una hora*

6. Et *bestia quæ erat & nõ est, & ipsa octaua est, & de septẽ est: & in interitũ vadit*, græca habẽt, καὶ αὐτὸς ὄγδοός ἐστι. i. & ipse octauus est reD *accipiẽt post bestiã. Hi unũ cõsilium habẽt: & uirtutẽ, & potestatẽ suã bestiæ tradẽt. Hicũ agno pugnabũt: & agnus uincet illos, quoniã domi* 1. Ti. 6. c. *nus dominorũ est, et rex regũ, et qui* Infra 19. c. *cũ illo sunt uocati, et electi et fideles*

7 Et *dixit mihi: Aquæ quas uidisti*

ferũt autẽ nõ ad τὸ bestia, sed ad bestię significatũ antichristũ ipsum vel diabolũ: de vtrocũq;, verò hãc bestiã intelligas, exponũt omnes ℣ hæc bestia est de septẽ, quia de congregatione & numero est omnium reproborũ. sed octaua dicitur propter insignẽ malitiã qua oẽs exuperat & in interitũ abit, quia in æternã dãnationem præceps ruit. Et *decẽ cornua quæ vidisti decẽ reges sunt, qui regnum nondum acceperunt, sed potestatem tanquã reges accipiẽt vna horæ post bestiã.* Quidã dicũt, & cũ iis græca scholia, circa antichristi tẽpora Romanũ imperiũ in decẽ regna diuisum & ab obedientia Romana defectum iri: quorũ reges, vt capiti cornua, antichristo adhęrebũt, & de hac diuisione intelligi locũ Pauli 2. Tess. 2. Nisi venerit discessio primum, &c. ij nondum regnum acceperũt, neque quia tyranni verum regnũ accipient, sed *post bestiam*. i. secundo loco à bestia, quæ primatum inter illos obtinebit, tanquam reges, quum verè tyranni futuri sint, potestatem accipient, *vna hora*, id est, breui tempore, quia & modico tempore regnaturus est antichristus. Alii per decem cornua, impiorum regum qui Antichristi tempore futuri sunt. vniuersitatem intelligunt, quòd denarius numerus vniuersitatem simplicium numerorum contineat. *Hi vnum consilium habent.* græcè γνώμην, id est, idem propositum, eandem voluntatem, omnem nempe omnium illorum institutum est, ad defectionem à fide Christianos cogere. Et *virtutem & potestatem suam bestiæ tradent*, id est, totos se, quódque habebunt, quod poterunt, & valebunt antichristo tradent: omnia in eius gratiam facientes. *Hi cum agno pugnabunt*, id est, contra Christum, *& agnus vincet illos (quoniam dominus dominorum est, & rex regum) & qui cum illo sunt vocati & electi & fideles.* agnus quidem Christus, vtpote regnum omnium rex & dominus illos vincet, & quãquam solus victoriam peracturus est partem tamen victoriæ electis suis & fidelibus adscribere dignatur: vt quia cum suis regibus pugnam in Christum initurus est antichristus, ita cum suis electis pugnaturus dicatur Christus & deuicturus.

7. Et *dixit mihi*, vel dicit, quia græcè est λέγει. id est, dicit in præsenti, sub. angelus: *Aquæ quas vidisti vbi meretrix sedet, populi sunt, & gentes, & linguæ.* græci addunt post ℣ populi καὶ ὄχλοι .i. & turbæ.

Meretrix hæc, quæ & Babylon & mater fornicationum dicitur, ciuitas est diaboli, & reproborum collectio. Aquæ autem vbi sedere illa dicitur, populi sunt & gentes, quibus illa constat impiorum cõgregatio: in quibus & conquiescit. Sic aquas pro populis vsurpauit Esaias cap. 8. dicens: Adducet aquas multas regem Assur, & omnem gloriã eius, ob lubricitatem enim animíque multitudinis inconstantiam huc illuc vagantis, nec magis quàm aquarũ impetus cohiberi valentis, recte effrenis turba & populorum multitudo aquæ dicuntur. Et *decẽ cornua quæ vidisti in bestia, ỹ odiẽt fornicariam, & desolatam facient illam & nudam: & carnes eius manducabunt, & ipsam igni cõburent.* i. reges illi impij & reprobi qui se bestiæ adiungent, odient fornicariam, illam videlicet diaboli ciuitatem, videntes se vnà cũ ea perituros, & in æternæ barathrum damnationis præcipitatum iri. vbi verò ait quòd carnes eius manducabunt, & eam igni comburent, quidam hyperbolicam locutionem esse putant, ad odij maiorem vehementiam exprimẽdam. Alij exponunt quòd ij reges fornicariam illam impiorum collectionem odio habebunt, quando omnia illis libidinum & flagitiorum genera permittẽtes, sua auctoritate & imperio ad maiorem semper impietatem concitabunt: quo modo qui animam suam amat & talia illi indulget, perdere eam ac verè odisse in euangelio dicitur. Nam si amare, est bene alicui velle: contrà odisse, male illi cupere: rectè dicitur de iis regibus q̃ fornicariam illam odio habebunt. *& desolatam facient eam ac nudam*, destitutam scilicet, & nunc bonis operibus ac fide, & olim futuris gaudiis omnibus. *Et carnes eius manducabunt*, quia scientes se semel abiectos & à deo reprobatos esse, de corporali spiritaliq; aliorum damnatione gaudebunt, dueẽtes pro solatio, habere sui similes. Et *ipsam igni concremabunt*, quando suo exemplo in æterna incendia præcipitabunt.

ubi meretrix sedet: populi sunt & gentes, et linguæ. Et decem cornua quæ uidisti in bestia: hi odient fornicariam & desolatam facient illam & nudam & carnes eius mãducabunt, & ipsam igni concremabunt. 8 *Deus enim dedit in corda eorũ, ut faciãt quod placitum est illi: ut dent regnũ suum bestiæ, donec cõsummentur uerba dei. Et mulier quã uidisti: est ciuitas magna, quæ habet regnum super reges terræ.*

3. *Deus enim dedit in corda eorum vt faciant quod placitum est illi, vt dẽt regnum suum bestiæ, donec consummentur verba dei*, græca habent· ὁ γὰρ θεὸς ἔδωκεν εἰς τὰς καρδίας αὐτῶν, ποιῆσαι τὴν γνώμην αὐτοῦ, καὶ ποιῆσαι μίαν γνώμην, id est, ad verbum. & dedit deus in corda eorum vt facerent voluntatem illius, & vt facerent vnam volũtatem.

Itaque quod interpres rectè vertit, vt facerent quod placitum est illi, & illi referri nõ debet ad fornicariã, vt quidã referũt, quum græcè πόρνῃ. i. fornicariã sit fœminini generis, & αὐτοῦ masculini vel neutri: ideoque vel ad τὸ θύριον. i. bestiã referendum est, vel ad τὸ θεός. i. deus. Si ab bestiã, sensus est: Dedit deus in corda eorũ. i. induxit in animos eorũ vt facerent qđ illi bestię placitũ est, & vnã eãdẽq; volũtatẽ habeãt cũ bestia, secũ. s. oẽs pdendi. Si ad deũ referatur, sensus est: Dedit deus ĩ corda eorũ vt facerẽt, quod iã decreuerat illos deỹ facturos, quodq; æterno illo cõsilio suo ante futurum præuiderat: γνώμη enim, nõ volũtatẽ modo, sed deliberatũ ante consiliũ significat. Sẽsus ergo est, quod illos deprauatæ suæ libertati dimissos, sinit deus impietatẽ suã peragere, quod ante fore ipse præuiderat & decreuerat. *vt dent regnum suum bestiæ*. i. vim auctoritatémque omnem suam, ad arbitrium bestiæ, diaboli scilicet & antichristi permittant. *donec consummentur verba dei*, id est, donec omnia, quæ de futuro ecclesiæ statu seruis suis Deus reuelauit, impleta sint. Et *mulier quem vidisti*, meretrix scilicet sedens super aquas multas, *ciuitas est magna*, diaboli scilicet ciuitas & reprobrorum collectio: bene magna, quia multi sunt vocati, pauci verò electi. *quæ habet regnum super reges terræ*, quia reges terræ ad impietatem perducet. Hanc Babylonem magnam & meretricem græci veterem Romam interpretantur: aquas in quibus sedet, populos quibus quondam imperabat: septem montes, colles illos 7. quibus vetus Roma insignis erat: decem reges, vniuersitatem regum Romano imperio, martyrũ tempore subditorum: qui cũ ea fornicati sunt. i. in eãdem cũ ea idololatriã lapsi. de Roma enim intelligũt à Nerone vsq; ad Constantini magni tẽpora: quæ tũ auro, gẽmis, & cæteris preciosis insignita fuisse dicitur. i. omni deliciarũ & luxuũ genere exuberasse. Rectè autẽ ebria de sanguine sanctorũ & martyrũ Iesu, quos per totũ orbẽ occidi iubebãt Romani imperatores. si qs ita velit exponere, aut aliũ p̃ suo captu sensũ afferre, nihil obsto, modo nõ impiũ.

CAPVT XVIII.

A E T[1] *post hæc uidi aliũ angelum descendẽtem de cælo, habentem potestatem*

¶ *Babylonis illius magnæ meretricis ruina deque ea, consortium suorum querimonia, & sanctorum contrà exultatio, hoc capite describitur.*

1. *Post hæc vidi alterum angelũ descendentem de cælo*, id est Christus de

cælo descendens: quia à summo cælo egressio eius. *Habentem potestatem magnam*, quippe qui est dei patris virtus, & de se testatur, data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. *Et terra illuminata est à gloria eius*, vidimus enim (inquit idem Ioannes) gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à patre: à quo illuminata est terra: quando teste Esaia, Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucẽ magnã: quomodo verò ab hac gloria fidelium terra illuminata sit, docet Ioannes cap. 1. Et de plenitudine eius omnes accepimus, gratiam pro gratia: Christus ergo in forma angeli Ioanni visus est clamans *in fortitudine*, & vt Græci addunt, φωνῇ μεγάλῃ, id est, voce magna, dicens: *Cecidit cecidit Babylon illa magna*, verbi repetitio ad epitasin facit & ruinæ augmentum explicandum, illius confusæ Babylonis, quæ dicta est esse reproborum collectio. *Et facta est habitatio dæmoniorum, & custodia omnis spiritus immundi, & custodia omnis volucris immũdæ & odibilis.* Si in electis suis habitare deus dicitur, & verè de iis Paulus ait, Templum dei sanctum est quod estis vos, rectè quoque Babylon illa spiritualis dæmoniorum habitatio, & custodia omnis spiritus immũdi, & volucris immũdæ dicitur: quibus nominib⁹ nihil aliud quàm dæmones intelligimus per volucres enim dæmones intelligi, Christus nos docuit in parabola seminis, Lucæ 8. Quum enĩ dixisset de semine secus viã inter seminandũ lapso, subdit: Et volucres cæli comedẽt illud: deinde in explicatione parabolæ ait: Qui autẽ secus viã, ij sunt qui audiunt (dei verbũ scilicet) deinde venit diabolus, & tollit verbũ de cordibus eorũ: bene autẽ dicuntur *volucres*, ab agilitate aërij spũs: & *immũdæ* ob vitiorũ obscœnitatẽ: & *odibiles* siue vt græci legũt μεμισημένοι. i. exosæ & ĩuisæ. *Quia de ira fornicationis eius biberũt oẽs gẽtes.* i. ira diuinę vltionis potati & inebriati sunt, quę illis cõtigit, quia Babylonis in fornicatione tã spũali q̃ corporali socios se fecerũt. *Et mercatores de virtute diuitiarũ eius diuites facti sunt*, quia neglectis veris diuitiis, per immensam auaritiam, sæculi tantũ opibus perituris inhiauerunt, & inde animarũ suarum dispendio diuites facti sunt.

magnam, & terra illuminata est à gloria eius. Et exclamauit in fortitudine dicens, Cecidit cecidit Babylon magna: & facta est habitatio dæmoniorum, & custodia omnis spiritus immundi, & custodia omnis uolucris immundæ & odibilis: quia de uino træ fornicationis eius biberunt omnes gentes: & reges terræ cũ illa fornicati sunt: & mercatores terræ de uirtute deliciarũ Esa. 21. c. Hier. 51. a

2. *audiui*

2. *Et audiui aliam vocem*, licet ab eodem angelo *dicentem*: *Exite de illa populo meus*, &c. quòd de Babylone exire fideles admonentur, n õ tam corporaliter q̃ spiritualiter intelligendum, vt ne illius mores imitentur, delictorúmque ipsius sint participes, simúlque supplicio rum q̃q̃ etiam, quatenus fieri potest, vitandum est eorum cõtubernium: Exite ergo (inquit)

B *eius diuites facti sunt.* 2 *Et audiui aliã uocem de cælo dicentem, Exite de illa populo meus: ut ne participes sitis delictorum eius, & de plagis eius non accipiatis. Quoniã peruenerunt peccata eius usque ad cælum, & recordatus est dominus iniquitatum eius. Reddite illi sicut & ipsa reddidit uobis: & duplicate duplicia secundum opera eius. In poculo quo miscuit uobis: miscete illi duplum. Quantum glorificauit se, & in deliciis fuit: tantum date illi tormentum & luctum: quia in*

Esaiæ 47. b.

C *corde suo dicit, Sedeo regina: & uidua non sum: & luctum non uidebo. Ideo in una die uenient plagæ eius, mors, & luctus, & fames, &*

Quoniam peruenerunt peccata eius vsque ad cælum, hyperbolica locutio, ad insinuãdam peccatorum ipsius grauitatem: q̃q̃ reuera vsque ad cælum deique aures, id est, ipsius notitiam peruenerint. *Et recordatus est dominus*, Grecè θεὸς, id est, *deus omnium iniquitatum eius*, non quòd verè oblitus esset deus, in quẽ non cadit obliuio: sed tanq̃ oblitus dissimulasset. *Reddite illi sicut ipsa reddidit vobis*, non manus illi inferendo, sed animaduersione dignã iudicando. Sancti enim, inquit Paulus, de hoc mundo iudicabunt. *Et duplicate duplicia*, &c. hoc est iuxta commeritum suum, acrius in illam iudicate. Græcè legitur διπλώσατε διπλᾶ, i. duplicate illi. *In poculo quo miscuit vobis miscete illi duplicia*, i. dupla proportione supra q̃ vos afflixit, illam affligite, id est, affligendam decernite. Poculum enim & calicem pro afflictione sumi docuit Christus, dicens: Pater si possibile est, transeat à me calix iste. *Quantum glorificauit se*, siue magnificauit: est enim Græcè ἐδόξασε, quod vtrũque significat, & *in deliciis fuit*, Græcè ἐστρηνίασε, id est, lasciuiit, (est enim στρηνιάω, intemperanter ac immodestè ago, & lasciuio) *tãtũ date illi tormentum & luctum*, vt pro qualitate delicti sit & plagarũ modus. *Dicit enim in corde suo, Sedeo regina.* Sedeo inquam firmita-

te solij, vt de hoc regni solio dimouere me nemo queat. Et *vidua nõ sum.* habebat enim certè loco maritorum amatores impudicos multos, & pro sponso Christo, dæmonum legionem, Et *Luctum non videbo*, id est, nihil mihi triste accidet: arbitrantur enim impij perpetuò se in deliciis, & dignitate victuros. *Ideo in vnà die venient plagæ eius*, id est, subito, iuxta qđ Paulus ait, Quum dixerint pax & securitas: tunc repentin⁹ eis superueniet interit⁹: quę autem sint plagæ ostendit, dicens: Mors æternæ damnationis, *Luctus* amissæ beatitudinis, *Fames* illius recuperandæ, sed inanis. Et *igne comburetur* æterno scilicet, qui paratus est diabolo & & angelis eius. *Quia fortis est deus qui iudicabit illã.* i. cõdẽnabit: Germa. codex Græcus addit κύριος, id est, dominus: Veronensis habet tantum κύριος, id est, dominus, non θεός, id est, deus.

igne comburetur: quia fortis est deus qui iudicabit illam. 3 Et *flebunt, & plangent se super illam reges terræ, qui cũ illa fornicati sunt, & in deliciis uixerunt, cum uiderint fumum incendij eius: longè stantes propter timorem tormentorum eius, dicentes:* 4 Væ uæ ciuitas illa magna Babylon, ciuitas il-

3. Et *flebunt & plangent se super eam reges terræ*, quidam Græci codices habent κοὴ κλαύσονται αὐτὴν, καὶ κόψονται ἐπ' αὐτ, id est, & flebunt illam, & plangent super ea. Est autem propriè κόπτομαι, præ doloris impatientia corpus cædere & lacerare. Veronensis codex, habet tantum voce actiua: κλαύσουσι, id est, flebunt. pro in *deliciis uixerunt*, Græcè est ἐσπαταλήσαντες, id est, lasciuierunt. Græca scholia reges terræ, dæmones interpretantur, iuxta quod Christus diabolum, principem mundi appellat. siue autem isti, siue illi, omnes lugebunt super Babylone, *Quum viderint fumum incendij eius*, id est. æterno illam incendio ardentem, cuius & ipsi sunt participes. *Longè stantes propter timorem tormentorum eius*, non longè quidẽ corpore, quum de corpore sint ipsius Babylonis: sed quantum in se erit, procul se ab illis tormentis facientes, & quum vitare ea non possint, voluntate tamen procul & animo abhorrentes. Sic qui ad mortem & crucẽ cum multis damnantur, etsi non dubitant se ad mortem trahendos: quum tamen socios ad mortem trahi vident, procul se ab illis faciunt, euasuri si quidem eis liceret.

4. Væ væ Babylon, &c. quia vna hora, id est, breui tempore venit *iudicium tuum*, id est, condemnatio tua: Et *negotiatores terræ flebunt super eam*

per eam, quoniam merces eorum nemo emet amplius, qui enim per immẽsum auaritiæ studium lucro inhiant mercatores, euersa Babylone non habebunt quibuscum versuras faciant, quibus delicias suas vendant: ideo flebunt, pro emet interpr. legit ἀγοράζει, id est, emit. in

la fortis: quoniam una hora uenit iudicium tuum. Et negotiatores terræ flebunt, & lugebunt super il-
D *lam: quoniam merces eorum nemo emet amplius, merces auri & argenti & lapidis pretiosi, & margaritæ, & byssi, & purpuræ, & serici, & cocci & omne lignum thyinum, & omnia uasa eboris, & omnia uasa de lapide pretioso, & æramento, & ferro, & marmore, & cinnamomum, & amomum, & odoramentorum, & unguenti, & thuris, & uini, & olei, & similæ, & tritici, & iumentorum, & ouium, & equorũ, & rhedarum, & mancipiorum, & animarum hominum. Et poma desiderij animæ tuæ discesserunt à te: & omnia pinguia & præclara perierunt à te, & amplius illa iam*

explicandis mysticè mercibus quas enumerat nõ immorabor, tantum vocabula non omnibus intellecta exponã. Byssus genus lini candidissimi. Coccum appellant granum tinctorium, & pro purpura eáque quam vulgò scarlatam vocant sumitur. Lignum Thyinum, pretiosum est, in Ophir nascens, vnde multam copiam. Salomoni dono misit rex Hyram 3. reg. 10. Similа, flos farinæ triticeæ. Rheda genus leuiculi currus ad vehendos homines, Mancipia: serui bello capti, quòd manu capiantur. puto autem interpretẽ pro mãcipiorum legisse ἀνθρωπόδων, q̃q̃ constanter Græca habent σωμάτων, id est, corporum, cui respondet πνικὸς. sic & cod. Ger. q̃q̃ & Erasmus mancipiorũ habet, alludens ad rem non ad verbum. In harum verò mercium enumeratione, vbi interpres habet *amomum*, codex Germanicus non habet ἄμωμον, Dionysianus habet. Est autem amomum fruticis genus precioſi & odori, de quo Dioscorides & Plinius. Vbi interpres habet *odoramentorum*, sensus est, & merces eorũ sunt odoramentorum, & merces vnguenti & thuris, &c. pro sequẽ tibus iis genitiuis, Græca habent accusatiuos μύρον, λίβανον. quã̃ facilis est lapsus à v. in v. quomodo per v. videtur interpres legisse. Pro eo quoque quod interpres habet *animarũ hominũ*, scilicet mer-

ces

ces eius sunt merces animarum hominum. *pro animarum*, Græc ῦ cõstãter habent ψυχάς, id est, animas. & ideo quum præcesserint genitiui ἵππων, ῥέδων, vel solœcismus est, vel subaudiendum est vendunt, & tunc sensus est, & vendunt animas hominum, id est, precio sissima quæque & maximè amabilia, est enim Hebraismus: quòd nihil habeat homo anima sua charius & preciosius. Si iuuat mysticè interpretari, quòd animas diabolo vendunt iis deliciis & pretiosissimis quibusque inescatas, nihil moror: Et *poma desiderij animæ tuæ discesserunt à te & omnia pinguia & præclara perierunt abs te.* τὸ Poma, & Græcum ἡ ὀπώρα, mollioris corticis fructus omnes significat: hic autem pro deliciis sumitur, quæ parum durant, sed statim vt mollioris corticis fructus fugiunt ac putrescunt: iis Babylonem spoliari conqueruntur mercatores ipsius: Pinguia autẽ & præclara quæque, maiores fructus significant, quos periisse dolent. Et *amplius illa iam non inuenient*, scilicet, mercatores. Græci habent οὐρήσεις, id est, inuenies, & referunt ad Babylonẽ: iam amplius non inuenies. i. non frueris illis deliciis & diuitiis tuis.

non inuenient 5 *mercatores horum qui diuites facti sunt: ab ea longè stabunt, propter timorem tormentorum eius, flentes, ac lugentes, & dicentes:* Væ uæ ciuitas illa magna, quæ amicta erat bysso, & purpura, & cocco, & deaurata erat auro, & lapide pretioso, & margaritis: quoniam una hora destitutæ sunt tantæ diuitiæ: 6 & omnis gubernator, & omnes qui in lacum nauigant, & nautæ, & qui in mari operantur, longè steterunt, & clamauerunt uidentes

5. *Mercatores hominũ, &c.* pro *hominũ*, græci habẽt τούτων. i. horũ, harũ scilicet merciũ: *longè stabũt*, vide expositionẽ paulo ante, numero 3. Græca scholia hos mercatores dæmones appellãt, qui ꝓ deliciis & peccatis hoĩes emãt & vẽdãt, ꝓut Esaias ait, ecce in iniquitatib⁹ vestris vẽditi estis. Siue ergo isti dolẽtes periisse instrumentũ aĩas inescãdi, siue auari mercatores, longè stabunt, dicentes: *Væ uæ ciuitas illa magna, quæ amicta erat bysso & cocco.* i. quę omni deliciarũ genere affluebat & diuitiarum: quia vna hora breuique momento, eã omnia isthæc ornamenta & illectamenta destituerunt.

6. Et *omnis gubernator & omnes, &c. pro omnes qui in lacum nauigant*, Veronens. & Dionysian. codices Græci, habent πᾶς ὁ ἐπὶ τὸν πλοίων πλέων, id est, quicunque nauigiis nauigat. Germa. habet πᾶς

πᾶς ὁ ἐπὶ τὸν πλοίων ὅμιλος. i. omnis turba nauigio vtens, puto interpretẽ pro πλοίων legisse λίμνων, quod stagna & paludes significat, vel aliud simile. Sensus autem loci est, ꝓ omnes quibus cum Babylone illa negocium fuit, siue principes gubernatores, siue ciues & mercatores, per mare pauperiem fugientes, & vt immodicè

F *locum incendij eius dicentes: Quæ similis ciuitati huic magnæ? Et miserunt puluerem super capita sua: & clamauerunt flentes, & lugentes, dicentes:* Væ uæ ciuitas illa magna, *in qua diuites facti sunt omnes qui habebant naues in mari de pretiis eius: quoniã una hora desolata est.* 7 Exulta *super eam cælum & sancti apostoli & prophetæ: quoniam iudicauit deus iudicium uestrũ*

diteſcant, huc illuc discursantes, longè animo steterunt à Babylone, à dãnatione eius abhorrẽtes, & dicẽtes, *Quæ similis ciuitati huic magnæ? & miserunt super capita sua puluerem*, infructuosę ac nimis seræ pœnitentiæ signũ: & clamauerunt dicentes: Væ væ *ciuitas illa, &c.* dolent & plãgunt super tam repentina euersione ciuitatis magnę, cuius ob luxus & sumptus immodicos magnũ ex preciosis quibúsq; mercibus terra mariq; præsertim, quęstũ faciebãt. Græca scholia lõgè secus explicãt, nec, opinor, malè. Per mare vitã præsentẽ intelligũt multis acvariis agitatã tumultuũ fluctib⁹: Per nauigia maris huius. i. mũdi, supra uenientiũ negociorũ impĩsiones & impetus, qb⁹ vti nauigiis in hac vita nũc huc nũc illuc agimur. Gubernatores, vtpote regẽdę nauis peritos, eos q tutos sese ab huius mũdani maris æstibus & fluctibus seruãt, piã scilicet ac moderatã vitã degẽtes. Nautas & oẽs in hoc mari opãtes, eos q aduersus mũdi fluctus & turbines laborãt quotidie manibus opãtes, ne ociosos illos, dies dñi inueniat: habẽtes ꝓ axiomate illud sapiẽtis ecclesiastę 9. Quodcunq; potest facere manus tua, instanter opare: quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec sciẽtia erũt apud inferos quò tu properas: ij ergo oẽs inexitabilem vitę huius finẽ diẽq; iudicij breui fore præsentiẽtes, priusq; veniat, obseruãt: & ab hac Babylone lõgè stãt: ab impiorũ scilicet cõsortio & imitatiõe, ꝓcul fugiẽtes, & ob horrorẽ Babylonicę ruinę cinere caput aspgẽtes. i. pœnitẽtiã de iis quę min⁹ rectè egerãt, faciẽtes.

7. *Exulta super eam cælum.* i. cælestis conuersationis homines, vel angeli: *& sancti apostoli & prophetæ.* Ad congratulationem de impiæ meretricis & Babylonis euersione sanctã inuitantur, quia inquit, *Iudicauit deus iudicium vestrum de illa.* i. quod diu de illa iudicium fieri optabatis

optabatis dicẽtes, quousque domine non vindicas sanguinem nostrum? id iam aduersus eam tulit dominus.

8. *Et subſtulit angelus vnus lapidem quaſi molarem magnum, &c.* Ne mysticè cogamur exponere, puto hunc angelum reuera tali habitu ac ſpecie Ioanni apparuiſſe, mittens grãde ſaxum inſtar molæ in mare, & dicẽs: *Hoc impetu, &c.* pro *hoc*, græci habent οὕτως, id eſt, ſic: interpres legit τῷ τῷ. i. hoc impetu. nihil autẽ aliud ſignificatur iis verbis, quàm vti miſſa in mare mola nuſquam poſtea apparet, ſic euerſa Babylone impia, nuſquam poſtea ne veſtigia quidẽ ei⁹ apparitura. Quod autem de myſtica Babylone dicit, de Chaldaica antè prædixit Hieremias cap. 51. dicens: Cúmq; compleueris legere librũ iſtum, ligabis ad eum lapidem, & proiicies illum in medium Euphratẽ, & dices: Sic ſubmergetur Babylon, & non conſurget à facie afflictionis quã ego adduco ſuper eum, & diſſoluetur. *Et vox cytharœdorum, &c. & omnis artifex, &c. non inuenietur in te amplius.* i. nullis iã tibi deliciis tuis, nullis mercium tuarum fructibus vti frui poſthæc dabit. *Et vox molæ non audietur in te amplius.* i. nullus poſthæc in eſum tibi delicat⁹ panis moleï: vt enĩ Eccl. 14. ſcribitur, nõ eſt apud inferos inuenire cibos. *Et lux lucernæ tuæ non lucebit in te amplius* .i. nulla tibi ad conſolationem fuigebit claritas dẽſiſsimis ac perpetuis obſitæ tenebris. *Et vox ſponſi & ſponſæ non audietur in te adhuc*, ſiue poſthac aut amplius, eſt enĩ græcè ἔτι. i. nulla ad te exhilarandã, nuptialia cantica celebrabuntur. *Quia mercatores tui erant principes terræ.* i. præ auaritia ſua & opulẽtia oẽs in terra verſuris & vſuris ſuis oppri mebant. *Quia in veneficiis tuis errauerũt omnes gentes*, ſiue ad literã, intoxicationibus, ſiue ſpiritualiter, prauis doctrinis & peſsimis exemplis, quibus omnes inficiebant. *Et in ea ſanguis prophetarum & ſanctorum inuentus eſt, &c.* i. reproborum collectio, omnium prophetarum & martyrum pro Chriſto occiſorum rea inuenta eſt.

de illa. [8] *Et ſuſtulit unus angelus fortis lapidem quaſi molarem magnũ, & miſit in mare, dicens: Hoc impetu mittetur Babylon ciuitas illa magna: & ultrà iam non inuenietur. Et uox cytharœdorum & muſicorum, & tibia canentium & tuba, non audietur in te amplius: & omnis artifex omnis artis non inuenietur in te amplius: & uox molæ non audietur in te amplius, & lux lucernæ non lucebit in te amplius, & uox ſponſi & ſponſæ non audietur adhuc in te: quia mercatores tui erant principes terræ: quia in ueneficiis tuis errauerunt omnes gentes, & in ea ſanguis prophetarum & ſanctorum inuentus eſt, & omnium qui interfecti ſunt in terra.* G

1. *Poſt hæc audiui quaſi vocem magnam tubarum multarum.* vicio librariorum inoleuit error, vt pro *turbarum* ſcriberetur tubarum: quum græcè ſit ὄχλος πολλὺς. i. turbæ multæ. Paulò antè admoniti ſunt ſancti de ruina Babylonica exultare, nunc deſcribuntur gratias agentes *in cælo.* i. eccleſia triumphante ac militante, & dicentes inuicem, *halleluia* .i. laudate deum. *Laus & gloria, &c.* Nihil eſt in hac gratiarum actione difficile, tãtum Latina paulùm diſtant à Græcis, & Græca nõnihil inter ſe Germa. cod. habet, ἡ σωτηρία, καὶ ἡ δόξα, καὶ ἡ τιμὴ, καὶ ἡ δύναμις κυρίῳ τῷ θεῷ ἡμῶν, id eſt, ſalus & gloria, & honor, & poteſtas domino deo noſtro. Dionyſ. habet, τῷ θεῷ ἡμῶν, id eſt, dei noſtri. Veronenſis habet tantum τῷ θεῷ ἡμῶν: neque habet κυρίῳ.

ARGVMENTVM Cap. 19.

¶ *Exultationem electorum ſuper euerſione Babylonis ac meretricis magnæ cõtinet hoc caput: & aduẽtantis in iudiciũ Chriſti habitũ & apparatum. Demum Antichriſti & prophetarum eius ruinam.*

CAPVT XIX.

A [1] *Poſt hæc audiui quaſi uocem tubarum multarum in cælo dicentium, Halleluia. Laus & gloria & uirtus deo noſtro eſt. quia uera & iuſta iudicia ſunt eius qui iudicauit de meretrice magna, quæ corrupit terrã in proſtitutione ſua, & uindicauit ſanguinem ſeruorum ſuorum de manibus eius. Et iterum dixerunt, Halleluia.* [2] *Et fumus eius aſcendit in ſæcula ſæculorum. Et ceciderunt*

2. *Et fumus eius*, meretricis ſcilicet. i. incendij eius memoria *aſcendet in ſæcula*. i. nunquam obliuioni erit. *Et ceciderunt viginti quatuor ſeniores, &c.* per 24. ſeniores 12. patriarchæ, & 12. prophetæ eorúmq; filij, & omnes veteris teſtamenti intelliguntur electi. ſicut per quatuor animalia, quatuor euangeliſtæ, & omnes qui euangelicam fidem ſuſceperunt: ij omnes deum ſedentem in throno, id eſt, Chriſtum ad dexteram patris ſedentem adorauerunt dicentes, Amen halleluia. *Et vox exiuit de throno*, id eſt, à maieſtate dei: quidam exponunt à ſeraphim, *dicens, Laudem dicite deo noſtro omnes ſancti eius*, vel ſerui, græcè οἱ δοῦλοι. *Et audiui vocem quaſi tubæ magnæ*, græcè ὄχλος πολλὺς, id eſt, turbæ multæ, vt paulò antè dictum eſt,

est. Et *sicut vocem aquarum multarum*, id est, populorum, vt anteà, & *tonitruum magnorum*, id est, immẽsam, qualis esse solet vox tonitrui, *dicentium, halleluia, quia regnauit dominus*, id est, in ruina Babylonica regem se præstitit.

3. *Gaudeamus, &c. quia venerunt nuptiæ agni*, id est, Christi, hoc est, plena & consummata Christi coniunctio cum ecclesia ab omnibus iam reprobis perpurgata, assumptis corpore & anima ad beatitudinem electis. Et *vxor eius*, id est, sponsa ecclesia *præparauit se*, per fidem & gratiam in via. Et *datum est illi*, per gloriam in patria, *vt cooperiat se byssino splendenti & candido*, vel puro, vt græca habent, καθαρά: quid autem sit byssinum, exponit: *Byssinum enim sunt iustificationes sanctorum*, id est, fides ac studiosa bonáque iuxta fidem opera, quibus dei gratia iustificati sunt sancti: quibus qui ad finem vsque indutus fuerit in via, conceditur vt iis vestitus appareat in patria, Et *dixit mihi*, vel dicit, græcè λέγει: *Scribe, beati qui ad cœnam nuptiarum agni vocati sunt*, id est, ad æternæ beatitudinis conuiuium, quod sponsæ suæ ecclesiæ Christus parauit. Et *cecidi ad pedes eius*, vel ante, græcè ἔμπροσθεν, volens adorare: quod ne faceret, inhibuit angelus, quippe qui conseruus esset eius, & omnium habentium testimonium Iesu. i. fidẽ eius, siue spiritum prophetiæ. vt postea exponit. *Testimonium Iesu est spiritus prophetiæ*, vnde & Petrus, Huic omnes (inquit), pphetæ testimonium perhibent: conseruum ergo se dicit habentium spiritum prophetię, nõ ,ppheticũ tãtũ spũm, sed ,pphetię largitorẽ spũm sanctũ.

seniores uigintiquatuor & quatuor animalia, & adorauerunt deum sedentem super thronum, dicentes: Amen halleluia. Et uox de throno exiuit, dicens: Laudem dicite deo nostro omnes sancti eius: & qui timetis eum pusilli & magni. Et audiui quasi uocem tubæ magnæ: & sicut uocem aquarum multarũ, & sicut uocem tonitruorum magnorũ, dicentium, Halleluia: quoniã regnauit dominus deus noster omnipotẽs. B
3 Gaudeamus & exultemus, & demus gloriam ei: quia uenerunt nuptiæ agni, & uxor eius præparauit se. Et datum est illi ut cooperiat se byssino splendenti & candido. Byssinum enim, iustificationes sunt sanctorum. Et dixit mihi, Scribe, Beati qui ad cœnam nuptiarum agni uocati sunt. Et dixit mihi, Hæc uerba dei, uera sunt. Et cecidi ante pedes eius, ut adorarem eum. Et dicit mihi, Vide ne feceris: conseruus tuus sum, & fratrum tuorum habentiũ testimonium Iesu. Deum adora. Testimoniũ enim Iesu, est spiritus prophetiæ. 4 *Et uidi cælum apertum, et* C *ecce equus albus, & qui sedebat super eum, uocabatur Fidelis & Verax, & cum iustitia iudicat & pugnat. Oculi autem eius sicut flamma ignis. & in capite eius diademata* Esai. 63.a. *multa, habens nomen scriptũ, quod nemo nouit nisi ipse. Et uestit*9 *erat ueste aspersa sanguine: & uocabatur nomen eius, Verbum dei. Et exercitus qui sunt in cælo, sequebãtur eum in equis albis, uestiti byssino albo & mundo.* 5 *Et de ore eius procedit gladius ex utraq; parte acu-* Psal. 2.c. *tus, ut in ipso percutiat gentes. Et ipse reget eas in uirga ferrea: et ipse calcat torcular uini furoris iræ dei*

Matt. 22.a. Luc. 24.d.

4. Et *vidi cælum apertum*, i. mysteria omnia cælestia mihi apertè indicata sunt. Et *ecce equus albus*, i. Christi humanitas, innocentia vitæ candida. Et *qui sedebat, &c.* Verbum dei scilicet, quia super naturam humanã sedet diuina, eam vt lubet agẽdo, & *cum iustitia*, i. iustè, iudicat & pugnat. *Oculi eius sicut flamma ignis.* ad incẽdendos pios, nõ quòd reuera sic esset, sed sic illi videbatur. Et *in capite eius diademata multa* i. in deo patre qui est caput Christi, infinita charismata, quibus electos suos muneratur Christus & donat. *Habens nomen scriptum, quod nemo nouit nisi ipse*, iuxta illud Pauli Philip. Et donauit illi nomen quod est supra omne nomen. Dei scilicet ineffabile nomen tetragrammaton: hoc enim nomine assumptum hominem donauit deus, cuius vim & energiam nemo plane nouit nisi vnus deus. Et *vestitus erat veste aspersa sanguine*, id est, passionis supplicio cruenta humanitate: quæ deitatis fulgorem mortalium oculis nequaquam aspectabilem, vti vestis corpus tegebat. Et *vocabatur*, siue vocatur, græcè καλεῖται. *nomen eius verbum dei*. i. vnigenitus dei patris filius, per quem mundo pater innotuit, vt per verbum externum, animi conceptio. Et *exercitus qui sunt in cælo*, id est, electi omnes & beati. *sequebantur eum in equis albis*, id est, immaculatis corporibus, quæ spiritus eorum agit ac regit. *vestiti byssino albo & mundo*, id est, iustificationibus suis, vt antea.

5. Et *de ore eius procedit gladius vtraque parte acutus*, græcis deest & *vtraque parte*, gladius acutus iudiciaria est Christi potestas, aut ipsiusmet

ipsiusmet verbum, penetrabilius omni gladio acuto : quo solo damnaturus est impios: vnde ait, in quo percutiet gentes, *& ipse reget eos in virga ferrea*. i. austeritate iudicij. *Et ipse calcat torcular vini furoris*, iræ siue vt Græci, *& iræ dei omnipotentis*. Torcular autem vini diuini furoris calcare, est è diuina iustitia aduersus impios vltionẽ, tanquam vinum è prælo exprimere. *Et habet in uestimẽto & fœmore suo scriptum*, græci addunt ὄνομα. i. nomen. *Rex regum, &c.* Christi vestimentum humanã ipsius naturam significare diximus, similiter & fœmur significat: quia inde generatio carnalis descendit, vt est Gen. 46. Cunctæ animæ quæ ingressæ sunt cum Iacob in Aegyptum, egressæ sunt de femore illius : bene ergo in vestimento suo & femore inscriptũ est hoc nomẽ, rex regum, &c. quando illi secũdum humanitatẽ à patre data est omnis potestas in cælo & in terra, & à patre rex est constitutus.

omnipotentis. Et habet in uestimẽto & in fœmore suo scriptum, Rex regum, & dominus dominantium. [17.d.] [1.Ti. 6.c.]

6 *Et uidi unum angelum stantem in sole, & clamauit uoce magna, dicẽs ũbus auibus quæ uolabãt per medium cæli, Venite & cõgregamini ad cœnã magnã dei: ut manducetis carnes regum, & carnes tribunorum, & carnes fortiũ, & carnes equorum, & sedentium in ipsis, & carnes omniũ liberorũ & seruorũ, & pusillorũ & magnorũ.* 7 *Et uidi bestiam, & reges terræ, & exercitus eorum congregatos ad faciendum præliũ cum illo qui sedebat in equo & cum exercitu eius. Et apprehensa est bestia, & cum ea pseudopropheta: qui fecit signa corã ipso, quibus seduxit eos qui acceperunt characterem bestiæ, & qui adorauerunt imaginem eius. Viui missi sunt hi duo in stagnũ ignis ardentis sulphure: et cæteri occisi sunt in gladio sedentis super equum, qui procedit de ore ipsius. & omnes aues saturatæ sunt carnibus eorum.*

6. *Et vidi vnum angelum stantem in sole*. i. eminentiore loco, vnum scilicet de præcipuis angelis: vel in sole, id est, Christo, stantem & paratum illi obsequi. *Et clamauit voce magna omnibus auibus quæ volabãt per medium cæli*. i. electis, quorum per contẽplationem conuersatio est in cælis, *dicens: Venite, cõgregamini ad cœnam magnã dei*, vel magni dei. græci enim habent μεγάλου: cœna autẽ isthæc conuiuiũ est æternæ beatitudinis, quod facturus est sponsæ suæ ecclesiæ Christus: *vt manducetis carnes, &c.* id est, vt mentem animíq; vestri desiderium expleatis de vltione impiorum ciuium & consortium Babylonis. sic Esaias 66. Et egredientur & videbunt cadauera virorum qui præuaricati sunt in me, & erunt vsq; ad satietatem visionis omni carni : ad hoc alludit Ezechiel capite nono dicens, Dic omni volucri & vniuersis auibus: conuenite, concurrite ad victimã meã, vt comedatis carnem, & bibatis sanguinem : carnes fortium terræ comedetis, & sanguinem principum terræ bibetis.

7. *Et vidi bestiam, & reges terræ, &c.* Antichristum cum suis regibus & cæteris

& cæteris assecłis & satellitibus vidisse se ait, cum verbo dei prælium inire paratum: nam vsq; eò audaciæ ascendet, vt præualiturum se putet, sed frustra: nam apprehendetur *bestia & pseudopropheta*, id est, Antichristus & turba falsorũ prophetarũ, qui permissione sibi data signa fecerunt ad seducendos, si fieri posset electos: quib⁹ multos ad adorandam bestiam eiúsque characterem gerendum seduxerunt : sed quis exitus? *Viui missi sunt ij duo in stagnum ignis sulphure ardentis*: vel stagnum ardẽs sulphure. græcè τῷ λίμνῳ τῷ καιομένῳ, quo nomine significatur infernus, quo tam celeri ruina præcipitabuntur, vt viui missi videantur illuc, ij duo, bestia & pseudopropheta. *Et cæteri*, illorũ satellites, gladio sedẽtis super equum, id est, Christi verbo in humanitate iudicãtis, occisi sunt. *Et omnes aues saturatæ sunt carnibus eorum*, quia electi contemplatione vosantes, animi sui desiderium de iusta vltione illorum explebunt.

ARGVMENTVM Cap. 20.

¶ *Draconis alligatio, & electorum regnũ hoc capite describitur: deinde ipsius solutio draconis, eiúsq; aduersus electos & dei ecclesiam pugna, nouissimaq; ruina: postmodum mortuorũ resurrectio & iudiciũ.*

CAPVT XX.

A *ET uidi angelum descendentem de cælo, habentẽ clauem abyssi, & catenã magnã in manu sua. Et apprehẽdit*

1. *Et vidi angelum descendentem de cælo*, Christum scilicet incarnatum. *Habentem clauem abyssi*, id est, omnimodam in infernum potestatem, quippe qui resurgens victor inde rediit. *Et catenam magnam in manu sua*. i. facultatem dæmones vinciendi & coercendi. *Et apprehendit draconem*, sic appellatum propter apertam sæuitiam, *serpentem* propter occultam malitiam, *antiquum*, quia ve-

terator, vel quia à mundi constitutione conditus est, *qui est diabolus*, id est, calumniator, *& sathanas*, id est, aduersarius bonorum omnium: hic Veronensis codex addit ὁ πλανῶν τὴν οἰκουμένην ὅλην, id est, qui seducit vniuersum orbem: *& ligauit eum per annos mille*. hoc fecit per passionem suam Christus, quãdo principem dæmonum, qui ab Adam vsque ad passionem suam tyrannidem exercuerat, compescuit, ne adeò vt antea nocere posset fidelibus per baptismum aduersum eius sæuitiã & fraudem deigratia communitis. Mille annos autem, omnes tempus legis euangelicæ vsque ad Antichristum significare aiũt, quo medio tẽpore in abysso inferni tanquã clausus, & cruce Christi velut sigillo obsignatus, detinetur sathanas, ne prosuo arbitrio noceat, *donec consummentur mille anni*, id est, donec Antichristus venerit, & tunc soluetur *modico tempore*, tribus annis scilicet cum dimidio: quamdudum regnabit Antichristus.

draconem serpentem antiquum, qui est diabolus & sathanas, & ligauit eum per annos mille, & misit eũ in abyssum, & clausit, & signauit super illum ut non seducat amplius gentes, donec consummentur mille anni. & post hoc oportet illum solui modico tempore. 2 *Et uidi sedes: & B sederunt super eas, & iudicium datum est illis, & animas decollatorũ propter testimonium Iesu. & propter uerbum dei: & qui non adorauerunt bestiam, neque imaginem eius, nec acceperunt characterem eius in frontibus aut in manibus suis, & uixerunt, & regnauerunt cũ Christo mille annis. Cæteri mortuorum non uixerunt, donec consummentur mille anni. Hæc est resurrectio prima. Beatus & sanctus qui habet partẽ in resurrectione prima. In his secunda mors non habet potestatem: sed erunt sacerdotes dei & Christi: & regnabunt cum illo* C Ezec. 38. c. & 39. a. *mille annis. Et cùm consummati fuerint mille anni, soluetur sathanas de carcere suo, & exibit, & seducet gẽtes quæ sunt sup quatuor angulos terræ, Gog et Magog, et congregabit eos in præliũ, quorũ numerus est sicut arena maris. Et ascenderunt super latitudinẽ terræ, & circũierunt castra sanctorũ, & ciuitatem dilectã. Et descendit ignis à deo de cælo, & deuorauit eos: et diabol*[9] *qui seducebat eos missus est in*

2. *Et vidi sedes, & sederunt super eas*, iũbaudi, sancti & electi, *& iudicium datum est illis*. Sedes iudiciariam potestatem significant, in qua sessuri & iudicaturi sunt sancti, promittente Christo apostolis, de quibus præcipuè is locus intelligitur, Matth. 19. Vos qui secuti estis me, in regeneratione cùm sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel: nec ipsis modò apostolis, sed quotquot ipsum secuti fuerint, id promisit. *Et animas decollatorum*. sub. Vidi eorum scilicet qui ppter Christi fidem, quia impietatem sectari noluerunt, ab Antichristo & præcursoribus ipsius ministris, occisi sunt. *Et vixerunt*, in terra per gratiam, *& regnauerunt cum Christo*, in patria per gloriam, *mille annis*. i. toto tempore legis euangelicæ. *Et cæteri mortuorum*, qui neque in Christo, neque ob

ob Christum sunt mortui reprobi scilicet, *non vixerunt*, neque vita corporali, neque spirituali, quia damnati. *Donec consummentur mille anni*, id est, vsque ad resurrectionis tempus, quando vita corporali reuiuent in æternum spirituali morte morituri. *Hæc est resurrectio prima*, quod præcessit, scilicet τὸ *& cæteri mortuorum, &c.* per parenthesin legendum est, & hæc verba iungenda præcedentibus. Et vixerunt cum Christo, & regnauerũt mille annis: hæc est resurrectio prima, scilicet sanctorũ in animæ glorificatione: qa secunda erit in generali resurrectione ad corporis & animæ beatitatem resurgentibus electis. *Et beatus qui habet partem in resurrectione prima*, id est, animæ glorificatione, quia *in his secunda mors*, animæ scilicet damnatio, *non habet potestatem*, non enim tanget illos tormentũ malitiæ. *Sed erunt sacerdotes dei & Christi*, quia iugiter illi sacrificia laudum offerẽt, *& regnabunt cum Christo*, in patria, secundum animam *mille annis*, id est, vsq; ad Antichristi iudicium, & postea etiam cum corpore. *Et quum consummati fuerint mille anni*, Antichristi tempore *soluetur sathanas de carcere suo*, id est, liberius sæuire & seducere fideles permittetur. *Et seducet gentes*. græcè πλανῆσαι, id est, ad seducendum gentes, *super quatuor angulos terræ*, id est, de omni natione orbis aliquos: & maximè inter cæteros Gog & Magog. Hos quidam teste Hierony. Ezech. 38. putant esse gentes barbaras in intima Scythia trans Caucasum, quorum ministerio ad expugnandos fideles vsurus est Antichristus, qui numero arenam maris æquabunt: quos cum cæteris gentibus congregabit in prælium, quósque circuituros Ioannes ait, *castra sanctorum*, id est, acies verè Christianorum, *& ciuitatem dilectam*, id est, sanctam ecclesiam. Qui autem ij sint, & num reuera

eorum vsurus est ministerio, an mysticè tantum ista intelligantur, quoque modo, & non ausim asserere, & ignorare me fateor: quando teste Hierony. 38. cap. Ezechiel. ad intelligendum totum volumen Ioannis, quod reuelationis titulo prænotatur, reuelatione indigemus: vt possimus cum propheta dicere, Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua. Horum tamen omniū siue literaliter, siue mysticè vt Hierony. dicto loco, de hæreticis interpretatur, breui futurum suppliciū Ioānes asserit, missō scilicet cœlitus igne, qui impios deuoret: proiectóque in stagnum ignis cum bestia & pseudopropheta, diabolo.

stagnum ignis & sulphuris, vbi & bestia & pseudoprophetæ cruciabũtur die ac nocte in sæcula sæculorũ. 3 *Et vidi thronũ magnum cãdidum, & sedentẽ super eum, à cuius conspectu fugit terra & cælum, & locus non est inuentus eis. Et vidi mortuos magnos & pusillos stantes in conspectu throni, & libri aperti sunt:* 4 *& alius liber apertus est, qui est vitæ: & iudicati sunt mortui ex his quæ scripta erant in libris secundũ opera ipsorum, & dedit mare mortuos qui in eo erãt, & mors & infernus dederũt mortuos suos qui in ipsis erãt, & iudicatũ est de singulis secũdum opera ipsorũ.* 5 *Et infernus & mors missi sunt in stagnum ignis. Hæc est mors secunda. & qui non inuẽtus est in libro uitæ scriptus, missus est in stagnũ ignis.*

D

3. *Et vidi thronum magnum candidum*. i. sanctam & immaculatam ecclesiam, *& sedentem super eum*. i. Christum habitantem in ea, & in sanctis suis sedentem, *à cuius cõspectu fugit cælum & terra*. literaliter fugient quãdo exurentur igne cõflagrationis terra ista & cælum aerium. Sic enim 2. Pet. 3. dicitur, Aduenier dies domini vt fur, in quo cæli magno impetu transient, elementa verò calore soluentur: terra autem, & quæ in ipsa sunt opera, exurentur: fugient quoq; quodam modo, quando purgatis terra, elemẽtis, & cælis, noua erit illorum facies, fiétq; nouum cælum & terra: *& non est inuentus locus eis*, secundum priorem habitum & speciem: quidam mysticè per terram reprobos & obduratos homines, per cælũ aẽrium, aëriæ ac spiritualis naturæ dæmones etiam plerunque in aëre habitantes, non ineptè forsan intelligunt. *Et vidi mortuos magnos & pusillos*, quia (vt ait Horatius) Pallida mors æquo pulsat pede pauperum tabernas, regúmque turres. *Stantes in conspectu throni*, quia teste Paulo, Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi. *Et libri aperti sunt*: libri, inquam, conscientiarum, vbi sine dissimulatione quam quisque vitam gesserit, legitur.

4. *Et alius liber apertus est, qui est vitæ*. i. liber diuinę prędestinationis, qui

qui vsque ad iudicium latuit incognitus, tunc aperiendus, quum palàm fiet qui reprobi sint & electi. *Et iudicati sunt mortui, ex iis quæ scripta erant in libris*, suarum scilicet cogitationum: nimirum (vt ait Paulus, Rom.) inter se inuicem cogitationibus accusantibus aut defendentibus, quando iudicabit dominus occulta cordium. *Et mare dedit mortuos suos qui in eo erant*. Sæpe *mare* diximus tumultuantem & fluctuantem hunc mundum significare: qui mortuos suos reddet, quando in nouissima tuba, omnes resurgent cum corporibus suis.

5. *Et mors & infernus dederunt mortuos suos*. i. quotquot mortui fuerint redibunt ad corpora sua. Mors vniuersitatẽ indicat mortuorum, bonorum & malorum: sed infernum addidit, ne dubites ad propria corpora in quibus perpetuò ardeant, redituros damnatos. *Et mors*, id est, diabolus, *& infernus*, id est, cæteri reprobi, *missi sunt in stagnum ignis*, id est, profundum inferni. *Hæc est mors secunda*, prior per animæ peccatum, à qua per pœnitentiam resurgitur: secunda æterna corporis & animæ dãnatio. vt autem de generalitate reproborũ concludat, asserit omnes qui non sunt scripti in libro vitæ. i. omnes reprobos cum diabolo missos in stagnum ignis. i. gehennæ locum.

ARGVMENTVM Cap. 21.

¶ Cælorũ & terræ innouatio, & supernæ Hierusalẽ descriptio hoc capite habetur.

CAPVT XXI.

A Esai. 65. c. & 66 & 2. Pe. 3. c.

1 *Et vidi cælum nouũ, & terram nouã.* Primũ enim cælũ & prima terra abiit, & mare iã nõ est. 2 *Et ego Ioãnes vidi sanctã ciuitatẽ Hierusalẽ nouã*

1. *Et vidi cælum nouum, & nouam terram*. Paulò antè dixit, cælum & terram fugisse à facie sedentis, quod & paulo pòst ait, primum cælum, & prima terra abiit. Nunc se noua ea vidisse, non substantia, sed qualitate, ipsis in perfectiorem naturam commutatis, & ab omni alteratione liberatis. Quod verò ait, *Et mare iam non est*, non est putandum quòd propterea elementum aquæ esse desinat, sed quòd ipsum mare, mare forsan esse desinet, id est, amarum, terreum, ac salsum, & tunc in perfectionem euadet aquæ puræ elementaris.

2. *Et ego Ioannes vidi sanctam ciuitatem*, id est, ecclesiam triumphantẽ,

Hierusalem, ob integram pacis qua fruitur, suppeditatis aduersariis, visionem, *nouam*, ob nouam corporum glorificationem, *Descendentem de cælo*. non locali motu, sed emanatione: quia omne donũ perfectum descendeus à patre luminum: vel per animi humiliationem à contemplatione diuinæ maiestatis descendentem ad suæ agnitionem fragilitatis, *à deo paratam sicut sponsam ornatã viro suo*, id est, à deo patre viro & sponso suo Christo paratam sicut sponsam ornatam. *Et audiui vocem magnam dicẽtem, de throno, Ecce tabernaculum dei cum hominibus*. Tabernaculũ dei humanitas Christi: quia in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. bene autem cũ hominibus habitat, quia vt ipsamet patris sapientia ait, Deliciæ meæ esse cum filiis hominum. *Et absterget omnem lachrymam, &c.* peracto iudicio perpetua fruituros electos lætitia ostẽdit, procúlque ab eis futurum omnem dolorem & luctum. quæ, siue vt græci aiunt ὅτι, id est, quia *prima abierunt*, id est, vt græci exponunt inuectæ nobis olim à primo Adam corporis animique molestiæ. *Et dixit, &c. Ecce noua facio omnia.* Veron. codex ἰδοὺ, ἰδοὺ, id est, ecce, ecce: noua facio omnia, cælum, terrã, elemẽtáque omnia, vt innouatis ad gloriam beatorum corporibus innouentur cætera, seque sentiant liberata à seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum dei. *Et dixit mihi factum est*, id est, consummata sunt omnia quæ de filio hominis & futuro ecclesiæ statu erant prædicta. *Ego sum ἄλφα & ω*, id est, vti explicat, initium & finis: nam duabus istis literis incipit & desinit græcum alphabetum. 3. *Ego sitienti, &c.* id est, iis qui nunc esuriunt & sitiunt iustitiam. *Dabo de fonte aquæ vitæ*, id est, viuæ, hoc est, immensis beneficiis quæ à me viuo fonte indesinenter fluunt, illos potabo. *Gratis* autem: quia nemini

descendentem de cælo, à deo paratam, sicut sponsam ornatam, uiro suo. Et audiui uocẽ magnã de throno dicẽtem, Ecce tabernaculum dei cum hominibus: & habitabit cum eis, & ipsi populus eius erunt: & ipse deus cũ eis erit eorum deus, & absterget deus omnem lachrymam ab oculis eorum: et mors ultra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra, quæ prima abierunt. Et dixit qui sedebat in throno, Ecce noua facio omnia. Et dixit mihi, Scribe, quia hæc uerba fidelissima sunt & uera. Et dixit mihi, Factum est: Ego sum α & ω: initiũ & finis. 3 *Ego sitienti dabo de fonte aquæ uiuæ gratis. Qui uicerit, possi-*

B Esaiæ 25.d.

Esaiæ 43.c. 2 Corinth. 5.d.

nemini debitor deus est, quod dat liberaliter dat: neque istud gratis merita nostra excludit, quæ mera sua gratia merita facit. *Qui vicerit, possidebit hæc*, interpres legit ταῦτα, & sic Veron. codex, alij habent πάντα, id est, omnia. qui vicerit ergo mundum carnem & diabolum, possidebit omnia, quia bonorum omnium largitore Deo fruetur. *Timidis autem &c.* omnibus impiis & reprobis pars & portio erit in ardenti stagno gehennæ æternę.

debit hæc, & ero illi deus: & ille erit mihi filius, Timidis autẽ & incredulis, & execratis, & homicidis, & fornicatoribus: et ueneficis, & idololatris, et oĩbus mẽdacibus, C *pars illorũ erit in stagno ardenti igne & sulphure, quod est mors secũda.* 4 *Et uenit unus de septẽ angelis habẽtibus phialas plenas septẽ plagis nouissimis, & locutus est mecũ, dicẽs: Veni, & ostẽdã tibi spõsam, uxorẽ agni. Et sustulit me in spiritu in montẽ magnũ, & altũ, & ostẽdit mihi ciuitatem sanctam Hierusalem descendentem de cælo à deo, habẽtem claritatem dei, & lumen eius simile lapidi pretioso tanquam lapidi Iaspidis, sicut Chrystallũ. Et*

4. *Et venit vnus de septem angelis*. De septem phialis & plagis dictum est, cap. 16. *Et substulit me in spiritu*, id est, spirituali visione, *in montem magnum & altum*, sic enim videbatur Ioãni, *& ostendit mihi Hierusalem ciuitatem magnam*, bene in monte excelso & magno ciuitas sancta videtur collocata: quia calcatis terrenis nõ nisi in altũ & cælum triumphans ecclesia suspicit. hãc ergo ciuitatem vidit Ioãnes descendẽtem de cælo, græci addunt ἀπὸ τοῦ θεοῦ, id est, à deo hoc paulo ante expositũ est. *Habentem claritatem dei*, participatione scilicet, fulgebũt enim iusti sicut sol in regno patris eorũ. & bene claritatem dei habebit: quum iam reformauerit corpus humilitatis nostræ configuratũ corpori claritatis filij sui. *Et lumen eius simile lapidi pretioso*, græcè τιμιωτάτῳ, id est, pretiosissimo, *tanquam lapidi Iaspidis sicut crystallum*, græcè ὡς λίθῳ ἰάσπιδι κρυσταλλίζοντι, id est, tanquam lapidi iaspidi crystallizanti. i. vt crystallum lucido. lumen autẽ supernæ Hierusalem Christus est, vtpote lux vera, quæ illuminat omnem hominẽ veniẽtem in hunc mundũ: bene autẽ similis iaspidi semper viréti, quia nullis vnq̃ afflictionibus emarcuit, sed viridis & potens cõtra eas permãsit, non dissimilis crystallo ob syncerę vitæ perspicuitatem. *Et habebat murum magnum & altum*,

nihil enim abiectum & terrenum in sancta ciuitate, sed sublimia & cælestia omnia. Murus autem vel firmitatem & fortitudinem fidei significat, qua se olim aduersus hostes tutati sunt huius ecclesiæ ciues dum peregrinarẽtur, vt inquit Paulus, ad dominum: vel perfectiores ciuitatis huius municipes, qui aduersus tyrannos & hæreticos olim se tanq̃ murũ oppo

suerũt pro domo dei Israel, cæteros infirmiores in vnitate cõtinentes, ne lõgius à septis euãgelicis diuagarentur & à fide deficerent. Hic murus visus est Ioãni habere *portas duodecim*, quibus 12. apostolos oẽs intelligũt, per quos eorũ fidẽ & vitã imitãdo in cælestẽ Hierusalẽ ingredimur. *Et in portis angulos duodecim.* Inoleuit hic error vt pro *angelos*, scribatur *angulos*, quũ græcè sit ἀγγέλους, &

habebat murũ magnũ & altũ, habẽtem portas duodecim, & in portis, angulos duodecim, & nomina inscripta, quæ sunt noĩa duodecim tribuũ filiorũ Israel. 5 *Ab oriẽte, portæ tres: & ab aquilone, portæ tres: & ab austro, portæ tres, & ab occasu, portæ trẽs. Et murus ciuitatis habẽs fundamẽta duodecim: & in ipsis duodecim, nomina duodecim apostolorũ agni.* 6 *Et qui loquebatur*

sic vetera biblia manu descriptã habent 12. angeli in 12. portis custodes sunt ciuitatis supernæ Hierusalẽ, dũ ipsa peregrinaretur, apostolorũ coadiutores ad inducendũ in sanctã ciuitatem electos. Qui legunt *angulos*, dicunt per hos doctores & prædicatores significari, qui quondã ecclesiæ militantis lapides inter se nectebant. & erant inscripta ĩ portis *nomina 12. tribuum Israel*, per quos intelligũtur oẽs veteris testamenti electi, vt scilicet ostẽdatur eadẽ fuisse fides apostolorum in nouo testamento & verorum Israelitarum in veteri. 5. *Ab oriẽte, portæ tres, &c.* Rectè sancta ciuitas versus 4. orbis plagas, tres portas habet, quia per harũ portarũ. i. apostolorũ prædicationem, ab omni parte mundi veniẽt, qui vestigia sanctorũ apostolorum imitantes in superbenedictam trinitatẽ credãt. vt Lucæ 13. dicitur: Et venient ab oriente & occidente, ab aquilone & austro & accũbent in regno dei. *Et murus ciuitatis habens fundamẽta 12. & in ipsis 12. nomina 12. apostolorum agni.* Hæc fundamenta ab omnibus dicuntur 12. apostoli, qui & portæ, per quorum fidem ingrediũtur fideles dicũtur: & fundamẽta, quia in fide ab eis prædicata fundata est ecclesia, ædificata, vt inquit Paulus Eph. supra fundamentũ apostolorum & prophetarum: qui etiam fundamenta dici possunt.

6. *Et qui loquebatur mecum, habebat mensuram arundinem aureã*, Græci habent

ei habent τὸν κάλαμον, id est, arũdinem, & sic vetus exemplar latinum. Angelus autem iste Christus est, *mensura arundinis aureæ*, iusta est ipsius sapiẽtia, quam habebat, *vt metiretur ciuitatem & portas eius & murum*, id est, vt omnium ciuium metiretur merita, & inter ciues apostolorum, qui per portas, & aliorum perfectiorum, qui per murum intelliguntur. *Et ciuitas in quadro posita est*, id est, quaquauersus respicias quadrata est: & quia quadratũ quãcũque in partem iacias, stat semper firmum & fixũ, quadratura ciuitatis huius, firmitudinem significat ipsius. *Et longitudo tanta est quanta & latitudo*, quum hæ dimensiones reuera nõ sint in patria, necesse est mysticè illas intelligere: itaque longitudo contemplatio dicitur rerum procul ab humano captu stãtium: diuinarũ scilicet, imò dei ipsius: latitudo eiusdem dilectio & charitas, quæ æqualia sunt, quia quanto deum beati contemplantur altius, tanto plus amant ac feruentius. *Et mensus est ciuitatem aurea arundine per stadia duodecim millia*, id est, iusta ac verè aurea sapientia sua mensus est ciuium merita, vt pro eorum ratione ac proportione, præmia largiretur ac gloriã: quid autem sibi velit per duodecim millia stadia, fateor me ignorare, nisi dicamus metaphoricam esse locutionem ad exprimendam ex visibilibus signis inuisibilem sanctæ ciuitatis magnitudinem. Et quia in stadio curritur ad assequendum brauium & certatur, sunt qui mysticè exponant ista duodecim millia stadiorũ per omnes sanctorũ agones & pro Christo certamina: vt sit duodecim millia numerus definitus pro indefinito, & sua multitudine vniuersitatem cõprehendens. *Et longitudo, & altitudo, & latitudo eius æqualia sunt.* Sunt qui per longitudinem, fidẽ: per altitudinem, spem: per latitudinem, charitatem beatorum intelligunt: quas olim virtutes in ecclesia militante habebant, superstite tantum in patria, charitate. *Et mensus est murum eius 144. cubitorum.* murus, tam immensæ & insolitæ magnitudinis quid significare possit non video, nisi perfectiores ecclesiæ significet, immẽsa fide & indicibili virtute insignes:

effrenis

mecum, habebat mensuram arundineam aureã, ut metiretur ciuitatem & portas eius, & murum. E *Et ciuitas in quadro posita est, & lõgitudo eius tanta est quãta & latitudo, & mẽsus est ciuitatẽ de arũdine aurea per stadia duodecim millia, & lõgitudo, & altitudo, & latitudo eius æqualia sunt. Et mensus est murum eius centũ quadraginta quatuor cubitorum, mẽsura hominis quæ est angeli. Et erat structura*

effrenis enim ille numerus, qualis nulla in ciuitate materiali videtur, raram & inusitatã fidem ac bonitatem perfectorũ electorum, quos per murum significari diximus, insinuare videtur, quem murũ mensus est meritorum omnium ponderator & liberator Christus: *mensura hominis quæ est angeli*, id est, iusta ipsius sapientia: qui homo est & angelus, magni scilicet consilij angelus. *Et erat structura muri eius ex lapide iaspide*, qui quũ viridis & firmus sit, bene firmitatẽ significat in ecclesia triumphante nũquam marcescentẽ. *Ipsa verò ciuitas aurum mũdum & simile vitro, &c.* vel similis, nã græcè est ὅμοια, & refertur ad ciuitatem, quæ quum pro sui dignitate aurea dicatur, imò ob fulgorem diuinæ cognitionis qua radiat aurum ipsum: bene etiam similis vitro dicitur, quia tota diuinæ lucis, radio est pellucida.

muri eius ex lapide iaspide: ipsa verò ciuitas aurum mũdum, simile vitro mundo. 7 *Et fundamenta muri ciuitatis omni, lapide pretioso ornata. Fũdamentum primum, iaspidis: secũdum, saphirus: tertiũ, chalcedonius: quartum, smaragdus:* F *quintum, sardonyx: sextũ, sardius: septimum, chrysolithus: octauum, berillus: nonũ, topazius: decimum, chrysopasius: undecimum, hyacinthus: duodecimum, amethystus. Et duodecim portæ, duodecim margaritæ sunt per singulas: & singulæ portæ, erant ex singulis margaritis: & platea ciuitatis aurum mũdum, tanquam uitrum perlucidũ.*

7. *Et fundamenta muri ciuitatis omni lapide pretioso ornata, &c.* id est, apostoli, qui qui fidem fundauerunt in ecclesia, omnibus ornati & instructi erant, quæ per hos lapides significantur, virtutibus. Si quis horum duodecim pretiosorum lapidum mysticam quærit significationem, passim ex omnibus commẽtariis facilè inueniet: & cuiuis in promptu est lapidum vim & naturam non ignoranti, aliquem cõminisci sensum mysticum: Mihi videtur Ioannes hac materiali adeóque pretiosa ciuitatis huius structura, summum cælestis & supernæ Hierusalem ornatũ delineare voluisse: itaque singulos fundamentorum lapides, singulis gemmis: singulas portas, singulis margaritis, & vnionibus: muros, iaspide: totam ciuitatem omnésque plateas, auro mundo & pellucido constare dixit: non habens preciosius cui cælestem patriam compararet: idque consulto egit, vt ex sensibilium & visibilium horum, quibus nihil preciosius, consideratione & admiratione, ad contemplandam

8 *Et templum non uidi in ea: Dominus enim deus omnipotens templum illius est & agnus:* Et *ciuitas non eget sole neque luna, ut luceant in ea, nam claritas dei illuminabit eam, & lucerna eius est agnus. Et ambulabunt gentes in lumine eius: & reges terræ afferent gloriam suam & honorem in illam. Et portæ eius non claudentur per diem. nox enim non erit illic. Et afferent gloriam & honorem gentium in illam. Non intrabit in eam aliquod coinquinatum, aut abominationem faciens & mẽdacium: nisi qui scripti sunt in libro uitæ agni.*

Esaiæ 60.d.

G

Esaiæ 60.c.

ARGVMENTVM Cap. 22.

¶ *Descriptio continetur hoc capite fluminis ciuitatẽ alluentis & ligni vitæ: deinde apparet Ioanni angelus, quem adorare volentem prohibetur: & inuitatis interim ad mercedem percipiendam omnibus, excluduntur ab hac ciuitate omnes reprobi: postmodum inuitato ad iudicium Christo, factáque inhibitione ne quid huic libro addatur aut detrahatur, bene omnibus precatur Ioannes.*

8. *Et templum non vidi in ea:* templum scilicet materiale, quia deus est illis vice templi. Nam & fideles templum dei sunt, in quibus ipse habitat: & ipse templum fidelium, quia in eo habitant: ipse enim de se dicit, Soluite templum hoc: nec indiget hæc ciuitas sole & luna aut lucerna: quia sufficienter eam illustrat dei claritas. *Et ambulabunt gentes*, Græci addunt τῶν σωζομένων, id est, quæ seruatæ sunt, ambulabunt inquam in lumine eius, ciuitatis scilicet, nam Græcè est αὐτῆς. *Et reges terræ*, afferent gloriam suam & honorem in illam, id est, omnes suas diuitias & merita. *Et portæ eius non claudẽtur per diem*, id est, nunquam, quia dies ibi erit perpetuus, neque nox vlla erit, *& nihil intrabit in eã coinquinatum*, pro coinquinatum Græcè κοινὸν, id est, coinquinans: interpres legisse videtur κοινὸν, id est, commune & immundum, siue inquinatum: nullíque intrabunt, *nisi qui scripti sunt in libro vitæ*, id est, prædestinati ad vitam æternam.

dam rerum inuisibilium lõgè maiorem dignitatem traheremur. Cæterùm qui volet mysticam horum duodecim lapidum significationem, inueniet ex scholiis Veronensibus.

1. *Et ostendit*

1. Et ostendit mihi fluuium aquæ viuæ, Græci addunt καθαρὸν, id est, purum, per hunc, exuberans donorum dei effusio intelligi potest: Græci baptismum intelligunt, qui & nostrorum eluit sordes peccatorum, & sitim extinguit rerum mundanarum. Mihi spiritus sanctus videtur posse intelligi, de quo Dauid, fluminis impetus lætificat ciuitatem dei: Hunc Ioannes fluuium vidit, *procedentem è sede dei & agni*, à patre scilicet & filio procedẽtem spiritum sanctum, & emanantem.

2. In *medio plateæ eius*, ciuitatis scilicet, Græcè est ἀυτῆς *& ex vtraque parte fluminis lignum vitæ*, &c. λμ μέσῳ τῆς πλατείας ἀυτῆς, καὶ τῦ ποταμῦ, ἐντεῦθεν καὶ ἐντεῦθεν, siue vt Veron. codex habet ἐκ μέσῳ ἐκείθεν, ξύλον ζώης. i. in medio plateæ eius & fluminis, hinc & illinc sub. erat, lignum vitæ: Hinc & illinc, siue vtraque pars fluminis, duas beatorũ species significant, angelos scilicet, ac beatos homines: qui & fluuio spiritus sancti alluuntur, atque hinc & illinc lignum vitæ habent, Christũ scilicet, de quo sapiẽtiæ nomine Salomon ait, Lignum vitæ est omnibus apprehendentib⁹ eam. Hoc lignum *affert fructus duodecim*, quãdo ex obseruata 12. apostolorum fide & doctrina, vnicuique pro eo fruct⁹ reddit æternę beatitudinis: hos autem reddit per singulos menses. i. perpetuò: Et *folia ligni ad sanitatem gentium*, sub. sunt. folia ligni, verba sunt sancta, quibus gentes propter se afflictatas, mulcebit & consolabitur Christus. Et *omne maledictum*, &c. expers erit illa ciuitas omnis maledicti, sedẽte in ea benedicto deo & agno Christo: cui ministrabunt sancti, eum clarè videntes, & nomen eius in frõtibus suis habentes, id est, apertam nominis eius confessionẽ prę-

CAP. XXII.

1 Et ostendit mihi fluuiũ A
E aquæ uiuæ, splendidum
tanquam crystallũ, procedentem de sede dei & agni. 2 In
medio plateæ eius, & ex utraque
parte fluminis lignum uitæ, afferẽs
fructus duodecim, per menses singulos reddens fructum suum, & folia ligni ad sanitatem gentium. Et
omne maledictum nõ erit amplius:
sed sedes dei & agni in illa erunt,
& serui eius seruient illi. Et uide- Esaiæ 60. d.
bunt faciem eius: & nomen eius in
frontibus eorum. Et nox ultra non
erit: & non egebunt lumine lucernæ, neque lumine solis, quoniã dominus deus illuminabit illos, & re
gnabunt in sæcula sæculorum. Et di B
xit mihi, Hæc uerba fidelißima sũt,
& uera. Et dominus deus spirituũ
prophetarum misit angelum suum
ostendere seruis suis, quæ oportet
fieri citò. Et ecce uenio uelociter.
Beatus qui custodit uerba prophetiæ libri huius. Et ego Ioannes qui
audiui, & uidi hæc. Et postquã audissem & uidissem, cecidi ut adorarem

rẽ ante pedes angeli, qui mihi hæc
ostendebat: & dixit mihi, Vide ne
feceris, conseruus enim tuus sum,
& fratrum tuorum prophetarum,
& eorum qui seruant uerba prophetiæ libri huius. Deum adora. Et
dicit mihi, 3 Ne signaueris uerba
C prophetiæ libri huius. tempus enim
prope est. Qui nocet, noceat adhuc:
& qui in sordib⁹ est, sordescat adhuc: & qui iustus est, iustificetur
adhuc: & sanct⁹, sanctificetur adhuc. Ecce uenio cito, & merces
Esa. mea mecum est reddere unicuique
41. b. secum opera sua. Ego sum α & ω,
& primus & nouißimus, principium
44. a & finis. Beati qui lauãt stolas suas
in sanguine agni: ut sit potestas eorum in ligno uitæ, & per portas
intrẽt in ciuitatem. Foris canes &
uenefici, & impudici, & homicidæ, & idôlis seruientes, & omnis
qui amat & facit mendacium. Ego Iesus misi angelum meum, testi-

cidi vt adorarem, hoc quoque cap. 19. explicatum est.

3 Ne *signaueris verba prophetiæ eius*, id est, ne obsignaueris, & celaueris quæ tibi reuelata sunt, *Tẽpus enim prope est*, quum complẽda sunt ea. *Qui nocet noceat adhuc*, &c. comminatiue ista sunt legẽda vel ironicè, quasi dicat. Si non sufficiunt eis præteritæ sordes ad voluntatem gẽtium consummandam in luxuriis, vt inquit Pet. Sordescant adhuc, quando ita illis visum est. Qui verò sanctus est, *sanctificetur adhuc*, id est, curet vt sanctior sit: quia ecce venio, & *merces mea mecum*, ideo qui mercedem bonam optat, bene operetur. *Beati qui lauant stolas suas in sanguine agni*, id est, qui maculatas peccato, corporis animíque sui vestes per pœnitentiam merito passionis Christi abluunt: Græca legunt μακάριοι οἱ ποιοῦντες τὰς ἐντολὰς ἀυτῦ, id est, beati qui faciunt mandata ipsius, *vt sit potestas eorum in ligno vitæ*, id est, vt Christo verò ligno vitæ frui possint: *& per portas*, id est, sanctorum apostolorũ, quos portas dixim⁹, imitationẽ, *intrent in ciuitatem*, cælestem scilicet patriam extra quã sunt

sunt omnes impij & reprobi.

4. Ego *sum radix & genus Dauid*, quidam explicant quòd Christus secundum diuinam naturam est radix Dauid, imò omnium: à quo omnes mouemur & sumus: secundum humanam, genus Dauid, id est, de progenie ipsius, Græca scholia explicant radix & genus Dauid, de radice & genere Dauid. *Et spiritus & sponsa*, i. spiritus sanctus & ecclesia dicunt Christo, veni in iudicium: *Et qui audit*, id est, omnes pij qui deo obaudiunt, dicunt: *Veni*, optant enim fideles ad beatitudinis consummationẽ, iudicium accelerari. *Qui sitit*, iustitiam, *veniat*, per piam volũtatem & obedientiam, *& accipiat aquam vitæ gratis*, id est, de dei gloria gratuito & liberaliter sibi data, se ipse potet. *Contestor omni*, &c. obtestatur ne quis quidpiam in hoc libro addendo minuendóve, immutet: alioqui pœnas in eo, contẽtas luet: *Dicit qui testimonium perhibet*, id est, Christus qui testatur hęc se facturum, ne putes eũ tardare, ait: *Venio cito*, ad reddẽdum cuique pro meritis vel demeritis. Optemus autem omnes & oremus vt ad ecclesiæ ædificationem pacémque orbi ferendam, cito veniat. Amen.

ficari uobis hæc in ecclesiis. 4 *Ego sum radix & genus Dauid, stella splendida & matutina. Et spiritus & sponsa dicunt, Veni. Et qui audit, dicat, Veni. Et qui sitit, ueniat: & qui uult, accipiat aquam uitæ gratis. Contestor enim omni audienti uerba prophetiæ libri huius, Si quis apposuerit ad hæc: apponet deus super illum plagas scriptas in libro isto. Et si quis diminuerit de uerbis libri prophetiæ huius: auferet deus partem eius de libro uitæ, & de ciuitate sancta, & de his quæ scripta sunt in libro isto: dicit qui testimonium perhibet istorum. Etiã uenio cito. Amen. Veni domine Iesu. Gratia domini nostri Iesu Christi cum omnibus uobis. Amen.*

FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

en

Universidad de Deusto
Biblioteca